THE UNIVERSITY

OF ILLINOIS

LIBRARY

871
H5
1827
v.2.

Vahlen Library
1913

CLASS
DEPARTMENT

CENTRAL CIRCULATION AND BOOKSTACKS

The person borrowing this material is responsible for its renewal or return before the **Latest Date** stamped below. **You may be charged a minimum fee of $75.00 for each non-returned or lost item.**

Theft, mutilation, or defacement of library materials can be causes for student disciplinary action. All materials owned by the University of Illinois Library are the property of the State of Illinois and are protected by Article 16B of *Illinois Criminal Law and Procedure*.

TO RENEW, CALL (217) 333-8400.

University of Illinois Library at Urbana-Champaign

AUG 2 1 2000

When renewing by phone, write new due date below previous due date. L162

Q. HORATII FLACCI

O P E R A

AD MSS. CODICES

Vaticanos, Chisianos, Angelicos, Barberinos, Gregorianos, Vallicellanos, aliosque,

PLURIMIS IN LOCIS EMENDAVIT,

NOTISQUE ILLUSTRAVIT

praesertim in iis, quae Romanas Antiquitates spectant,

CAROLUS FEA,

IC., Bibliothecae Chisianae et Romanarum Antiquitatum Praefectus.

Denuo recensuit, adhibitisque novissimis subsidiis curavit,

Fridericus Henricus Bothe,

D. PHIL. ET AA. LL. MAG.,

Societati, quae Jenae est, latinae, item Teutonicae Berolinensium, hon. c. adscriptus.

Tomus posterior.

EDITIO NOVA.

HEIDELBERGAE ET SPIRAE MDCCCXXVII.

SUMTIBUS AUG. OSSWALD.

Vindobonae apud *Schaumburg* et *Soc.* *Bruxelles* apud de *Mat.* *Lugd. Batav.* ap. *S.* et *I. Luchtmanns.* *Londini* ap. *R. Ackermann.* *Parisiis* ap. *Treuttel* et *Würz.* *Rigae* ap. *Deubner* et *Treuy.* *Hafniae* ap. *Fr. Brummer.*

871
H5
1827
v. 2

F. H. BOTHII

PRAEFATIO.

In Horatii Cruquiani, iterum editi Antverpiae 1611., exemplari eo, quod Heidelbergae servatur in bibliotheca Academica, exarata sunt a Joanne Georgio Graevio, viro celeberrimo, Scholia, Odarum libros duo priores illustrantia, quae cum mihi perutilia bonarum litterarum studiosis visa essent futura, inspersis aliquot meis annotatiunculis, describenda curavi, publicique jam juris facio, quo plus habeat, ut cum Phaedro loquar,

Per quod sese acuat diligens industria.

At pertrita in his insunt et vulgaria, inquiat eorum aliquis, qui soli sibi sapere videntur. Fateor; sed talia in quo tandem aut non insunt libro, aut inesse videntur, si diversa ad eum legendum ingenia accesserint, quorum quod alter probat, idem alteri saepe sordet, vel provectiori, vel arrogantiori? Quidni igitur secundum Horatium sentiamus, ubi plura nitebant in opere aliquo, paucis maculis non offensum? Quodsi

Sive quos Elea domum reducit
Palma coelestes.

Id est coelestibus sive diis proximos. Suet. Cal. 32.: *More victorum cum palma discucurrit.* Palmae enim ramus erat fixus in amphitheatro, quem accipiebat victor et per arenam discurrens ostendebat spectatoribus, victoriae signum. Sic interpunge (*): — *nobilis. Terrarum dominos evehit ad deos Hunc, si* etc. 6. *Terrarum dom.* Romanos. *evehit ad deos*, beatos reddit. 7. *mobilium.* Quorum favor est incertus. De mutabilitate ac levitate populi Rom. vid. Cic. pro Murena cap. 17. 8. *tergeminis tollere honoribus.* ad magistratus provehere. 9. *Illum.* Qui studet latifundiis. *Horreo.* In quo aliquid servatur et conditur. Justin. 33, 1.: *Perseo — decennis belli sumtus a patre paratus in thesauris et horreis erat. Een magasin.* 10. Libya fertilissima. Martial.:

Possideat Libycas messes Hermumque Tagumque.

11. *Sarculum* est instrumentum rusticum, quo agros tempore verno sarriunt, h. e. segetem purgant, evellentes noxias herbas etc. Inde *sarculare* et *sarculatio* apud Columellam.

12. *Attalicis condit.* Maximis praemiis. 13. Nunquam adducas, ut illos deserens fiat nauta et mercator. 14. *Myrtoum* est pars maris Aegaei inter Sunium promont. Atticum et Peloponnesum. Ajunt alii nomen traxisse a foemina quadam, quae dicta est Myrto (Pausan.); alii a Myrtilo, Pelopis auriga. 15. *Icarium mare* est pars Aegaei, ab Icaro dictum, Daedali filio, ut Graeci male ajunt. Sed Bochart. Canaan 1, 8. ostendit, sic dictam esse a Phoenicibus, quibus *Icaron* est piscis Unde dicta est quasi piscosa. Mercator cum jactatur tempestate in mari Aegaeo, beatos praedicat, qui domi quiete suis fruuntur opibus. 17. *mox.* cum evasit periculum. 18. *indocilis pauperiem pati.* Qui non potest persuaderi, paupertatem esse ferendam, non esse malum. h. e. qui semper divitiis inhiat. 19. *Massici montes* sunt in Campania, ubi nascebantur vina praestantissima. Ibi quoque *Falernus ager*, unde *vinum Falernum.* Vid. Plin. 3, 5. 20 bon vivant. Qui

(*) Uti Rutgers.

genio indulget ante horam coenae, h. e. nonam. Juven.:

Exul ab octava Marius bibit et fruitur dis Iratis.

Hoc vocabant *de die coenare* et *convivia tempestiva*. quod erat hominum luxui deditorum. *Solidus dies* est, qui dicatus est negotiis et exercitiis. Sen. epist. 84.: *Hodiernus dies solidus est: nemo ex illo quidquam mihi eripuit.* Vide de tempestivis conviviis Salmas. ad Flav. Vopisci Florian. cap. ult.

21. *nec — Spernit.* Non abnuit, non recusat, amat. *Arbutus*, een hagappelboom. pr. quavis arbore viridi. Virg.: *recubans sub tegmine fagi.* 22. ad fontem fluvii, ubi oritur et adhuc leniter fluit, nondum concretis aquarum molibus. Fontes a. fluviorum sunt sacri. Senec. epist. 41.: *Magnorum fluviorum capita veneramur*, etc. vid. Torrent.

23. *Lituus* curvus fuit ad instar litui auguralis. *Tubae* erant rectae. Hinc Ovid.:

Non tuba directi, non aeris cornua flexi.

Qui lituo canebat, dicebatur *liticen*, qui tuba, *tubicen*. Vid. Torrent. h. l. et Lips. de Milit. Rom. 3, 10. 24. *matribus.* nuptis. 25. *manet.* pernoctat. 28. *plagas*, indaginem. 29. Me poëseos laus et studium delectat, et immortalem reddit. Poëtae laureis et ederaceis coronis cingebantur. Laurus Apollini, edera Baccho sacra erat; uterque deus colebatur a poëtis. *praemia.* quibus ornantur docta capita. Virg.:

Pastores edera crescentem ornate poëtam.

30. *Dis miscent superis.* Cic.: *in coelo collocare. me gelidum nemus.* Ego capto solitudinem nemoris, in quo possim meditari et studiis incumbere, ubi solent versari Nymphae cum Satyris. Satyri semper poëtis commemorantur saltare. Virg. eclog. 5.:

Saltantes Satyros imitabitur Alphesiboeus.

32. *Secernunt populo.* eximunt vulgo, evehunt et extollunt supra vulgus. *Si neque* etc. Si Euterpe permittit, ut tibia, et Polymnia, ut lyra canam scienter. Ad barbiton et tibiam canebantur lyrica. Sententia igitur est, si potero carmen egregium lyricum scribere. *Tibiarum* varia fuerunt genera.

Vid. Voss. de poëmatum cantu p. 107. et seqq. et Bartholin. de tibiis veterum cap. 5. et 6. *Barbitus*, Lesbous dictus propter Alcaeum et Sapphonem Lesbios, fuit species lyrae, crassioribus nervis, ut videtur, instructae, itaque gravioris soni; cujus instrumenti usus exolevit. Fere similis, quae nunc dicitur *harpe*, *citarre*. Vide lyrae seu citharae formam in Vossio d. l. p. 97. *Cithara et lyra* fuerunt cognata instrumenta, unde saepe confunduntur et pro eisdem habentur apud veteres. Diversitas quaedam in illis fuit. Hinc Pausanias et alii Graeci Mercurium lyrae (cf. 10, 6), Apollinem citharae, inventorem faciunt. *Cithara*, quae et testudo dicitur, similis est nostro instrumento, quod eene *laute* dicitur; *lyra* vero est similis illi, quod vocamus eene *citarre*, cui accedit eene *harpe*. Ista modo digitis, modo plectro feriebatur; unde Luc. in Paneg.:

Sive chelyn digitis et eburno pectine pulsas.

Antiquissima fuit septem chordarum, teste Dionys. Halic. Antiqu. 7. Cf. Scalig. ad Manil. 5. p. 379. Dicitur autem hic et haec barbitus et barbiton. Ovid.:

Non facit ad lacrimas barbitos ulla meas.

(Haec partim ex Graevii not. ad 32, 5.)

Ejusdem notulae ad Commentatorem Cruq.

V. 3. *Olympias autem dicebatur tempus quinque annorum.* Ms. (*): *quatuor.*

siquidem expletis quatuor annis. Ms.: *tribus.*

quinto quoque anno. Ms.: *quarto.*

33. *Polymneia.* [sic etiam ipse Cruq., et est vetus lectio.] *Haec etiam una est Musarum, dicta quasi multae memoriae.* Ms.: *quasi multae laudis, vel multae memoriae.*

Od. 1, 2, 1. Satis multa nix et grando horrida cecidit, qua lapides pluunt. *dirae.* quae tristia portendit. Hinc saepe inter prodigia legimus ap. Liv. et alios, *lapides pluisse.* Procurabantur novendialibus sacris. vid. Fest. in Novendialis. 2.

(*) Quinam is liber scriptus fuerit, non dicitur, nisi quod suum Graevius vocat in notis ad 6, 2. et 26, 7.

et rubente etc. fulmine feriit arcem et templum Capitolinum.

5. *gentes*. sc. timentes; ita terruit gentes, ut metuerent, ne rediret etc. 6. *Pyrrha* fuit Promethei et Pandorae filia, Deucalionis uxor. 7. *pecus*. h. e. *pisces*. *Squamosum pecus* vocat Poëta. 8. *Visere*. cum pisces natarent in montibus. Terent. Phorm. I, 2.: *Eamus visere*. 9. *summa ulmo*. h. e. vertice ulmi.

11. *pavidae*. Virg.: *timidi damae*. 13. Vidimus retroagi Tiberim, qui propter tempestatem maris intumuerat, ut in illud non posset effundi. *Flavus* vocatur Tiberis, quia turbidus et lutulentus est, praecipue cum exundat. 15. *monumenta Regis*. Regiam Numae, quae et Curia Pompiliana dicebatur, et simpliciter Regia. Suet. Aug. 76.

16. *Templaque Vestae*, in quibus sacer ignis custodiebatur.

17. Dum vult uxori suae Iliae, nimis dolenti caedem Julii Caesaris sui cognati, testatum facere suum dolorem. Vel *nimium ultorem*, qui nimius est in ulciscendo et modum excedit. Vellej. Paterc. 2, 31: *Nimium liberae civitati dicit Pompejum Catulus*. Hor. 2, 12, 6.: *nimius mero*. Ilia Romuli mater, quae et Rhea Silvia dicitur, et uxor esse Tiberini, qui deus Tiberis.

18. *vagus* etc. suum alveum excedens inundat agrum Latinum et Romanum: nam ripa sinistra est latina, quae humilior dextra, Etrusca. 19. *Jove non probante*. Jove indignante, ultionem in gratiam uxoris suscipere Tiberim. 21. *acuisse*. strinxisse adversus se, quo melius uterentur in Parthos. 22. *graves*. infesti Romanis. Just. 4, 3.: *cum Syracusanos graves paterentur*.

23. *vitio*. culpa. 24. *Rara* infrequens, exhausta bellis civilibus, juventus Italiae. 25. *Quem vocet* etc. Cujus dei opem implorabit? 26. *rebus*. qui res restituat. est dativus. 27. *minus audientem*, quia Caesar erat Pontifex Maximus, ideo indignabatur Vesta, eum esse caesum. Sic et Ovid. 3. Fast. de Caesaris nece. 29. Cui imponet Juppiter munus seu functionem populum Rom. caede Caesaris contaminatum purgandi? Qui sanguine humano se inquinarant, congressu et aditu suorum et sacris prohibebantur, donec certis ritibus essent expiati. Quam diu non erant expiati, dicebantur manus impuras habere, et a sacris arcebantur. 31. Nube velatus, ut non possit videri ejus splendor. Dii ne possent conspici, nube aut

nebula tegebantur, qua et circumdabant homines, quos volebant occultari. Virg. 1. Aen. 415.:

At Venus obscuro gradientes aëre sepsit,
Et multo nebulae circum dea fudit amictu.

Inferius v. 580. hunc nebulae amictum *nubem* vocat:

Et pater Aeneas jamdudum erumpere nubem
Ardebat.

Sic et David Psalm. 18, 10, 12. Sed respicit Hor. prodigium, quod narrat Dio et Plut. in Caes. 99., a Caesaris caede solem fuisse obscuratum, et radios ejusdem eo anno non potuisse per nubes penetrare, ut aër gravis caliginosusque esset. 32. *Augur.* qui futura nosti et praedicis. Virg. Aen. 4, 376: *nunc augur Apollo.* Apollo credebatur Augusti pater. Suet. Octav. 94. 33. *Erycina.* Venus, mater Aeneae, a quo Caesar. *ridens.* Φιλομειδής. 34. Hesiod. Theog. 201.:

Τὴν (*) δ' Ἔρος ὡμάρτησε, καὶ Ἵμερος ἕσπετο καλὸς
Γεινομένῃ τὰ πρῶτα, θεῶν τ' ἐς φῦλον ἰόντῃ.

35. *neglectum.* quem neglexisti, cum passus es illam civili bello atteri. *nepotes.* posteros. 36. *Respicis.* illius misereris. *Respiciens Fortuna. auctor.* Mars per Iliam. 37. *ludo.* bello civili, quod est ludus Martis. 38. *leves.* expolitae. 39. Miles, qui hostem vultu terret truci, qualis erat Maurorum vultus. vid. Aelian. de Anim. 14, 5.

41. Sive tu, Auguste, induta humana forma, ut videaris juvenis, sis Mercurius, permittasque vocari, h. e. esse, ultor Jul. Caesaris. *juvenem.* 18 annos natus erat. 42. *Ales.* propter talaria. *imitaris.* simulas. *almae.* Alma est vox Punica, quae notat virginem, teste Hieron. 43. *Filius* h. e. Fili. *Maja* una Pleiadum, Atlantis filia, quae ex Jove peperit Mercurium.

47. Ne propter nostra crimina te celeriter subducas nobis. Est hoc subtile. Augustus, quia Deus, vitiis hominum offensus, nolet diutius cum illis versari. Sic. ap. Suet. Aug. 70:

Omnia se a terra tunc numina declinarunt.

(*) Ἀφροδίτη.

49. *magnos*. curules. (Suet. Aug. 22.: *Curules triumphos tres egit, Dalmaticum, Actiacum, Alexandrinum, continuo triduo omnes.*) 50. *pater*. Pater Patriae. *princeps*. Sexto consulatu dictus est Princeps. Sub Principis nomine omnia subegit. Tac. 1. Ann. 2. 51. *Medos*. Ulciscere clades a Parthis illatas Romanis sub Crasso et M. Antonio. *equitare*. Justin. 41, 3.: *Equis omni tempore vectantur* (Parthi); *illis bella, illis convivia, illis publica ac privata officia obeunt; super illos ire, consistere, mercari, colloqui* etc. vide plura et cap. praeced.

Od. 1, 3, 1. *Sic*. Hac voce utebantur in votis et precationibus. Virg.:

Sic tua Cyrnaeas fugiant examina taxos.

potens Cypri. Dii et deae dicebantur Reges et Reginae esse illarum insularum et terrarum, in quibus religiose colebantur. *pot. C.* h. e. possidens, regens, ut *rerum potiri;* domina Cypri, Cypris, Cypria. 2. *fratres Helenae*. Erant salutaria nautis sidera. Hinc od. 12. hujus libri: *quorum simul alba nautis Stella refulsit*. Vid. Plin. 2, 37. (*alba*, h. e. felix, ut hic *lucida* in eadem notione. vide Hygin. poët. astronom. 22.) Sunt *Gemini* in sphaera. 3. *pater*. h. e. rex, Aeolus, qui fuit rex insularum Aeoliarum seu Vulcani, astrologiae et tempestatum peritus, qui nautis praedicebat, qui ventus esset oriturus; quem poëtae fingunt utre clausos tenere ventos, et emittere, quos velit. Inde hic dicit *obstrictis aliis*, h. e. constrictis in utre. De Aeolo vid. Diodor. Sic. 5. p. 291. *Iapyx*. Dicitur etiam Latinis Corus, Caurus, Graecis Argestes. Dictus Iapyx, quia flat ex Iapygia, quae pars est Apuliae. Secundus est in Graeciam navigantibus. Horat. 3, 27. *album Iapyga* appellat. vid. Gell. 4, 22. 5. *creditum*. quae vehis Virgilium. 6. *finibus Atticis*. h. e. Atticae. Sic ap. Just. *fines regni* pro regno. Saepe fines significant totam regionem, sive, ut barbari loquuntur, ditionem.

7. *Reddas*. salvum in Atticam fer. 8. Cf. Od. 2, 17, 5.

9. *Illi*. saevo, violento. Fuit homo ferreus, durus, imperterritus, Graecis σιδηρόφρων. *Robur* hic est roborea quasi tabula, qua pectus fuit obductum. *Aes triplex*, h. e. firmissimum, ut *tergemini honores* (od. prim.), h. e. maximae dignitates.

10. *truci.* Catull.: *Trucemve Ponticum sinum.* 12. *praecipitem.* saevientem. Virg.: *creberque procellis Africus.* 13. *Aquilones* sunt adversi Africo.

14. *Hyades* sunt 5 stellae in fronte tauri, quae cum oriuntur, pluere solet, unde *pluviae* dicuntur poëtis (dicuntur fuisse Atlantis et Aethrae filiae, a Jove in stellas mutatae, alii aliter, vid. Hygin. Poët. astron. 2, 21.), Latinis *Suculae*, non quod *succur* significet pluviam; sed quia ὗς Graecis est sus, veteres Latini verterunt *suculas.* vid. Salmas. ad Solin. *Tristes* appellantur propter pluviam tempestatem. Virg.:

— *aut unde nigerrimus Auster*
Nascitur, et pluvio contristat sidere coelum.

rabiem. Catull.: *vesaniente vento.* 15. Quo nullus ventorum majus in Adriaticum mare imperium habet, sive velit id commovere tempestate excitata, sive *motos* velit *componere fluctus. Arbiter* est dominus, tyrannus, Od. 3, 3, 5.: *Auster, Dux inquieti turbidus Adriae.* 16. *tollere.* Subaudi *seu.* 17. i. e.: Quod mortis genus est tam terribile etc.

18. *siccis oculis.* sine fletu. 19. *turgidum.* tumens.

20. *Infames.* multis naufragis. Liv. 21.: *infames frigoribus Alpes.* Ceraunium, Ceraunia, Acroceraunia, in Epiro. 21. Frustra Deus mare secrevit seu separavit a terra. 22. *Prudens.* qui norat humanam naturam. *dissociabili.* h. e. qui sociari non potest cum continente. 23. *impiae.* rates ab impiis hominibus factae. 24. *Non tangenda.* quae non debebant navigari. *transiliunt vada.* mare trajiciunt. 25. *Audax.* Scelesta. *perpeti.* suscipere, tentare. More Graecorum, qui sic utuntur τῷ πάσχειν. vid. Heins. 27. *Iapeti genus.* Prometheus, Iapeti filius. Hygin. Fab. et Poët astron. 2, 15.

28. *fraude mala.* Est et dolus bonus. Ignem surripuit de coelo. Ideo Caucaso fuit alligatus. Nimirum Prometheus fuit vir doctus, qui in Caucaso observavit siderum motus. (Serv. ad Virg. ecl. 6, 42. Boccacc. de Geneal. deor. lib. 4. c. 43.)

30. *macies.* phthisis. (Colum. lib. 6. c. 14. princ.: Cum pulmones exulcerantur, inde tussis et *macies* et ad ultimum phthisis invadunt.) *nova febrium cohors incognitā morbi.* 32. Mors, quae tunc tarda veniebat, nunc longe celerius et citius ho-

mines perimit. Post illud tempus homines non fuerunt tam longaevi. Od. 3, 1.: *Aequa* lege *necessitas Sortitur insignes et imos.* 34. *Expertus.* (est.) volavit. Daedalus. Hygin. fab. 39 sequ. 36. Hercules ad Inferos ivit. Hygin. fab. 5. 38. *Petimus.* invadimus, occupare nitimur, ut Gigantes, affectamus coeli imperium. 40. *fulmina.* quae mittit irritatus nostris criminibus Juppiter.

Od. 1, 4. *Ad* L. *Sestium* (sic Graev. correxit: nam Cruq. habet *Sextium.*). Fuit Consul cum Augusto anno (U. C.) 730. 1. *acris.* aspera, valde frigida. Contra Claudian.: *Sirius acris. veris.* Varro 1. R. R. (28.) ait, initium veris esse VII. Idus Febr., quo etiam die flare Favonius, seu Zephyrus, incipit teste Colum. (2, 2, 15.) 2. Naves deducuntur, seu subducuntur. *machinae.* palangae. A III. Id. Novemb. ad VI. Id. Mart. mare erat clausum. 3. Non indiget jam pecus stabulis, nec rusticus igni. Virg.: *Ante focum si frigus erit* etc. Foco rusticus non adsidet. 4. *albicant.* candent. 5. Cytherea a Cythera, urbe Cypri, ubi colebatur. Tempus vernum sacrum est Veneri. Venus, uxores; Nymphae et Gratiae, virgines (similiter Scholiastae et Baxt.); Vulcanus, mariti, qui dum insudant negotiis, uxores indulgent genio, abutentes negotiis maritorum. 7. *Alterno* etc. saltant. *dum* etc. dum Vulcanus cum Cyclopibus fulmina cudit in Aetna. 8. *Urere officinas*, h. e. in officinis focum instruere, et strenue incumbere labori. *Officina*, taberna.

9. Nunc decet corona myrtea cingere caput, aut floribus, quos producunt terrae solutae frigore, laxatae verno tepore. Quae frigore erat constricta terra, dicitur tum aperiri. *Myrtus* erat Veneri sacra. Vetus Kalendar.: *Kal. April. Veneri sacrum cum floribus et myrto.* vide de myrto Meursii Arboretum sacrum p. 93. 11. Solebant XIII. Febr. *Fauno* seu Pani sacra facere in insula Tiberina. Ovid. 2. Fast. 193.:

Idibus agrestis fumant altaria Fauni
Hic, ubi discretas insula rumpit aquas.

12. *Seu poscat.* scil. sibi sacra fieri. 13. *tabernas.* casas. 14. *turres.* palatia. 15. Breve vitae spatium non sinit nos magna moliri et sperare. Od. 1, 11, 6: *Spatio brevi spem longam ret*

seces. 16. *nox* mors. Od. I, 28, 15. (*Sed omnes una manet nox, Et calcanda semel via leti.*) *fabulaeque Manes.* de quibus tam multa homines loquuntur. *Fabulam vulgi fieri.* 17. *exilis.* arcta, parva. Sepulchrum in inscriptionibus dicitur *aeterna domus.* 18. Non talorum sorte creaberis rex convivii. Solebant veteres talis et tesseris eligere, qui ceteris convivis bibendi leges praescriberet. Is dicebatur Rex, magister, modimperator convivii. Od. 2, 7, 25.: *quem Venus arbitrum dicet bibendi?* 19. *quo calet* etc. h. e. quem depereunt. Petron.: *quaedam feminae sordibus calent h. e.* vilissimos et sordidissimos homines amant, servos, gladiatores. 20. *tepebant.* incipient amare.

Od. I, 5, 1. *gracilis.* tener. *in rosa.* in lecto rosis constrato. 2. *Perfusus liquidis odoribus.* h. e. delibutus odoriferis unguentis. Virg 4. Georg. 415.:

Haec ait, et liquidum ambrosiae diffudit odorem,
Quo totum nati corpus perduxit.

urget. complectitur. 4. In cujus gratiam caput ita exornas? *Psecades,* ornatrices. 5. *Simplex munditiis.* quae munditiem amas simplicem, non fuscatam. Cic. I. de Offic: *Adhibenda praeterea munditia est non odiosa, neque exquisita nimis, tantum quae fugiat agrestem et immanem negligentiam.* 6. *deos.* Venerem et Cupidinem sibi aversos, non propitios. *et aspera* etc. Mirabitur, tantam tempestatem ortam esse post tantam tranquillitatem et serenitatem. h. e. mirabitur Pyrrham, quae nunc tam facilis et sui amantissima esse videtur, ita mutatam, iratam, perfidam; mirabitur animum meretricis ab amore in fastidium conversum. Est allegoria a mari ventis agitato. *Aspera aequora* sunt turgida et procellis saevientia. *Nigri venti* sunt, qui nubes et caliginem inducunt. Virg.: *nigerrimus Auster.* 8. *insolens.* insuetus, non solitus talia videre. 9. Qui credit, te nunc esse omnium bellissimam et maxime amabilem. Ovid.:

Illa meis oculis aurea semper erit.

Venus *aurea.* 10. *vacuam.* h. e. tibi soli addictam, nulli alii gratificantem. 11. *aurae fallacis.* inconstantiae.

13. *Intentata.* quibus inexperta, non probata, non spectata places. *me tabula* etc. Ego sane naufragium feci in amore

h. e. postea me fastidiit. Est allegoria petita a naufragis, qui cum emersissent, solebant naufragium in tabula pictum per oppida circumferre. Phaedr. 4. 21. de Simonide. Hinc Juven. 14.:

— *Fracta rate naufragus assem*
Dum rogat, et picta se tempestate tuetur.

Istam picturam et vestimenta humida (facta olim in tempestate) postea dedicabant in templo alicui deo, plerumque Neptuno. Tibull. 1, 1.:

Nunc, dea, nunc succurre mihi: nam posse mederi,
Picta docet templis multa tabella tuis.

Od. 1, 6. *Ad M. Vips. Agrippam.* Socerum Augusti. 1. *Scribéris Vario.* (a Vario.) Tac. Ann. 1, 1.: *claris scriptoribus memorata sunt.* Varius fuit insignis poëta epicus et tragicus. 2. *Maeonii carminis alite.* Carmine epico, quale scripsit Homerus. Explicant *alite*: *auspiciis carminis Homeri.* Ineditus meus interpres: *auspicio vel sublimitate Homerica.* *Ales* saepe ponitur pro omine, auspicio. Carm. 4, 6.: *potiore ductos alite muros.* Vid. Torrent. Si dixisset *Maeonii vatis alite*, posset fortasse ferri; sed *carminis alite* nihil est. Est hypallage, pro *carmine Maeonii alitis.* h. e. Maeoniae aquilae. Ales pro aquila aut cygno, ut *Urbs* pro Roma, *ferus* pro equo. Sic de se ipse Horat. 2, 20.; sic Pindarum vocat *cycnum Dyrcaeum* 4, 2., et a Graecis poëtae dicuntur ὄρνιθες Μαιῶν *Maeonius* est Homericus. Maeonia est Asiae regio, quae postea Lydia est dicta, ubi credebatur natus esse Homerus. 3. *ferox.* fortis. Tac. Hist. 2, 24.: *ferocissimi auxiliarium.* vid. Non. in ferox. (Vindic. Ovid. in not. ad Metam. 3, 213.) *navibus aut equis.* Terra marique. Agrippae proelia navalia contra Sext Pompejum et Antonium sunt celeberrima. 6. Achillis iram. qui non poterat flecti, et nulli volebat cedere, ut Caesar. 7. *cursus.* errores. *duplicis.* callidi, astuti. 8 Familiam Pelopis, regis Peloponnesi, Atreum, Thyesten, Agamemnonem, de quibus multae poëtarum tragoediae. Orestem tragoediam scripserat Varius, cujus veteres meminerunt. 9. *tenues.* tenui ingenio praediti. 10. Musa, quae non nisi Lyrica canit, ad res bellicas scribendas inepta. 11. *egregii.* supra omnes eminentis. 12. *deterere.* minuere (*tenuare* Od. 3, 3, 72.)

13. *tunica tectum adamantina.* χαλκοχίτωνα, thorace, qui non potest perrumpi. Adamantina dicuntur omnia viribus invicta. vid. Plin. 37, 4. de adamante. Socrates in Gorgia (Platonis) invictas rationes vocat adamantinas. 14. *aut pulvere* etc. qui semper versabatur inter acerrimos hostium acies. Od. 2, 1, 21.:

Audire magnos jam videor duces,
Non indecoro pulvere sordidos.

15. Fuit Meriones Idomenei comes et amicus, quem propter virtutem Marti comparat Homerus.

16. *Tydiden.* Diomedem, Tydei filium, qui fuit inter fortissimos Graecorum. 17. Puellarum proelia, quae pugnant in juvenes sectis unguibus, ut non sint metuendae. Sic pugnant, quasi quae vinci velint.

19. *vacui* etc. Sive sumus vacui amore, sive ipsi amamus, qui sumus more sollemni (nostro: Sat. 2, 3, 325.) valde inconstantes.

Od. 1, 7. *ad Munat. Plancum.* Fuit Consul et Censor; triumphavit de Gallis. Cic. 10. ad Fam. extant ejus epistolae elegantissimae. 1. *Mitylenen.* In Lesbo, quae insula nunc dicitur Metaline. 2. *Ephesum.* (ubi nunc pagus ignobilis, nomine Ajasalove.) 3. *Thebas.* coloniam Phoenicum. vid. Barth. Adverss. 1, 16. *Delphos.* nunc Salona.

5. *quibus unum opus est.* qui nihil aliud egerunt, in hoc uno desudarunt. 6. *Carmen perpetuum* est, quod versatur in uno argumento, et illud totum aliquot libris persequitur. Sic Ovid. vocat *carmen perpetuum* libros Metamorphoseos:

—— primaque ab origine mundi
In mea perpetuum deducite tempora carmen,

quia omnes mutationes omnium corporum in alias formas a chao et natalibus orbis usque ad sua tempora in illis complectitur. 7. *decerptae frondi.* i. e. in laudibus Athenarum celebrat olivam, quam omnibus arboribus praefert. Sic recte olim legit Erasmus, et vere tuentur D. Heinsius (*) et Dace-

(*) In transcursu monebo, quod nonnullis hodie placet germanice scribentibus hunc virum appellare Heinse, erroneum esse.

rius. Fabula nota est. Neptuno et Pallade contendentibus, quis nomen urbe condendae deberet imponere, placuit diis, ut illius hoc munus esset, qui humano generi obtulisset, quod esset utilissimum. Neptunus percusso littore equum bellis animal aptum produxit, Minerva vero jacta hasta olivam; quae res melior comprobata est, quia et pacis insigne fuit. Haec Servius. Itaque a Minerva, Ἀθήνη, Athenae dictae, quique laudabant Athenas, laudabant quoque olivam, et illam omnibus arboribus praeponebant. Vide Meurs. de regno Attico 1, 10.

9. *ditesque Mycenas.* Homero πολύχρυσον. 10. *patiens.* vid. Crag. de R. P. Lacedaem. 3, 3. Hygin. fab. 261. Notum, quod dicitur, *Spartana patientia concoquere.* 11. *percussit.* scil. admiratione, vel in se convertit animum meum. *Percutere* enim est animum in se convertere. Cic. 2. de orat., ubi loquitur de memoria artificiosa, quae fit per imagines: *Utendum est,* inquit, *imaginibus acribus, quae occurrere celeriterque percutere animum possunt.* Senec. epist. 71.: *Hunc animum, quem saepe induunt generosae indolis juvenes, quos alicujus honestae rei pulchritudo percussit,* h. e. oculos eorum in se convertit. 12. Quam nemus amoenum ad Tibur, in quo nemore est fons Albunea, consecratus ejusdem nominis nymphae. Virg. 7. Aen. vid. apud Commentatorem (Cruq., Aen. 7, 81.:

At rex sollicitus monstris oracula Fauni,

Fatidici genitoris, adit, lucosque sub alta
Consulit Albunea, nemorum quae maxima sacro
Fonte sonat etc.).

resonantis. qui magnum strepitum edit. D. Heinsius notat, urbes, quae idem nomen habeant quod fluvii, dici illorum domos; quem vide. 13. *Tiburni lucus.* Stat. in Silvis de Manlii Tiburtino (Silv. lib. 1, 3, 14.): *illa recubat Tiburnus in urna.* Vide Torrent. Lucus est memoriae Tiburni (nunc Teverone) consecratus. *et uda* etc. et pomaria, quae irrigan-

siquidem etiam in libris belgica lingua ab eo scriptis nominatur Heinsius, uti et filius Nicolaus. Vide Dan. Heinsii Lofsanck van Jesus Christus, etc. Sic inter nostrates, quoque adversarum nomina gentium sunt Heinse et Heinsius.

tur rivis, qui facile modo hinc modo illinc derivantur ad hortorum irrigationem. Martialis vocat *ductiles: hoc riguae ductile flumen aquae.* Recte autem dixit *pomaria*, quia multa erant circa Tibur; unde Colum.: *pomosi Tiburis arva*, et Propert.:

Ramosis Anio qua pomifer incubat arvis.

15. *Albus.* Λευκόνοτος. Sudewind. (Süd-Süd-west.) Hic in meo Ms. est novi carminis principium cum hac inscriptione: *Ad Plancum Horatio* (leg. *hortatio*) ad bene vivendum. Sic et alii: vid. D. Heins. Exciderunt aliquot versus. *deterget.* pellit, serenum reddit coelum. 16. *neque parturit* etc. nec semper caussa est pluviae. 18. *labores.* curas. 19. *Molli.* leni, suavi. (Hoc ex Schol. Cruq. quocum in levioribus facit nonnunquam Graevius, quem mirum est verum hic non vidisse. Non est nomen *molli*, sed imperativus, neque recte finire aliquem jubeas vitae labores, qui vix unquam prorsus finiuntur; mollire vino et jocis recte jubeas; idque nimirum voluit Hor.) Virg.:

Tunc agni pingues, et tunc mollissima vina.

Possis etiam interpretari matura, tempestiva, ut ap. Virg. *molles castaneae.* 21. *umbra.* umbrosum nemus. 22. *uda* etc. cum laetius se invitaret. 23. *populea.* Populus Herculi sacra. Virg.:

Populus Alcidae gratissima, vitis Iaccho,
Formosae myrtus Veneri.

25. *melior.* quae nobis magis favebit quam pater. 27. *duce et auspice.* summo hujus societatis rectore, cujus auspiciis hoc iter suscipitur, et haec expeditio regitur. Penes summos enim magistratus erant auspicia. 28. *Certus.* qui non fallit. 29. Altera condetur Salamis in Cypro, ut, cum Salaminis meminerint, incertum (*ambiguum*) futurum sit, de qua loquantur. Hinc *Salamis altera* dicitur *vera Salamis* Manilio.

Od. 1, 8, 3. *Apricus* locus opponitur opaco. Cic. Partit. orat. 10.: *In locis illa naturalia spectantur, maritimi, an remoti; plani, an montosi; leves, an asperi; salubres, an pestilentes; opaci, an aprici.* 4. *campum.* Martium, exercitationes campe-

tres. Suet. Octav. 83. 6. *lupatis frenis.* Lupato ferro freni, quo reguntur equi, het gebiet, a similitudine dentium lupinorum. Inde quoque lupi dicuntur. Ovid.:

Tempore paret equus lentis animosus habenis,
Et placido duros accipit ore lupos.

Phaedr. fab. 3, 6, 7: *Qui ora frenis continet spumantibus.*

7. *Temperet.* regat. 8. *cur olivum* etc. Cur luctam vitat? *Oleum*, quo in palaestra nudi ungebantur palaestritae, seu athletae. Virg. Aen. 3, 281.:

Exercent patrias oleo labente palaestras
Nudati socii.

Non solo autem oleo, sed ei admiscebant ceram et pulverem, idque dicebatur *ceroma*, cujus crebra mentio apud Martialem. vide Mercurial. de arte gymnast. 10, 8. 11. *saepe disco.* qui saepe vicit disco. Discus erat rotanda moles saxea, aut plumbea, aut ferrea, cujus jactu juvenes inter se certabant. Cic. 2. de orat. 5.: *Hoc ipso tempore, cum omnia gymnasia philosophi teneant, discum audire malunt quam philosophum.* Horat. Poët. 380.: *Indoctus disci.* Qui discum in sublime jaculabantur, dicebantur *discoboli.* vide Mercurial. l. l. II, 12.

12. *trans finem.* ultra scopum. *expedito.* misso. 13. *ut marinae* etc. Hygin. fab. 96. 14. *sub* etc. circa tempus miseri excidii Trojani. 16. *proriperet.* protraheret.

Od. 1, 9. Meus Ms.: *Ad Thaliarchum puerum speciosum.* Thaliarchus est magister convivii; non est Romanum nomen. In hoc carmine docet, omnes anni horas habere aliquid laeti et grati. 1. *stet.* h. e. sit plenum nivis. Virg. Aen. 6, 300.: *stant flumina flamma.* Et 12, 407: *Jam pulvere coelum stare vident.* Sisenna: *coelum caligine stat.* 2. *Soracte* est mons Faliscorum non longe a Roma, nunc monte Tresto, corrupte pro S. Silvestro. Ibi Apollo colebatur. Virg. Aen. 11, 785.:

Summe deûm, sancti custos Soractis Apollo.

vide Plin. 7, 2. (Cf. Virg. Aen. 7, 696.) 3. *laborantes.* mole nivis pressae. 4. *constiterint.* concreverint, durata sint magno frigore. Ovid. de Ponto:

Vidimus ingentem glacie consistere Pontum,

acuto, urente, acri. 4, 1.: Solvitur *acris hiems*. 6. *benignius*, liberalius. Contra *maligne* parce. Justin.: *maligne praebere stipendium*. *Maligna lux* est tenuis. 7. *quadrimum*. vetustum. 8. *Diota* est vas fictile, habens duas ansas, in quo vinum condebant, Latinis *amphora*, *quadrantal*, quod capiebat 48 sextarios. 9. *qui simul* etc. quorum imperio simul ac venti quiescere, nullius arboris folium movetur. Virg. Aen. 5, 763.: *placidi straverunt aequora venti*. Aen. 8, 86.:

Thybris ea fluvium, quam longa est, nocte tumentem
Leniit, et tacita refluens ita substitit unda,
Mitis ut in morem stagni placidaeque paludis
Sterneret aequor aquis, remo ut luctamen abesset.

Sententia est: dii curant res humanas, quorum nutu et saeviunt venti, et sedantur. Simulac dii volunt, post magnas turbas pax sequitur et magna tranquillitas. In deorum potestate haec omnia esse, tempestatem et tranquillitatem, bellum et pacem. 13. Noli sollicitus esse de rebus humanis. 14. Quicunque vitae dies accesserit, eum putato tibi praeter spem tuam accessisse propter incertum vitae nostrae, quae est in deorum manu. Nam lucrum incerta res est, de qua nihil firmi nobis possumus promittere. Liv. 40, 8.: *De lucro*, inquit, *vivere me scito*. Cic. ad Diverss. 9, 17.: *De lucro prope jam quadriennium vivimus*, h. e. jam quadriennium est, ex quo, quod vivimus, in lucro deputamus; habemus in iis, quae praeter spem evenerunt. 14. *Fors*. (ita Lamb. Cruq. Steph. etc.) Fortuna. 17. Dum genua virent. *οἷς γόνυ χλωρόν*. in flore aetatis constituto. *Revirescere* Flor. (aliique). 18. *campus*. Martius. *areae* loca publica, in quibus conveniebat juventus. 19 Sunt amantium susurri, lustern en flustern. 20. *Composita* condicta. 21. *latentis*. Quae volunt videri latere, risu suo se produnt. Virg. ecl. 3, 65.:

Et fugit ad salices, et se cupit ante videri.

23 *Pignusque* etc. argumenta amoris, armillae, annuli.

24 *male pertinaci* parum pertinaciter retinenti. sub specie reluctandi et retinendi, dum simulant se nolle sibi detrahi, annulum non invitae amittunt.

Od. 1, 10, 1. *Mercurius*,

Atlantis magni Pleïonesque nepos

(Ovid. ep. Parid.), est eloquentiae praeses ac deus, rerum artiumque utilissimarum complurium inventor; dictus Ἑρμῆς, interpres, quod posset animi cogitationes diserte interpretari, et λόγιος, cui linguam sacrificabant. Praeterea multa ex Mosis historia transtulerunt ad suum Mercurium Phoenices, a quibus acceperunt Graeci. Caduceus (*virga* 18.), quem Mercurio tribuunt, est virga Mosis. Serpentibus ille cingitur, quia virga Mosis portentorum effectrix, a Mose in terram projecta, serpentis instar repsit, et magorum Aegyptiorum virgas absorpsit. 2. Qui primorum hominum agrestes et barbaros mores tua eloquentia emandasti, primos homines instituisti, ut cultius vivendi genus sectarentur. 3. *Formare* pro vulgato informare. Virg. (Aen. 8, 426 seqq.) Dicitur Mercurius etiam litterarum inventor, et is, qui docuerit, quo dii honore quibusque sacris sint colendi. Vid. Diod. Sic. 5. *decorae* Vid. sequ. not. 4. *palaestrae*. Homines reddidisti politiores inventa et instituta palaestra. *More palaestrae* est institutis et legibus palaestrae. Palaestra est luctatio a πάλλειν. Virg. 6, 642.:

Pars in gramineis exercent membra palaestris.

Recte *more pal.* Lucan. 4.:

— *perfudit membra liquore*
Hospes, Olympiacae servato more palaestrae.

Et Stat.: *pinguive cutem fuscator olivo*

Hoc Idas, hoc more Dymas aliique madescunt.

Hinc Petron.: *Intraverunt palaestritae quam plures, et nos legitimo perfusos oleo refecerunt*, h. e. ex lege et more palaestrae. *Decoram* vocat palaestram, quia corpora reddit decora, nitida et elegantia, efficitque, ut decore moveantur. Hinc *palaestra* ad alia transfertur, ut notet elegantem quandam ac venustam rationem agendi et dicendi. Cic. de perfecto oratore: *Motus hic habeat palaestram quandam*, i. e. venustatem decoram. Idem 1. de leg.: *Antipater paulo inflavit vehementius, habuitque vires agrestes ille quidem et horridas sine nitore ac palaestra.*

6. *Nuncium.* Quia sermone perficiuntur res nuncii dei, quia sermo voluntatem nos dei docet. Propterea alas ei addiderunt, quia celeres debent esse nuncii, et quia verba Homero dicuntur alata (πτερόεντα), ut volucrem signent sermonem. Lystrenses, cum S. S. Paullus et Barnabas claudum sanassent, utrique divinos tribuebant honores, Barnabam Jovem appellantes, Paullum *Mercurium*, quia is verba faciebat. Act. 14, 12 6. *lyrae parentem* Vid. ad I, 32.

7. *Callidum* etc. qui novit artem furandi et festive, quidquid vult, subducendi. Merc. negotiorum quoque et mercaturae praeses habebatur, quia ad illam excolendam et ingenium et sermo requiritur, ac saepe fraudulentus; unde et impostor et fur Merc. fingitur. Gallus etiam ei mactabatur, quia vigilantia opus est mercatori. Bochartus in I. Phaleg c. 2. ostendit, Mercurium esse Chanaan, filium Chami, quod significet *mercator*. Chanaan est pater Phoenicum, qui fuerunt primi mercatores et in commerciis valde furaces Inde deus mercatorum et furum habitus est Merc. Vid. Bochart. d. l. 9. *boves*. Apollinis pascentis pecus Admeti, regis Pherarum in Thessalia, cui mercede conductus serviit Apollo. vid. Apollod. biblioth. lib. I. p. 40. ed. Com. 10. *amotas*. surreptas.

11. *viduus*. privatus, orbatus. 15. *Thessalos ignes*. Excubias Graecorum, aut proprie Thessalorum, quorum rex et princeps erat Achilles. Solebant enim excubare ad ignes. Curt. 4, 13.: *Vigilias intentiore cura servari jusserat: ergo ignibus tota ejus castra fulgebant*. Stat. 12. Theb.:

> *Attendunt vigiles, et rex jubet ipse timeri,*
> *Contractaeque vices et crebrior excubat ignis.*

16. *fefellit*. latuit. per media Graecorum castra venit ad tentoria Apollinis, ut a nemine cognosceretur.

17. *Tu pias* etc. Merc. dicitur ψυχοπομπὸς et ψυχαγωγὸς, animarum deductor. Hom. Odyss. ω.:

> Ἑρμῆς δὲ ψυχὰς Κυλλήνιος ἐξεκαλεῖτο
> Ἀνδρῶν ἠγήτωρ· ἔχε δὲ ῥάβδον μετὰ χερσίν.

Ab Aegyptiis acceperant, qui crediderunt μετεμψυχωσιν. Alexander ap. Diog. Laërt. in vita Pythag. p. 221. ed. Londin.

ex Pythagoreorum sententia tradit, animam corpori similem in aëre vagari, animarumque Mercurium esse promum condum, quoniam is e corporibus terra marique animas deducat. ex quibus quae purae sint, eas in excelsum locum duci; impuras autem neque ad illas accedere, neque inter se sociari, sed durissimis a Furiis vinculis coërceri. vide ibi plura. 18. *levem.* animas impiorum. *coërces.* caduceo reprimis.

Od. 1, 11, 2. *Finem.* mortem. *nec Babylonios* etc. nec inquiras apud Chaldaeos seu mathematicos de tuo fato. Babylonii numeri sunt rationes genethliacorum, qui ex statu coeli qui est natali hora, rationem ineunt, quae sit futura illius hominis fortuna. *Genesis* dicitur Suetonio (Vesp. 14., Dom. 10.). 3. *Ut* hic Graecorum more pro *cum*, ut apud illos ὡς: *cum melius sit* pati, quicquid evenerit, quam a vanissimorum hominum praedictis pendere. 5. Quae nunc frangit mare Tuscum in littoribus lapidosis, ad quae propter hiemales ventos cum impetu alliditur. 6. *Sapias.* Si sapias, vel Sape. *Vina liquare* est liquida reddere et percolare. Veteres per colos seu saccos vinum defaecabant, qua ratione et vires ejus frangebantur. Plin. H. N. 14. cap. ult.: *Quin imo ut plus capianus, sacco vina frangimus.* Theophr. 6. de caus. plant. c. 24. vocat οἶνος διηθητὸς, quod ineptissime vertit Gaza: *vini genus, quod morale vocatur*, cum sit vinum colatum, saccatum, quod per tubos sparteos aut coriaceos transmittitur, afgestoocken wyn. Dicti sunt οἶνος ἠθικοὶ ἀπὸ τῆς ἠθίσεως, a colatura. Est autem *vina liques* hic: liquata promas.

7. *invida aetas.* Tempus, quod nobis invidet longae voluptatis usuram. 8. *quam* etc. nec tibi persuade, te cras superfuturam.

Od. 1, 12, 1. *acri.* acute sonante. Schol. Cruq. 3. *recinet.* repetet. 4. *imago.* Echo. 7. *vocalem.* ad lyram canentem voce (Rectius Schol. Cruq.: *Vocales omnes dicuntur, qui claram vocem habent.*) Tib. 2. eleg. 5.: *vocales impellere pollice chordas.* *temere.* sine ordine. 9. *Arte materna* canendi. 10. *lapsus.* Claudian. in Ruffin.: *pronos lapsus* fluminum. 11. *auritas.* qui tam blandus erat, ut cum canentem quercus sequerentur, perinde ac si essent auritae. *Auritus* proprie magnas aures ha-

bens. *Auriti lepores* Virg. *Auritus testis. canoris.* pulchre sonantibus. Virg.:

Threïcia fretus cithara fidibusque canoris.

13. *solitis* legitimis. 15. *variisque* etc. diversis anni partibus, vere, aestate etc. 21. *Proeliis audax.* et quia bella gessit multa, et quia ebrii solent audaces esse et proni in rixas et digladiationes. Od. 3, 21, 18.: *addis cornua pauperi.* 26. *illum* etc. pugilem. 27. *alba.* quae serenitatem et tranquillitatem affert. Od 4, 8, 31.:

Clarum Tyndaridae sidus ab infimis
Quassas eripiunt aequoribus rates.

29 Maris fluctus componuntur. 30 *Concidunt.* vim remittunt, ac tempestate sedata fluctus conquiescunt. Cic. ad animum transtulit 3. Tusc.: *animus illi concidit*, fiduciam, vim, audaciam amisit. 32. Strepitus fluctuum sedatur. 33 *quietum.* pacatum, otiosum. 35. *fasces.* regnum. *Catonis.* Uticensis. 37 *Regulum.* M. Atilium Regulum. (cf. Clav. Cic. etc.) *Scauros.* M. Aemilium et M Valerium Scauros. Ille fuit princeps senatus, et vir gravissimus. vide Valer. Max. 3, 2, 18. Hujus aedilitas valde laudatur. De utroque vid. Ascon. in orat. pro Scauro. *animaeque* etc qui fortiter animam effudit pro patria. 38. *Paullum.* L. Aemilium Paullum. (qui ad Cannas, non sua culpa, fusus perimendum se dedit hostibus. Liv. 22, 49.) 40. *C. Fabricium Luscinum.* (v. Clav. Cic.) 41. *Curium Dentatum*, summae frugalitatis et fortitudinis virum. vid. Valer. Max 4, 3, 5.

42 *tulit.* educavit. qui illo tempore nati et educati sunt, cum Roma esset pauper. *Camillum.* L. Furium Camillum liberatorem Urbis a Gallis captae. 43. *Saeva.* magna Ennius: *Indúta fuit saeva stola*, h. e. magna. Virg.: *Saevus ubi Aeacidae telo jacet Hector*, h. e. magnus. (Ita et Schol. Cruq. secundum Servium. Sed vereor, ei significationi ut hic sit locus.)

43. *avitus.* a parentibus relictus. *apto.* qui respondebat (conveniebat) fundo. 45 *occulto aevo.* sensim. 46. *Marcelli.* Octaviae filii. *omnes* sc. *stellas.* Sententiam respicit, non verba: debebat enim dicere *omnia.* (sidera). 47. *Julium sidus.* Respicit cometen, qui septem dies fulsit post caedem Julii

Caesaris. vid. Suet. Jul. c. 87. Serv. ad eclog. Virg 9, 47. Inde in nummis Julia stella conspicitur. 49. *custos*. servator. 51. *secundo*. ut a te sit secundus. Vetus epigramma:

Divisum imperium cum Jove Caesar habet.

57. *Te minor*. Od. 3, 6.:

Dis te minorem quod geris, imperas.

58 Tu tonabis in coelo. 59. *parum castis*. pollutis, qui non sancte habentur. *Castus* est sanctus. *Casti* sacerdotes. Luci diis sacri.

Od. I, 14, 2. *roseam*. pulchram. Virg. I. Aen. 402.:

Dixit, et avertens rosea cervice refulsit

12. Aen. 606 : *Et roseas laniata genas*. Roseus color videtur esse candidus sanguinis rubore cum quadam venustate suffusus. (German. poëtae dicunt Rosennacken, Rosenwangen.) 2. *cerea* tanquam e cera ficta. Aliud est ap. Virg. ecl. 2, 53.: *cerea pruna*, h. e. cerei coloris, geele. 3. *vae*, *meum* etc. Ego valde indignor et irascor. Bilis est folliculus vel vesicula fellis in jecore, quod et bilis dicitur, quae intumescit, cum irascimur. Inde bilis pro ira. Juv. sat I, 45 :

Quid referam, quanta siccum jecur ardeat ira?

vid. Torrent. 5. Non constat mihi mens et color.

7 *arguens*. ostendens. 8. quam lento amore, quem non possum excutere, tabescam. Od 3, 19, ult.:

Me lentus Glycerae torret amor meae.

9. seu amasius tuus ebrius inter rixandum tua candida brachia reddidit livida, quod erat signum amoris.

11 *furens*. tui amore perditus. 12 tua labra momordit, ut solent amantes. *memorem*, quae diu durat, et non sinit effluere ex tuo animo amorem sui.

14. *barbare*. crudeliter 15. *oscula*. os tuum. *quae Venus* etc. quae sunt melle dulciora. 18. *Quos* etc. qui se perpetuo amant. *nec malis* etc. quorum amor, jurgiis nunquam interruptus, non solvet sc. se (imo *quos* repetendum ἀπὸ κοινοῦ), h. e. non solvetur ante supremam diem. Verba sic ordina: *nec solvet amor, divulsus querimoniis, citius suprema die.*

Od. I, 14. *Ad Remp.* Male. (?) Non est allegoria, sed carmen scriptum ad navem, quae se retulerat salvum post bellum Philippense, et nunc cum amicis renavigabat in Asiam. vid. Tanaq. Fabri cap. 54. tomi I. 2. *fortiter occupa portum.* mane in portu, tene portum. 4. *remigio.* Virg.:

Tali remigio navis se tarda movebat.

Nonne vides, ut remi fuerint tempestate fracti. Hor. cum mari rediret, ad promontorium Palinuri gravi tempestate fuit jactatus. Od. 3, 4, 27.: (*me*)

Devota non extinxit arbor,
Non Sicula Palinurus unda.

5. *saucius.* fractus. Eadem translatione Ovid. I. Met. 101.: *nec ullis*

Saucia vomeribus per se dabat omnia tellus.

6. *Antemnae* sunt perticae, quibus velum extendebatur. Hirtius: *quod ubi conspexit, celeriter vela subduci demittique antemnas jubet.* Virg. 3. Aen. 549.:

Cornua velatarum obvertimus antemnarum.

gemant. laborant. Virg. 6. Aen. 413.: *Ingemuit* (ita Graev.) *sub pondere cymba.* 7. *durare.* perferre, sustinere. Virg. 8. Aen. 577.: *patiar quemvis durare laborem,* h. e. perferre. Id. ibid. I, 207.:

Durate et vosmet rebus servate secundis.

Carina proprie est trabs ea, ex qua navis constituitur. Liv. 22, 20.: *naves omnes, quae non aut perfregerant proras littori illisas, aut carinas fixerant vadis, religatas puppibus in altum extraxere.* 8. *imperiosius.* cui omnino parendum sit. Sic Manlius *imperiosus* dictus est a severitate imperiorum. 9. *non tibi* etc. vela sunt rupta. Epod. 16, 27.: *Neu conversa domum pigeat dare lintea.*

10. Dii quoque, in quorum tutela erant naves, sunt tempestate illa fracti et submersi. Solebant naves in puppi habere deos pictos, aut fictos, in quorum tutela navis erat; unde etiam dicti sunt *tutela.* Ovid. epist. Parid.:

Accipit et pictos puppis adunca deos.

Pers. sat. 6, 30.: *Ingentes de puppe dii.* Senec. epist 76.: *Navis bona dicitur, non cujus aureum aut urgenteum est rostrum, nec cujus tutela ebore caelata est*, etc. vid. Fest. in *Europa.* Παρασημον autem erat in prora, a qua navis dicta. *Centauro invehitur magna* Virg. Aen. 5, 122.

11. Quamvis sis ex arboribus Ponticis contexta. Ibi enim et olim erant et hodie sunt silvae, quarum arbores optimae ad navium structuram. 12. Arbor nata in silva celebri et famosa. 14. Nautae in tempestate non credunt, se a diis suis in puppi pictis posse servari; illis diffidunt. 15. *Tu nisi* etc. Tu cave ne a ventis lacereris atque evertaris. *Debere ludibrium ventis* est a ventis vexari et ludibrio haberi. Locutio graeca: vide Muretum.

17. quae nuper mihi tot sollicitudines, tot attulisti taedia, cum te veherer, metu perpetuo et hostium et naufragii anxius. 18. nunc mihi es desiderio et curae propter amicos, quos refers. 19. Vide ne pereas in mari Aegaeo. *Aequora fusa inter nitentes Cycladas.* Nitentes, quia pleraeque splendebant et albicabant, unde Dionys. Alex. sideribus comparat. Erat autem inter illas insulas propter brevia et scopulos mare valde periculosum. Virg. 3. Aen. 126.: *sparsasque per aequor.*

Cycladas et crebris legimus freta consita terris.

Od. I, 15, 1. *Pastor.* Paris. *traheret.* abduceret secum. 2. *Idaeis.* Trojanis. *perfidus.* qui violaverat jus hospitii. *hospitam.* quae hospitio illam exceperat.

3. Nereus jussit ventos silere et quiescere. Nereus Tethyos et Oceani filius antiquissimus et, ut ait Ovid., veritatis amantissimus; unde Nereïdes dictae, ejus filiae, Nymphae marinae. 4. *fera fata.* crudele exitium Trojae. 5. *mala alite.* Inauspicato. *Avis* et *ales* pro augurio. (cf. not. ad 6, 2.) Sic *alite secunda* Epod. 16, 23., *potiore alite* Od. 4, 6, 23. Propert. 3. eleg. 8, 11.

At tu, cara mihi, felicibus edita pennis.

7. Conjuraverunt Graeci omnes ad tuas nuptias rumpendas. Virg. 4. Aen. 425.:

Non ego (Dido) *cum Danais Trojanam exscindere gentem Aulide juravi.*

9. Quantopere laborabunt equestres et pedestres copiae. *Equi* sunt equites, *viri* pedites, qui et per excellentiam saepe milites dicuntur. Hinc illa locutio *equis*, *viris*, pro omnibus viribus. Cic. Philipp. 8, 7.: *Putabam fore ut omnes, inflammati odio, exercitati dolore, armis, equis, viris Decimo Bruto subvenirent.* 3. de Offic. 33.: *Cum his viris equisque, ut dicitur*, etc. *decertandum est.* 10. *quanta* etc. quantas clades et strages excitas Trojanis; quantarum cladium Trojanis es caussa et auctor. 11. Jam se parat ad bellum, jam armatur. *Aegis* est munimentum corporis aereum, in cujus medio est Gorgonis caput, circa vero serpentes. Vid. Virg 8. Aen. 435 et ibi Serv. vide et Rub. de gemma Tiberiana p. 195. et Callim. hymn. in Palladem, ibique Spanhem. 12. *Currusque.* in quibus olim pugnabit. *rabiem.* furorem bellicum.

13. Frustra Veneris tutelae et defensioni fidis et illis ferox es. 14. *grataque* etc. foeminam modo hanc modo illam oblectas citharae cantu. Sic alibi dicit *dividere amicis oscula.*

16. Hastas tuis amoribus et nuptiis infestas frustra effugies, cum manus conseres cum Menelao, quamvis Venus, ne occidaris, te pugnae ereptum in thalamum feret. *Thalamus* locus, in quo conjuges morabantur, et ipsum conjugium Virg. 4. Aen. 18.:

Si non pertaesum thalami taedaeque fuisset.

17. *calami spicula Cnossii.* sagittas Creticas, quae erant optimae. Calamus est arundo, ex qua sagittae; hinc calamus pro sagitta. Ovid. 8. Met. 30.:

Impositis calamis patulos sinuaverat arcus.

19. Crines tuos adulteri, qui adulter es, maculabis in pulvere, h. e. cades, occidéris, quamvis admodum sero. Od. 4, 6, 11.: *posuitque collum in Pulvere Teucro.*

24. *Teucer.* Telamonis filius. *Sthenelus* Capanei filius, qui et manu strenuus est, et egregius auriga.

25. *equis.* Diomedis. 28. *melior.* fortior. Justin.

30. *graminis.* pabuli. 31. *sublimi.* alte ducto spiritu et an-

helitu ab imo pectore, ut solent curru fatigati, aut valde irati. Virg. 9. Aen. 814.: *fessos quatit aeger* (sic) *anhelitus artus.* Cic. 1. Off.: *Ne in festinationibus suscipiamus celeritates, quae cum fiunt, anhelitus moventur, vultus mutantur. Anhelitus* vulgo male pro respiratione ponitur, cum sit ejus vitium.

33. Iratus Achilles retardabit et morabitur eversionem Trojae. Est audax loquendi genus. *Dies* saepe notat rem illa die gestam, ut h. l. excidium Trojae. Cic. 9. ad Att. 8.: *Dirus ille dies Sullanus, quo C. Marius pulsus est.* Sic et in sacris litteris Iob. 18, 20.: *In die ejus stupebunt novissimi.* vide ibi interpp. et Manut. in 7. ad Att. epist. 8. (Cf. Clav. Cic. v. Dies.) Psalm. 137, 7.: *Recordare contra Idumaeos diem Hierosolymae.* Et propius ad Horatii locum accedit Esaias 13, 22.: *Appropinquabit tempus ejus, nec dies ejus proferentur.*

Od. I, 16. Imitatus est Hor. hoc carmine Stesichorum, qui cum carmen scripsisset in Helenam, coecitate est punitus; cum autem recantasset, visum recepit. Hinc nata vox παλινῳδία, et *recantare.*

2. Quamcunque poenam exiges a carminibus meis, quibus famam tuam laceravi. *Criminosi* sunt maledici, pleni convitiorum. *Criminosissimus liber* Suet. Caes. 75. *Ponere modum,* ut 3, 15. (secundum aliquot codd.):

Tandem nequitiae pone modum tuae.

3. *Iambis.* Primus iambos scripsit Archilochus in Lycamben socerum, quod filiam Neobulen sibi desponsam alii locarat, ac patrem aeque ac filiam ad laqueum compulit. *sive flamma* etc. sive flamma libet exurere, sive mari mergere illos. 5. *Dindymene.* Cybele, sive Rhea, mater deum, dicta Dindymene a Dindymis, monte Phrygiae. Non illa Gallis tantum furorem injicit: nam Galli quidem (Cybeles sacerdotes), cum sacris operarentur, videbantur furere et cultris se lacerare. Unde *gallari* (*gallare*) pro insanire. vide Catulli galliambum. *non adytis* etc. non sic insaniunt Pythiae, cum oracula edunt. *Quatere mentem* est concitare divino afflatu, vecordia implere, ut videatur insanire. de vesania Phoebadum Lucan. lib. 5. v. 166 et seqq.:

—— *non unquam plenior artus*
Phoebados irrupit Paean, mentemque priorem
Expulit, atque hominem toto sibi cedere jussit
Pectore. Bacchatur demens alterna (sic, sed male) *per antrum*
Colla ferens etc.

vide et 190 seqq. 7. Non Bacchus tanto furore implet Bacchas, unde *bacchari*. de quo multis in locis Ovid. in libris Metamorphoseon. vide et Od. 2, 19; 3, 25. 8. *Corybantes* et Curetes erant sacerdotes Rheae in Creta, qui tympanorum sonitu et clypeorum percussione Jovis nati vagitus occultabant, indeque sacra magna cum vesania celebrabant. vid. Callim. hymn. in Jovem v. 52, et ibi Spanhem., Lucret. 1., Strabo 10. Hinc κορυβαντιᾶν pro insanire. vide et Scalig. ad Catulli epigr. 42 p. 61. edit. meae, et Salmas. in Exercit. Plin. *Acuta aera* sunt cymbala. 8. *Sic* etc. Tanta vi percutiunt. 9 *Tristes*. funestae. *quas* etc. quas non cohibet aut compescit ensis Noricus, h. e. optimus, acutissimus. Plin. 34, 14.: *Ferro in Noricis vena ipsa bonitatem praestat.* (Sententia haec, non omnino verba, Plinii, ut etiam alibi in his notis soli memoriae confisus fuisse videtur vir doctissimus.) Noricum est Bavaria. Sententia est: irati nec enses, nec ullum periculum metuunt. Ira enim furor est brevis. 12. *ruens*. cum tonat. 13. Prometheus fertur ex limo formasse hominem, et ex omnibus animalibus sumsisse particulas, pro natura animalium, quas homini ficto ex luto indiderit, ex lepore metum, ex vulpe calliditatem, ex leone vero iracundiam. De luto illo Juv. sat. 14. v. 34.: *quibus arte benigna*

Et meliore luto finxit praecordia Titan.

vid. Claudian. 2. in Eutrop. ap. Torrent. 15. *insani*. iracundia rabidi. 16. *Vim*. violentiam. *stomacho*. Pectus, in quo est cor, veteres stomachum dixerunt; sanguine vero in corde ebulliente ira nascitur. Hinc *stomachus* pro ira et *stomachari*.

17. Atreus et Thyestes fratres fuere. Thyestes Atrei uxorem compressit; Atreus Thyestae filium ipsi epulandum apposuit, quod scelus aversatus esse Sol dicitur. Virg.:

Hoc tam aversus equos Tyria Sol jungit ab urbe.

Hinc *Thyesteae epulae* ap. Minuc. Fel. vide et Cic. Tusc. 4. 18. *Stravere.* perdiderunt. *ultimae.* quibus nullae fuerint graviores. 19. *Stetere.* fuerunt. (Videtur dictum esse pro *extiterc*, et sic etiam aliis in locis, simplici usurpato pro composito, ut passim.) 20. *imprimeretque* etc. Solebant Romani urbibus, quas delebant, aratrum inducere. Modestinus in Digest. de usufructu: *Si ususfructus civitati legetur, et aratrum in ea inducatur, civitas esse desinit, ut passa est Carthago,* Sen. de Clem. I.: *Caedibus in exitia gentium serpere, et injicere tectis ignem, et aratrum vetustis urbibus inducere.* vide et Jerem. 26, 18, Mich. 3, 12. 21. *exercitus insolens.* victoria ferox. 22. *mentem.* iram. 24. *Fervor.* ira.

25. *Misit furentem.* impulit commotum. *nunc ego* etc. Nunc studio triste et acerbum et iracundum ingenium mitigare.

Lenit albescens animos capillus

27. *recantatis.* refutatis, revocatis, ut vulgo loquuntur. 28. *animumque reddas.* fac ut ad me redeam. Terent. Andr. 2, 1, 33. (secundum vulgatos quidem libros): *Reddidisti animum.*

Od. I, 17. *Ad Tyndaridem.* Invitat eam, ut ad se veniat in suum praedium Sabinum. 1. Faunus saepe ex Lycaeo monte Arcadiae venit in Lucretilem, qui est mons in Sabinis. Sic et Virg.:

Chaoniam pingui glandem mutavit arista.

(h. e. permutat. Vid. Heindorf. ad Sat 2, 7, 110) 3. *defendit.* propulsat nimium calorem et pluvios ventos a capellis. Similiter Sat. I, 3, 14.: *et toga, quae defendere frigus, Quamvis crassa, queat.* Caes. I. Gall.: *et quod non bellum intulerit, sed defenderit.* Cic. 3. de Off.: *Si is, qui non defendit injuriam, neque propulsat a suis, cum potest, injuste agit* etc. 7. *olentis.* foede olentis. Virg.:

Allia serpyllumque herbas contundit olentes.

Hircum olere. uxores. caprae. 8. *virides.* veneni plenas. *colubras* Sic Virg. Lucret. 9. *Martiales.* Lupi apud Romanos Marti erant sacri, apud Graecos Apollini. Virg.: *Martius* a stabulis rapuit *lupus.* Ms. meus: *oediliae. Haedulia, ae,* dixerunt, et *haedile, is.* Sunt septa haedorum. *Hoedilia* ferri

non possunt propter metrum. 10. *Utcunque.* quandocunque. 11. *Ustica* est parvus mons in Sabinis *cubantis.* leniter declivis. Ita *colles supini* Virg. 2 Georg. 276; 3, 555 .12. *levia.* non aspera. 14. *hinc* etc. Ex hoc fundo accipies copiose poma, uvas, pira et alios, qui ibi nascuntur, fructus. 15. *benigno* largo. 16. *Ruris honores* sunt divitiae rurestres, fructus 2 Sat. 5, 12.: *dulcia poma*

Et quoscunque ferret cultus tibi fundus honores.

Alludit ad cornu copiae, plenum uvis, pomis, spicis. Sic ordinandum verba: *hic tibi copia opulenta honorum ruris manabit ad plenum benigno cornu.* 17. In valle recedente longius a via regia, in recessu intra montes sito secretiore. Virg. 6. Aen. 703:

Interea videt Aeneas in valle reducta
Seclusum nemus.

Reduci et *recedere* dicuntur ea, quae interius patent, et sunt remotiora Ovid. Met.: *in minimos tum luna recesserat orbes.* 18 *fide Teia.* lyra Anacreontis. (Anacreontea.) 19. *laborantes in uno.* unum amantes.

20. *vitreamque.* pulchram. (Cf. Sat. 2, 3, 222.)

22. *Duces.* hauries, bibes. Od. 3, 3, 34.: *ducere nectaris succos. nec* etc. nec Bacchus proelia conseret cum Marte. h. e. jurgia et inde proelia non orientur inter bibendum. 24. *protervum* ferocem. 25 *Suspecta.* amoris erga alios. *male dispari.* valde impari, longe imbecilliori. ne tibi manus inferat violentas, et quas non potest continere; ne te male habeat.

Od. 1, 18, 1. Ante alias omnes arbores tu seres vites in agro Tiburte 2. *mite.* apricum; quod nec nimio solis aestu torretur, nec frigore acriore premitur.

3 *Siccis.* sobriis, qui vino non madent. Epist. 1, 19, 8.: *Forum putealque Libonis Mandabo siccis.* Cic. orat. in Rullum 1, 1.: *Haec, per deos immortales, utrum esse vobis consilia siccorum, an vinolentorum somnia — videntur?* Vivunt sicci in perpetuis curis et sollicitudinibus. *Dura* sunt aspera, acerba. Cic.: *dura reip. tempora,* i. e. gravia. Idem: *conditio et fortuna durior* 5 Quis potus queritur de militiae et pauperta-tis incommodis? Lege ex meo et aliis Mss.: *increpat,* h. e.

reprehendit, aut queritur. *Crepare* est jactare, ut 1. Epist. 7, 84.: *vineta crepat mera.* 6. *decens*, decora 7 *ne quis* etc. ne quis intemperanter utatur mero, ut mens saucietur. 8. *rixa.* Pugna orta inter Lapithas et Centauros in convivio nuptiali Pirithoi, Lapitharum regis. vide Ovid. 12. Metam. v. 230 et seqq. Lipithae Thessaliae montes incolebant Pindum et Othryn.

9. *Debellata.* pugnata. *Sithonii*, populus Thracius ad Salmydessum fluvium, pro omnibus Thracibus dicuntur. *non levis*, qui Thraces graviter punit, cum ejus munere abutuntur, quippe qui et ipsi ebrii pugnant, et se lacerant, et jugulant. Od. 1, 27, 1.:

Natis in usum laetitiae scyphis
Pugnare Thracum est.

11. *candide.* aperte (vel formose: siquidem) Bacchus semper est formosus. *Bassareu.* Bacche, ab hebr. voce *bassar*, quod est vindemia. Inde Bacchae dictae Bassarides. 12. *quatiam.* commovebo. *nec variis* etc. arcana non revelabo. 13. *saeva.* noli cornuum et tympanorum strepitu furorem injicere, ut soles, cum Bacchae sacris tuis operantur 14 *amor sui.* Φιλαυτία, nimia arrogantia. 16. *Arcanique f. p*, secreta aperiens.

Od. 1, 19, 1 — 4. Hoc est: vino et otio lascivio.

3. *licentia.* otium, quod lasciviam parit, h. e. petulantiam 4 *Finitis amoribus. Emeritis libidinum stipendiis* dixit Cic. de Senect (14.) Qui jam diu amori renunciaram, nunc denuo amare incipio 5 *nitor.* forma pulchra. 8. Vultus lubricus ad adspiciendum, qui facile invitat ad amandum, quem non possis adspicere, quin amore incendaris. 9 Jam valde uror amore. 11 *versis* etc. qui fugiendo fortius pugnat, et majores strages edit. Virg 3. Georg 31.:

Fidentemque fuga Parthum versisque sagittis.

12. *attinent*, ad amorem. 13 *vivum cespitem.* viridem cespitem, ex quo aram struam. 3, 8, 3.: *positusque carbo in cespite vivo.* Sic et apud Hebraeos, a quibus alii acceperunt, cespititiae arae primum dei jussu erectae sunt Exod. 20, 24.

14. *Verbenas.* herbas sacras, ex puro loco avulsas. vid.

Fest. in *sagmina*. Od 4, 11, 6 : *ara castis cincta* (sic, fort. secundum Graevii Ms.) *verbenis*. Terent. Andr. 4, 3, 11. Proprie verbena est gramen ex ara seu ex arce (Capitolii) cum sua terra evulsum. vid. Plin. 22, 2

15. *patera*. vasculo libatorio. Saepe conspicitur in nummis. 16. *lenior*. magis tum propitia erit Venus

Od 1, 20, 1. *Vile Sabinum*. In Sabinis nascebatur vinum vile. (velut Biturícum et, quod soli novisse dicuntur Sabini et Laurentes, Vinaciolum. Plin. 14, 2 3. illud ignobilibus uvarum generibus annumerat (cf. Cruq.)

2 *Cantharus* poculi genus, quo usus est Bacchus. Plin. 33, 11. (Laudatus locus in nota ad Epist. 1, 5, 23.) Virg. (eclog 6, 17):

Et gravis attrita pendebat cantharus ansa.

Graeca testa. Samino dolio, quod erat fictile. Hinc *testa* pro *dolio* Vid. Diog Laërt. in Diogene Cyn. 3. *levi*. Oblevi, et cera aut pice obsignavi, impresso signo et anno, quo fuit conditum, et nomine consulum. Quando. aperiebantur amphorae, dicebantur *relini*, quod Horat 3, 8, 10. vocat *amphorae pice adstrictum corticem dimovere· datus in theatro* etc. restituta valetudine· 5. *paterni fluminis*. Tusci Tiberis.

9. Apud te bibitur vinum Caecubum et Calenum. *Caecubum* est vinum natum in agro prope Caecubum, Campaniae oppidum, de quo et Martial. 13, 112.:

Caecuba Fundanis generosa coquuntur Amyclis.

vid. Plin. 14, 6. *Cales* est urbs Latii sita ad viam Latinam, quae etiam dicitur *Calenum*, hodie *Calvi*. Ibi vina praestantissima nascebantur. *domitam*, pressam. 10. *mea* etc. Nec ego ministrare possum vinum Falernum, quod nascebatur in montibus Campaniae, qui Falerni et Massici dicebantur. Inde Falernum et Massicum idem est vinum. Philarg. ad Virg. 2. Georg. 143. (*Bacchi Massicus humor*: *vinum*, inquit, *a montibus Falernis, qui et Massici*. Colum. 3.: *Neque dubium est, Massici Surrentinique et Albani atque Caecubi agri vites omnium, quae terra sustinet, nobilitate vini principes esse.*

11. *Formiae* municipium Latii inter Cajetam et Minturnas.

Od. 1, 21, 2. *Intonsum*. Graecis est ἀκερσεκόμης, qui

nunquam tondetur. Sic semper Apollo et Bacchus fingebantur comati. Tibull. (I, 5, 37. edit. Voss.):

Solis aeterna est Baccho Phoebique juventas,
Et (sic) *decet intonsus crinis utrumque deum*

Cynthius Apollo dicitur a monte Deli Cyntho, in quo natus est. Virg. eclog. 6, 3.:

Cum canerem reges et proelia, Cynthius aurem
Vellit et admonuit.

5. *laetam fluviis* etc. quae delectatur fluviis et montium silvis, in quibus venatur. *Nemorum coma* sunt frondes et folia.

6. Siv esit in Algido, Latii monte, qui est ad viam Appiam.

7. *Nigris.* umbrosis. Virg.: *sub ilice nigra.* *Erymanthus* Arcadiae mons, ut Cragus Lyciae. 12. *Fraterna lyra.* quam invenit Mercurius, et Apollini dedit pro caduceo. 13. *lacrimosum.* luctuosum. (Homer. δκυρυόεις πόλεμος Lamb. et Wagn. in Horat. ex Graecis illustrato.) Virg.:

Sive Getis inferre manu lacrimabile bellum.

Od. I, 22, 7. *fabulosus.* famosus, in fabulis memoratus. 10. *et ultra* etc. longius quam statueram. 11. Porph. et meus Ms.: *curis expeditis.* Sed praefero lectionem vulgatam. *Expeditus* est curis solutus. 3, 24, 7: *non animum metu expedies.* Terent. Phorm.: *cura se expedivit.* Cic. ad Attic.: *molestia expedire.* 13. *militaris*, bellicosa, quae multos fert milites. 14. *Daunia.* pars Apuliae circa montem Garganum, nunc monte di S. Angelo. *latis esculetis.* in magnis silvis. 17. Pone me zona frigida poli Arctici. *pigris.* perpetuo frigore adstrictis. Lucret. 5.:

Tandem bruma nives adfert pigrumque rigorem.

quod alii poëtae *frigus iners*, *ignavum*, vocant. Virg. I. Georg. 210.: *serite hordea campis*
Usque sub extremum brumae intractabilis imbrem.

19. *Quod latus mundi.* quam terram. *malusque Jupiter.* h. e. aër; grave coelum. 21. Pone in zona torrida inhabitabili. (ut olim quidem falso putarunt.) 23. *Dulce* suaviter.

Od. I, 23, 1. *hinnuleo.* pullo cervino. 3. *non sine* etc. qui porcellitur metu, simulac aurae vel frondium susurrum au-

diunt. 5. Mur. legit *vitis* pro *veris* et *Ad ventum*. Sed non recedo a vulgata. Vites non sunt in silvis, ubi pascuntur cervi. Vulgata bene se habet, i. e.: seu veniente vere aurae spirant, et movent frondes. Sic *mare inhorrescere* dicitur, cum levi vento movetur. 6. Rubus est sentis genus. *Asper rubus* Virg. Hinc *rubeta*, h. e. senticeta. Ovid: *dura rubeta*. 10. *frangere*. ut frangam te, seu lacerem. 12. *Tempestiva*. nubilis, ut intempestivum pro immaturo Justinus dixit. Virg. 7, 53.:

Jam matura viro, plenis jam nubilis annis.

Od. 1, 24, 1. Cui pudori sit desiderium tam cari capitis, aut quis ejus desiderii finem facere potest?

2. *praecipe* l. c., doce funebres cantus. Horat. A. P. 335.: *Quicquid praecipies, esto brevis*. Suet. Ner. 7. de Seneca: *Cajo Caesari praecipere*, i. e. Cajum instituere. 5. *perpetuus sopor* mors. Virg.: *ferreus somnus urget*. 6. *Pudor* Modestia. Pudor in nummis fingitur matrona sedens, velato capite vestis lacinia, dextra velum tenens aut sceptrum, tanquam dea.

7. *Fides*. In Domitiani nummo conspicitur matrona stans, spicas binas gestans altera manu, altera lancem fructibus plenam, seu spicis. Od. 1, 35, 21.:

Te Spes et albo rara Fides colit
Velata panno.

nuda, aperta, simplex. (Proprie intelligendum, quamvis alba veste indutam Veritatem describat Philostrat. Icon. 1, 27. p. 802. Nam haec quoque persona.) 9. Boni deflent et lugent ejus mortem.

10. Nemini ista mors fuit tam luctuosa. 11. Frustra petis a diis, ut tibi reddant Quintilium, qui non ita tibi creditus est, ut illum liceat repetere, quando velis.

13. Quodsi suavius canas Orpheo. 14. *moderere fidem*. cithara canas. *arboribus*. ab arboribus. 15. Non redibit vita in animam seu Manes. Graecis εἴδωλον. Virg. 4. Aen. 654.:

Et nunc magna mei sub terras ibit imago.

16. *horrida*. quam omnes horrent. 17. qui est inexorabilis in rescindendis fatorum decretis. 18. *Nigro gregi*. in Orco tenebricoso. 20. non licet, non datur, vulgo impossibile.

Od. I, 25, I. *junctas.* occlusas. 2. *protervi.* petulantes et feroces. 3. *amatque* etc. semper est clausa. 5. Quae antea saepe recludebatur. 7. *tuo pereunte.* sc. amasio misere et perdite te amante. Virg. ecl. 8, 41.:

Ut vidi, ut perii, ut me malus abstulit error!

(Proprie dictum h. l. *pereunte.* Cf. 10 seqq. Epod. II, 20.:

Jussus abire domum, ferebar incerto pede
Ad non amicos, heu mihi! postes et, heu!
Limina dura, quibus lumbos et infregi latus.)

9. Tu vicissim, mutata vice, flebis. 10. *levis.* in amando, vel vilis. Tu rursus flebis et plorabis, cum te contemnentes solam relinquent in deserta via angusta, cum Boreas furet circa tempus interlunii.

11. *Interlunium* vocatur biduum illud, quo in coitu solis moratur luna et non apparet; quod et vocatur tempus silentis lunae. vid. Plin. H. N. 2, 9. 14. Quae solet furiosas reddere equas. Sunt enim illae valde libidinosae. vid. Ezech. 23, 20. 15. tuum jecur plenum libidinis uret. Jecur habetur sedes libidinis, quia est pars imi ventris, officina sanguinis et nutrix partium genitalium. Inde *jecur* animantium dicitur *torreri, ulcerari.* Hor. epist. I, 18, 72.:

Non ancilla tuum jecur ulceret ulla puerve.

Od. 4, I, 12.:

Si torrere jecur quaeris idoneum.

18. *Pulla myrtus* est, quae habet folia, cum maxime virent, nigro colore, i. e. obscuro, viridantia. Virg.:

Ilice sub nigra pallentes ruminat herbas,

h. e. ea, quae pulla habet folia, ut myrtus. Hor. hedera virenti ac pulla myrto magis delectari dicit juvenes quam aridis frondibus, quas dedicent Hebro, hiemis sodali, quia hieme omnia arent; h. e. juvenes magis amare juvenculas, quas hederae et myrto, perpetua coma virentibus, comparat, non vero mulieres extincti floris, anus, quas aridis frondibus similis esse ait.

Od. I, 26, I. *Musis amicus.* Ego, qui deditus sum boins

artibus. 2. *protervis.* violentis. Sic *protervus Africus* Epod. 16, 22. Virg. 1. Aen. 536. *procacibus austris.* (quos *furentes* dixit 51.) 3. *Ventis tradere* est ex animo delere, quae passi sumus. Ovid.:

Cunctane ad aequoreos abierunt irrita ventos?
Cunctane Lethaeis mersa feruntur aquis?

5. *Tiridates* fuit rex Parthorum, quem in Phraatis, e regno propter crudelitatem pulsi, locum creaverant. Sed Phraates collecto exercitu Scytharum rediit in regnum. Unde Tiridates fuga ad Augustum sibi consuluit. vid. Justin. 42, 5. 6. *integris.* incorruptis, nondum ab ullo haustis, puris. 7. *apricos.* in apricis vallibus natos. Ovid.:

Annus in apricis maturat collibus uvas.

Aut *vere* natos, ut vetus meus Scholiastes ineditus. *Ver* enim est *apricum.* Sic *loci apricitas* ap. Justinum 36, 3, ubi sol est temperatus. 9. Pimpla fuit fons Thraciae et alius Boeotiae, Musis sacri; unde Musae *Pimpleae*, *Pimpleïdes* et *Pimpleïades* dictae *nil sine* etc. Nisi tu mihi adspiraveris, nil mea carmina, quibus celebrabo Lamiam, proderunt. 10. *fidibus novis.* novo cantu. 11. *Lesbio plectro.* carmine lyrico, quale fecit Alcaeus. *Plectrum* instrumentum, quo feriunt fides citharae. *sacrare.* consecrare, immortalem reddere.

Od. 1, 27, 1. *Natis.* Qui facti sunt ad laetitiam excitandam. 2. *tollite* etc. Vino moderate sumto a rixis abstinete. Nolite vino tam immodice uti, ut instar Thracum rixemini et pugnetis. *Verecundus Bacchus* est modestus. Contra Epod. 11, 13.:

Simul calentis *inverecundus deus*
Fervidiore mero arcana promorat loco,

i. e. immoderatus vini usus coëgerat loqui, quae tacenda erant. *Prohibere Bacchum rixis* est inter potandum a rixis abstinere, a compotationibus arcere rixas. Cic. pro lege Manil.: *Erit igitur humanitatis vestrae tantum civium Rom. numerum calamitate prohibere.* 5 Magnum est discrimen inter convivia et lucernas, ad quas noctu Genio indulgetur, et arma seu pugnas. 7. Nolite tantopere clamare, ut solent ebrii; *Lenire* nonnunquam est minuere. Virg. 1. Aen. 450.:

Hoc primum in luco nova res oblata timorem
Leniit.

ita *lenire curas* etc. 8. Placide accumbite. Veteres cum coenarent, jacebant capite leviter erecto, et cervice reclinata in laevum cubitum. 2. Sat. 4, 38. *et quibus assit*

Languidus in cubitum jam se conviva reponet.

9. *severi*, austeri, fortis. 2. Sat. 4, 24.:

Anfidius forti miscebat mella Falerno.

vid. Plin. 24, 6. Nolebat Hor. alia conditione bibere, quam si convivae dixissent nomina suarum amicarum.

10. *Opuntiae*. Opus Locrorum urbs. 11. *beatus*. ille frater Megillae. *Beati* dicebantur divites errore vulgi. (Imo *beatus pereat* oxymorum est, neque cogitandum de divitiis Ovid.:

Et percussori plaudit amica suo.)

quo — sagitta. quam amet. 13. *Cessat voluntas?* non vis dicere? 14. *Mercede*. Conditione. *quae te* etc. quamcunque puellam amas, ejus non est quod te pudeat, quia semper amas honeste natam. 17. *Peccare* dicuntur, qui amant. 18. *Depone tutis auribus*. Committe homini non revelaturo amorem tuum. 19. Quam avaram amas mulierem! Charybdis mare vorticosum in freto Siculo, omnia absorbens. Hinc ita dicitur mulier seu scortum inexplebilis aviditatis. 20. *flamma*. amore.

21. *solvere*. liberare amore tam infelici. Sicut *vinciri* et *devinciri* dicuntur magico carmine impediti ad aliquid faciendum, sic et *solvi*. 23. Vix ipse Bellerophon, vectus Pegaso, si veniat, liberare te poterit hoc monstro, hoc pessimo scorto, quod comparat Chimaerae. Bellerophon, ope Minervae insidens Pelago, in Lyciam cum venisset, fertur Chimaeram interfecisse. Chimaera dictus etiam mons Lyciae.

Od. 1, 28, 1. Te continet et coërcet paululum pulveris in littore Matini, montis Apuliae. (*Te*, animam tuam sive umbram, quam detinet in eo littore non data tibi adhuc particula arenae. Cf. 23, 36. Palinurus ap. Virg. Aen 6, 365 seqq.:

Eripe me his, invicte, malis: *aut tu mihi terram*
Injice, ——
Aut tu, si qua via est, ——
Da dextram misero, et tecum me tolle per undas:
Sedibus ut saltem placidis in morte quiescam.
Talia fatus erat, coepit cum talia vates:
Unde haec, o Palinure, tibi tam dira cupido?
Tu Stygias inhumatus aquas amnemque severum
Eumenidum aspicies, ripamve injussus abibis?
Desine fata deûm flecti sperare precando.)

2. *Mensorem.* qui arenam metiebaris, cum viveres. (h. e. qui difficillimas rationes conficere solebas. *Geometram* dicit Schol. Cruq.; sed is est *terrae* mensor) Archytas fuit Pythagoreus, amicus Platonis. 5. *Aërias t. d.*, coelum peragrasse. (animo.) 6. *Percurrisse.* Cognosse.

7. *Pelopis genitor.* Tantalus 8 *Tithonus*, Laomedontis regis Trojanorum filius, quem amavit Aurora et avexit. Dicitur autem longa aetate in auras evanuisse. Cf. 2, 16, 30.

9. *Et Jovis arcanis Minos admissus.* Διὸς ὀαριστῆς (Odyss. 19, 179.), qui familiariter cum Jove colloquebatur. vid. Platon. dialog., qui inscriptus Minos.

10. *Panthoïden.* Pythagoras jactabat, se tempore belli Trojani fuisse Euphorbum, Panthoï filium, qui fuit a Menelao occisus, sed cujus anima post multa secula migrarit in Pythagoram. Dicit ergo, Pythagoram iterum esse mortuum.

11. *quamvis* etc. quamvis detraxerit clypeum Euphorbi templo Junonis Argivae, quo testabatur se tempore Trojano usum esse, qui tum fuerit Euphorbus. vid. Ovid 15. Metam.

12 *nihil.* etc. nil mori nisi corpus. 14. *non — verique.* Rerum naturalium et moralium investigator insignis. *Veritas* est ethica, quia veram rationem vitae, virtutem, praecipit.

15 *una.* omnibus communis. 17. Alios Furiae, quae bella concitant, reddunt jucundum spectaculum Marti, qui caedibus delectatur, h. e. in proeliis pereunt. 19. *densentur.* frequentantur. *nullum* etc. Proserpina nullius parcit capiti. Veteris Graeci et Romani credebant, Proserpinam illorum ca-

pitibus crinem detondere, qui mox essent morituri. Virg. 4. Aen. 698.:

Nondum illi flavum Proserpina vertice crinem
Abstulerat, nigroque caput damnaverat Orco.

vid. ibi Serv. et h. l. Torrent. 21. *Orionis.* quo oriente solent tempestates moveri. Hinc Virg. Aen I, 535 : *nimbosus Orion.* Orion est sidus quindecim stellarum prope Taurum. Dicitur fuisse Hyriei filius, a Jove in astra translatus. *Devexus* est in devexa coeli parte constitutus. Virg. 1. Georg. 240 :

Mundus ut ad Scythiam Riphaeasque arduus arces
Consurgit, premitur Libyae devexus in austros.

Aut *devexi*, h. e. occidentis. Sic et 3, 27, 18.: *Pronus Orion.*

22. in Illyrico mari perii naufragio. 23. Tu nauta injice aliquid arenae meo corpori. Veteres in via cum viderent inhumatum corpus, in illud injiciebant aliquid pulveris, donec totum obrueretur. Quintil. Declam. 6. p. 83. vocat *collatitiam sepulturam.* 26. *Fluct. Hesper.* Mari Italico. Id dicitur Hesperium ab Hesperia, i. e. Italia. vid. Serv. ad Aen. 530. Venusium est oppidum Apuliae Peucetiae (sed obsoletum id nomen: Plin. H. N. 3, 11.), patria Horatii. Omnem vim tempestatis avertat in Apuliam.

28. *aequo.* placato, propitio. 29. *Tarenti.* Neptuno sacra illa urbs et in ejus tutela fuit, quia a Neptuni filio Tarante erat condita. 30. *Negligis.* Non vereris. 31. *fraudem.* noxam. *Fors et* etc. Fortasse et tu ipse plectéris, et tibi non solventur justa. Jacebis inhumatus, et superbus viator tibi vicem reddet. 33. *precibus n. l. i.* Meae imprecationes non erunt inultae, non impune illas feres. 34. Nullum erit sacrificium, nulla placatio, quibus possis hanc culpam et hoc crimen expiare. *Piaculum* est sacrificium, quo expiantur crimina, *victima piacularis.*

Od. 1, 29, 1. ITI. est familia Itia Romae. Nunc inhias Arabum thesauris et opulentiae, quam tibi velis vindicatam. Intelligit Arabiae felicis opes. (Cruq.: Anno U. C. 729. Aelius Gallus, ait Dio, primus Romanorum in Arabiam felicem exercitum parum secunda fortuna adduxit.) 3. *Sabaeae.* regionis beatae Arabiae. Poëta: *mittunt sua thura Sabaei.* 5. *Nectis.*

Paras catenis onerare. Irridet hominis ingenium, qui, tanquam jam vicisset, sibi praemia et triumphum animo spondebat. *Quae tibi* etc. Jam praemia victoriae animo agitas. 7. quis erit puer ad cyathum deliciis diffluens et uncto capite? Cf. 4, 9. 9. *Sericas* hic est Parthicas: nam Parthi erant famosi arte sagittas jaculandi et arcu pugnandi. Contra *Parthus* pro *Sericus* ap. Propert. 4. eleg. 5.:

Murreaque in Parthis pocula cocta focis.

Atqui murrea pocula non in Parthia, sed in Serica coquebantur. Sunt nostra porcellanea. Parthia pro Serica, quae est Sina, ponitur, et vicissim, quia merces Sericae per Parthiam ferebantur in Asiam et Europam.

10. *arduis* etc. posse redire ad suos fontes.

14. *Panaetius* fuit celeber philosophus Stoïcus, quem Cic. in libris de Officiis est imitatus. *Socraticam et domum.* h. e. familiae sive sectae Socraticae libros. *Domus* saepe pro secta. Senec. epist. 29.: *Sed idem hoc omnes tibi ex omni domo conclamabunt, Peripatetici, Academici, Stoïci, Cynici.* De Socraticis vide quae notavi ad Cic. 1. de Off.

Od. 1, 30, 2. *Sperne.* Relinque. Flor. 1, 1.: *Lavinium patris Aeneae contemserat.* 5. *Fervidus.* Cupido, qui fervorem amoris affert. 6. *Gratiae* sunt filiae Bacchi et Veneris, aut, ut alii volunt, Jovis et Eurynomes.

7. *Juventas.* Hebe. 8. *Mercurius* propter eloquentiam, qua utuntur amantes.

Od. 1, 31, 1. *dedicatum.* in templo, quod Augustus in palatio ei dedicavit. 2. *novum.* non est mustum, sed vinum, quod hac occasione fundit. 3. *Non* etc. Non pingues agros. *Seges* est ager consitus. Virg. 1. Georg.: *Quid faciat laetas segetes*, i. e. foecundet agrum. vid. ibi Serv. et Fest. in *seges.* Virg.:

Nec Cereri opportuna seges, nec commoda Baccho.

Sic Graeci λήϊον. vid. me ad Hesiod. (ad Scut. Herc. 288., Hesiod. Lectt. c. 19. pag. 609. edit. Lips. a. 1778.)

5. In Calabria multa sunt pascua, unde greges tempore dierum canicularium mittebantur in Lucaniam. vid. Torrent.

7. Non beatae Campaniae rura. 8. *Mordet.* adluit. *taci-*

turnus amnis. lenissime fluens. 9. *Fremere falce Calena vitem* est putare vites Calenas. 11. *exsiccet.* potet. *Cululli* teste Porph. *proprie* sunt calices fictiles, quibus utebantur Pontifices virginesque Vestales, urceoli. 12. *reparata,* parata, emta mercibus Asiaticis, aromatibus. 13. Felix, cui dii sunt propitii. 14. *Atlant.*, Hispanicum. 15. leg. *pascant*: nam dicit nunc, quid poscat. Da modo mihi semper frui olivis, tenui apparatu, victu, μαλάχῃ. 16. *leves, salubres corpori* Epod. 2, 58.

18. *Latoë*, Apollo, Latonae fili. *integra* etc. ut sana mens mihi constet. 19. *nec turpem s. d.*, in paupertate vivere. 20. *nec cith. car.*, nec optimarum artium studiis carentem, sed quam in iis transigam.

Od. I, 32, 1. *Poscimus.* (ita correxit. Graev.) quaeso, precor. *vacui.* otiosi. *sub umbra.* in secessu. 2. *Lusimus.* cecinimus. Virg. eclog. I, 10.:

Ludere, quae vellem, calamo permisit agresti.

5. Quod barbiton modulis primus instruxit Alcaeus. De barbito ad I, 32. *Modulari* est modulis temperare. Hic pass. sive accipitur. Sic alibi (A. P. 263.) noster *immodulata poëmata*, non recte suis modulis distincta. 6. Qui quamvis manu strenuus esset miles, tamen, sive in castris pedestri militia, sive mari bello gesto, sive in aliquo portu, non desiit carmina scribere. Alcaeus, princeps Lyricorum, unde carmen Alcaïcum, fuit vir fortis, et domi contra tyrannos, foris contra Athenienses, bella gessit. vide 2, 13, 26 seqq. Herod. lib. 5, Strab. lib. 13. Quintil. 10, 1. 10. *Semper haerentem.* perpetuum ejus comitem filium. (1, 2, 34.) (11. Vid. Tan. Faber ad Anacreont. 28, 7. Cf. A. P. 37.)

13. *dapibus.* conviviis. 14. *testudo.* vid. ad I, 32. *laborum.* curarum. 15. *mihi* etc. fave mihi, quocunque tempore opem tuam imploraro ad meas curas sopiendas. *cunque* est *quandocunque*, ut vet. interp. 16. *Rite.* legitime. *vocanti.* Vocare pro Invocare, ut ap. Virg.: *O nunquam frustrata vocatus Hasta meos.* (Cf. 3, 22, 3. etc.)

Od. I, 33, 2. *Immitis.* durae, crudelis. *miserabiles*, qui cantantur ad misericordiam commovendam. Cic. 14. ad Att. 10.:

Ille etiam in foro combustus laudatusque miserabiliter, i. e. oratione, quae composita erat ad misericordiam civium ciendam. Ovid.: *Elegeia flebile carmen.*

3. *junior.* rivalis. 4. *praeniteat.* anteferatur. (utpote a meretrice, cui post pretium forma placet, ut ait Donat. ad Terent. Eun. 3, 2, 29.) 5. *tenui.* angusta, pusilla, quae olim formosa habebatur. Epist. 1, 7, 26.: *nigros angusta fronte capillos.* Martial.:

Frons brevis atque modus breviter sit naribus uncis.

Sic et Petron. Circae tribuit *frontem minimam.* (edit. Plantin. min. a. 1596. pag. 94). Male reprehendit hunc locum Scal. 6. *Cyri t. a.* amat illa Cyrum. *asperam.* immitem erga se. 9. *peccet.* se prostituat vili homini. 10. *cui* etc. quae solet homines, qui se non mutuo amant, amore incendere. *Impares* sunt, qui se non mutuo amant; contra *pares*, qui mutuo flagrant amore. Epod. 15.:

Et quaeret iratus parem,

i. e. quae illum vicissim amet. 11. *sub juga aheneа.* Duram servit servitutem, qui amans ab amata spernitur. 12. *Saevo cum joco.* Crudelem ludum ludens, et misere ludibrio habens amantes.

13. *melior* etc. cum me amaret et mei cupida esset longe melior puella quam amata a me Myrtale. 15. *fretis* etc. 3, 9 : *improbe Iracundior Adria.* 16. *Curvantis.* Subeuntis littora Calabriae, et ibi sinus facientis incurvos instar C litterae.

Od. 1, 34, 1. Qui raro sacris operabar et divino cultui. 2. Dum fatuis Epicureorum placitis et doctrinae deditus erro. 3. nunc cogor ei opinioni renunciare, et illa, quae spreveram, iterum complecti. 5. *Diespiter.* quasi diei pater. 6. fulminans. 7. *per purum* etc. Poëtae fingunt, Jovem, cum tonat, curru vehi in coelo. 12, 58.:

Tu gravi curru quaties Olympum.

8. *volucremque currum.* qui citatissimo fertur cursu, ut videatur volare. Virg. *volucres auras*, i. e. celeres.

9. *bruta*, iners et quasi immobilis. 10. *Styx.* proprie est fons Arcadiae. Strab. 7. *Taenarus* est promontorium Laco-

nicum, in quo est specu, quod credebant patere ad Inferos. 11. *Sedes.* mons. 13. *et insignem* etc. virum illustrem minuit et obscurum reddit, homines ignobiles et tenues extollens et potentes reddens ac claros. 14. *hinc apicem* etc. Ab hoc aufert diadema Fortuna, eumque exuit dignitate et omnibus potentiae ornamentis; in alium ea confert.

Od. I, 35, 1. (*gratum.* tibi. 30.: O Venus, — Sperne *dilectam* Cypron, etc.) *Antium.* Volscorum urbs, ubi erat templum Fortunae, in quo edebantur oracula. Suet. Calig. 57.: *Monuerunt et Fortunae Antiatinae, ut a Cassio caveret.* (Nam duae Fortunae sorores ibi colebantur. vide interpp. Suetonii.) 2. *Praesens.* Potens. Sic *praesens deus* est potens, cujus vim et auxilium sentimus Virg. I. eclog.:

Nec tam praesentes alibi cognoscere divos.

Praesens tollere, ut *pertinax ludere* 3, 29, 50. (cf. Heindorf. ad Sat. 2, 2, 41.) 2. *vel imo — corpus.* vel evehere ad summos honores hominem tenuem. 3. *vel — triumphos.* vel vertere in funera, h. e. triumphantes evertere et fundere victores. 7. *Bithyna.* qua merces ex Bithynia feruntur. 9. *asper.* barbarus, ferus. *profugi.* vagi, qui nusquam habent fixam sedem.

10. *ferox.* bellicosum. 12. *Purpurei.* purpura induti. Hinc *purpurati proceres* sunt aulici. 13. Ne evertas florentem statum imperii. 14. *neu* etc. ne populus seditionibus concitatus conclamet ad arma, corripiat arma, bella civilia movens.

16. *frangat.* extinguat. 17 seqq. Haec est descriptio picturae, qua Fortuna fuit in templo Antii depicta cum suo comitatu. Illam, velut consulem lictor, antecedebat Necessitas seu Fatum, Graecis Μοῖρα: inde muliebri habitu fuit induta. Nihil autem aliud est quam decretum divinum, quod omnia regit et moderatur, cujusque vim nemo potest effugere.

18. *trabales.* ingentes et praevalidos. Virg. Aen. 12.: *trabale telum*, Stat. Theb. 4.: *trabalis hasta.* 3, 24, 5. vocat *clavos adamantinos* (a firmitate.) *Cuneos* et *clavos* ad omnia aut evertenda, aut firmanda, quo significatur vis et potestas necessitatis. 19. *abena.* qua omnia perrumpit. 20. *Uncus.* quo trahebantur damnatorum corpora in Tiberim. Juv. sat. 10, 66.: *Sejanus ducitur unco.* 21. Te Spes sequitur: quia spes est so-

lamen infelicium et miserorum, qui sperant semper, melius futurum. *rara.* quae a paucis colitur. *Fidelitas alba stola* vestita est ad ejus puritatem significandam. *Velari* est indui, *velamen* habitus, vestis. Virg. Aen. 1, 292.: *Cana Fides.* (vid ibi Serv.) 22. *comitem abnegat.* sc. se tibi; nec recusat te comitari, quomodocunque te geras, et ex secunda fias adversa, cultu laeto mutato in lugubrem. Cum deseris, quos fovisti: viri tamen boni eos non deserunt.

25. Homines infidi, qui emolumenti tantum spe amicitiam coluerunt, deserunt afflictos, qui bona amiserunt. *Donec eris felix* etc. 26. *Cadus* est vas vinarium, decem congios continens; congius sex capit sextarios. 28. Dolosi in ferenda pariter cum amicis adversa fortuna et calamitate. Is autem est dolosus, qui se simulat amicum, cum res alicujus florent, deserit autem eum, cum in calamitatem incidit.

29. Expeditionem moliebatur in Britanniam post victoriam Actiacam Augustus; sed Arimini ei obvii fuerunt legati Britannorum de pace. Itaque in fidem eos recepit, teste Dione.

30. *juvenum.* militum. 31. *Examen* etc. Exercitus, Asiae sive Orienti et mari Indico timendus. 33. (Miro commento Cruq. edidit: *Heü cicatricum*, cum *Heu cicat.* inveniesst in suis codd., ut etiam alibi legitur: nam quod ipsum *Heü* extare in illis dicit, nugatur, sed ruenti versui sic ipse succurrebat, cum scribendum esset *Heu heu.*) Quid nos ferreo hoc seculo ausi non sumus, et in nos admisimus et passi sumus? 35. *nefasti.* scelesti. Nec sacris nec profanis pepercimus. 36. *unde.* a quibus. 38. Utinam gladios bello civili hebetatos refingas, ut illo utamur adversus Massagetas.

39. *Diffingere* ferrum est in novam formam recudere, amissa priore. 3, 29, 46.: neque

Diffinget infectumque reddet etc.

h. e. immutabit.

Od. 1, 36, 1. *fidibus.* carminibus, cantu. 2. *debito.* quem vovi. 4. *Hesperia.* Hispania. (rediens ex bello Cantabrico, per quinquennium gesto ab anno U. C. 726, sive ante Chr. 24., de quo bello vide Suet. Octav. 21, Flor. 4, 12 etc.) 6. *dividit.* Cf. 1, 15, 15. 8. Memores, se sub eodem magistro pueri-

tiam transegisse. *Rex pueritiae* est rector puerorum, παιδώναξ Graecis. 9. *togae.* praetextae in puram. 10. Ne careat ista dies vino Cretico optimo. (Ita et Harduin.; sed hodie quidem vinum Creticum et usitatum et in pretio est, olim non fuit; neque recte dici videtur *nota Cressa* pro *nota vini Cretici.* Vidd. Dacer. Bentl. San.) 2, 3, 6.:

Seu te in remoto gramine per dies
Festos reclinatum bearis
Interiore nota Falerni.

Sat. I, 10, 24.: *ut Chio nota si commista Falerni est.* Sententia igitur est: parandae hoc die sunt epulae, in quibus prometur vinum optimum. 11. Nec parcendum est amphorae depromtae, sed bibendum largius.

12. Saliemus quoque instar Saliorum. 13. *multi meri.* bibacem. Cic.: *non multi cibi.* Dum poculis certatur, Damalis bibacissima puella ne vincat Bassum largissimis haustibus, quales sunt Thracum. 14. *Amystis* est Thracicum bibendi genus, cum uno spiritu plenum poculum grande siccant. 16. *vivax.* quod diu viret, petroselinum. Erat inter convivales herbas, ex quibus coronas faciebant. 2, 7, 24; 4, 11, 3. 17. *putres.* amore et ebrietate languentes. 19. *adultero.* amasio, galant. 20. hederis tenacius illum amplectetur. Epod. 15:

Arctius atque hedera procera adstringitur ilex
Lentis adhaerens brachiis.

Od. I, 37, 1. *libero*: quia nunc soluti sumus metu servitutis, quam Romae minabantur Antonius et Cleopatra. 2. *nunc Saliaribus* etc. Nunc in templo Jovis instruere convivium magnificum, ut solebant facere in supplicationibus, re bene gesta. Id dicebatur *lectisternium.* Cic. 3. Catil.: *Ad omnia pulvinaria supplicatio decreta est.* 3. *pulvinar.* lectus, qui in sacris aedibus sternebatur diis. 4. *Sal. dapibus.* epulis lautissimis et apparatissimis, quales erant Saliorum. Qui autem illa convivia curabant sacerdotes, dicebantur Epulones. 7. *dementes.* a demente regina cogitatas. 8. *Funus.* 8, 14.: *sub lacrimosa Trojae funera.* 9. Cum eunuchis, spadonibus. *Spadones* proprie sunt, qui ob morbum aut frigiditatem liberis

operam dare non possunt; *Castrati*, quibus execti sunt testes; *Thlibiae*, quibus a matre aut nutrice sunt fracti; *Eunuchus* generale nomen est, et tam exectisquam non exectis tribuitur. 10. quae audebat quidlibet improbum sperare. 11. *fortunaque* etc. quae fortunae secundae indulgentia nimis insolens erat, petulanterque et proterve multa egit, ut solent vino ebrii. Sic et Philippum dixit Demosthenes rerum gestarum magnitudine ebrium. vid. Muret. V. L. 5, 16. 12. *minuit*. compressit. 14. Ebriam vino Mareotico, et insanientem. *Lymphati* proprie, quibus Nymphae insaniam objecerunt, ut *Cerriti*, quibus Ceres. *Marea* est civitas et palus prope Alexandriam, ubi vina haec nascebantur. 16. *voluntem*. fugientem. 17. *adurgens*. persequens, ut vivam caperet Cleopatram, monstrosam illam foeminam (*Fatale monstrum* 21.), quae nata erat ad perdendos, quos suis illecebris irretierat, ut fere perdidit Jul. Caesarem, et postea Antonium. 20. *Haemoniae*. Thessaliae. Plin. 4. H. N. 7. 21. *generosius*. generosa morte. 23. *nec latentes* etc. nec se contulit in oras remotas et avias classe celeri, ut ibi lateret. Fort. hypallage: nec classem seu naves latentibus in oris, seu portibus interioribus sui regni, celeriter reparavit.

25. *jacentem*. victam, quae in potestatem hostium venerat. Carm. secul.: *jacentem lenis in hostem*. Propert.:

Sub quorum titulis Africa tonsa jaces.

Martial. 8, 83.:

I, liber, ad Geticum Peucen Istrumque jacentem.

Sic leg. Vulgo *tacentem*, inepte. 27. *serpentes*. aspides.

29. Fortior animosiorque, cum constituisset mori. 30. *Invidens* hanc gloriam navibus bellicis Rom., ut privata illis veheretur in Italiam ad superbum triumphum; aut *detrectans*, *nolens* se illuc avehi: nam *invidere* sic quoque accipitur. *Liburnae* seu *Liburnicae* sunt naves bellicae. (Epod. 1, 1.) vide Victor. V. L. 10, 11. et not. meas ad Flor. 2, 6.

Od. 1, 38, 1. Persica convivia apparatissima, de quibus vid. Athen. 4. et Esther. cap. 1. et 2. 2. nec curo pretiosas illas coronas, quas philyrae (quae proprie sunt tiliae) ornant. Liber erat seu cortex interior arboris, quem apte norant a

reliquo cortice separare, et in partes minores secare, quas vocabant philyras, ad ornandas coronas, uti illa ornamenta, quae ex lana erant, vocabantur lemnisci, taeniae. vide Plin. 16, 14. et Politian. Misc. 72. 3. *Mitte.* Noli. 4. *Sera.* quae alieno tempore floret, et propterea est magni pretii. Senec. epist. 23.: *Non vivunt contra naturam, qui hieme concupiscunt rosam, fomentoque aquarum calentium et colorum apta imitatione bruma lilium, florem vernum, exprimunt?* 5. *Simplici.* unguentis non delibuto, sicut Persae solebant roseas coronas unguentis perfundere. 2, 7, 23.: — quis *udo*

Deproperare *apio* coronas
Curatve myrto?

7. *arta*, non magna et spatiosa, quales sunt divitum.

Od. 2, 1. *C. Asinius Pollio* fuit vir insignis et rebus gestis, utpote qui Dalmatas vicit (a. U. 714, ante Christ. 36.), et ingenii monumentis. Scripsit contra Ciceronem et Sallustium. Livium accusavit Patavinitatis. Scripsit etiam tragoedias, et historiam de bello civili. vid. Torrent. (Cf. Clav. Cic. Inscriptio carminis in vet. Ms., quem laudant Turneb. et Torr.: *Ad Asin. Pollionem, virum consularem, ut intermissis tragoediis belli civilis historiam describat.* Cf. not. ad 9.) 1. Loquitur de Q. Metello Celere, qui Consul fuit cum L. Afranio a. U. C. 644. (ante Chr. 56.) Flor. 4, 2.: *Non prius quievere, quam in Urbe ipsa, medio Senatu, eorum, qui victi erant, odia victoris sese caede satiarent. Causa tantae calamitatis eadem, quae omnium, nimia felicitas: siquidem Q. Metello, L. Afranio Coss., cum Romana majestas toto orbe polleret, recentesque victorias, Ponticos et Armenios triumphos in Pompejanis theatris Roma canteret, nimia Pompeji potentia apud otiosos, ut solet, cives movit invidiam* etc. *Motum civicum.* bellum civile. 2. *vitia.* Urbis. *modos.* rationem, quam tenuerunt aut tuendi suam dignitatem, aut augendi.

3. *Ludumque Fortunae.* vicissitudines rerum. *graves que pr. amic.* noxias reip. Triumvirorum societates.

5. Nondum expiata sunt arma civili sanguine inadentia,

h. e. nondum pax deorum impetrata est propter caedem civium et scelera, quae commissa sunt in bello civili. Ita simpliciter expone. Quae de armilustrio affert Dacer., ad quod putat respici, sunt arguta magis quam vera. *Expiare cruores* est caedes sacrificio facto et precibus expiare diis placatis, sive deos propitiare propter caedes.

6. rem plenam periculi et incerto exitu. 7. *et incedis* etc. suscipis opus, quod potest te perdere, ut perdidit Cremutium. Suet. Tiber. 61. Belgae: een saecke, dar ghy u licht kont brennen. 9. Jam tempus non permittit scribere tragoedias; mox, ubi consulatu functus fueris, scribes illas stilo Attico, quali usi sunt Sophocles et Euripides. (Consulatus, quem gessit Pollio a. U. C. 714, post Caesarem interfectum sexto, intelligi vix potest propterea, quod consul vicit Dalmatas, de quibus triumphum egisse dicitur in seqq. Ergo post ejus consulatum scripta videtur ode, *rerumque publicarum ordinatio* vel intelligenda scriptio belli civilis, ut censet Lamb., vel, quod placet Cruquio, sed minus, ut opinor, recte, officium praefecti Urbi, quod consularis gessit, Augusto volente, Pollio.) 12. *Cothurnus* erat crepidarum genus rubrum, cujus lora ad tibiam usque pertinebant, eamque tegebant. Virg.:

Purpureoque alte suras vincire cothurno.

Sandalia digitos pedum haud includebant. Cothurnus tragoedia. Virg. 8. eclog. 10.:

Sola Sophocléo tua carmina digna cothurno.

13. sequ. Qui reos defendis, et censes in senatu. 15. Pollio Salona urbe Dalmatiae capta triumphavit. (vid. not. ad 9.)

17. Videor jam audire classici et tubae strepitum, cum tuam historiam lego. Poëtae facere dicuntur, quae scribunt.

22. qui fortiter pugnant pro patria. Cf. 1, 6, 14; 15, 20. *Non indecoro*, h. e. glorioso.

24. *atrocem*. invictum, et qui flecti non potest. Cic. 1. de Off. 31. (Etiam Schol. Cruq.: *constantem*, et ipse Cruq.: ἄτρωτον, ἀνίκητον. Vide nos in notis ad Feae edit. Od. 1, 37 27.) 25. Dii dicebantur cedere regnis et urbibus, quae ab hostibus subigebantur. Virg. de Troja: *Excessere omnes adytis*

dii. Juno imprimis colebatur a Carthaginiensibus. Virg. 1. Aen. princ.

Quam Juno fertur terris magis omnibus unum
Posthabita coluisse Samo.

Dicebatur Urania, Astarte. vid. Tertull. Apolog. *amicior*. quisquis favebat Afris. 16. *impotens*. irata, quae irae non poterat moderari. (Imo: *nihil potens*, imbecillis. Vid. Serv. ap. Fabrum in Thesaur. erud. schol. v. Impotens.) Impune passi erant, Romanos subigere Carthaginem. 27. *victorum — Jugurthae*. nepotes victorum Carthaginis retulit ad Jugurtham *inferias*, ut inferiae essent. Just. 14, 4.: *Has vobis diras atque inferias dico*. Flor. 2, 6.: *quasi has inferias sibi ultimae Saguntinorum dirae in illo publico parricidio incendioque, mandassent*, h. e. quasi Jugurthini deos precati essent, ut sic se ulciscerentur. Victores solebant ad rogos imperatorum mortuorum caedere victos hostes, aut jubere, ut se ipsi jugularent, quae erant inferiae seu victimae, quae placandis eorum Manibus mactabantur. 30. *impia*. civilia. 31. *auditumque — ruinae?* Clades Romanorum audiverunt etiam Parthi. 34. quod mare Italiae caedes non infecerunt sanguine? Auctor rhet. ad Herenn.: *Si tumore aut livore decoloratum est corpus mortui*: 37. *relictis jocis*. quae cantas convivia et amores. *procax*. impudens. 38. ne decantes gravi carmine fata tristia Romanorum, more Simonidis, cujus patria fuit Ceos, insula maris Aegaei. *Munera Ceae neniae* sunt carmina Simonidis, qui descripsit versibus proelium navale Xerxis contra Graecos, et alia carmina composuit lugubria; unde Catull.:

Moestius lacrimis Simonideïs.

Nenia quamvis cantilenam significat, praesertim eam, quae laudes continet, etiam vivi. 3, 28, ult.:

Dicetur merita nox quoque nenia

de carmine convivali. Epod. 17, 29. *Marsa nenia* est carmen magicum incantatoris. Epist. 1, 1, 62. *puerorum nenia* significat carmen, quod pueri canebant familiariter. Deinde sic imprimis dicuntur cantiones praeficarum aliorumque in fune-

ribus virorum insignium. Graecis *νηνία*. 39. *Dionaeo.* Veneri sacro, ubi cantem carmina amatoria. Quod quidam putant, hic eum blandiri Augusto, qui a Venere voluerit videri genus traxisse, unde Virg.:

Ecce Dionaei processit Caesaris astrum,

est quidem argutum et ingeniosum, sed minus verum et simplex. 40. *modos.* versus, cantus. 3, 3. ult.:

Magna modis tenuare parvis.

Cf. 6, 5 seqq. etc.

Od. 2, 2, 1. Argentum sub terra reconditum non splendet, i. e. nemo admiratur divitias, nisi moderate iis utamur. Epist. 1, 4, 7.:

Cui dii divitias dederunt artemque fruendi.

2. *inimice* etc. qui odisti laminas defossas in terra, h. e. nimiam pecuniae custodiam et avaritiam. 4. *extento aevo.* producta aetate vitae. Virg.: *famam extendere factis.*

7. Velet ejus nomen Fama ad posteros. *metuente solvi* est locutio poëtica, h. e. quae non potest solvi. Virg. 1. Georg. 246.:

Arctos Oceani metuentes aequore tingi.

h. e. nunquam occidentes. 3, 11, 10. *metuitque tangi*, h. e. nolens tangi. Qui aliquid metuunt, id fugiunt. 9. Latioris regni fines possidebis, ditiorque eris, cupiditatem divitiarum nimiam reprimendo. *Regnare* dicuntur, qui beate vivunt et sine curis. Epist. 1, 10, 8.:

Quid quaeris? vivo et regno, simul ista reliqui.

Phaedr.: *Regnare nolo, liber ut non sim mihi.*

11. *uterque.* Asiaticus (Phoenices) et Africanus. 13. Hydrops ingravescit in dies, si aeger sibi indulserit, h. e. non temperaverit a potu. 15. *Fugerit.* Depulsus fuerit. *albo.* pallado.

17. *Redditum solio.* restitutum in regnum, qui erat expulsus. (Vid. not. ad 1, 26, 5.) 18. Dissidens et discrepans a plebis stolida opinione philosophia, magistra virtutis. *numero h. ex.*, felicem non existimat, non inter beatos numerat.

21. *Vocibus.* Verbis, cum reges et divites felices vocat. *re-*

gnum etc. Illum regem vocat, et regnum possidere dicit, in quem nihil juris est fortunae, qui fortunae injuriis non est obnoxius. 23. Quisquis non reflectit et retorquet oculos ad pecuniam, ejusque conspectu non movetur, ut illi invideat, qui eas possidet. Contra est *obliquus oculus*. Epist. 1, 14, 37.:

Non istic obliquo oculo mea commoda quisquam
Limat.

Od. 2, 3. Dellius est historicus, cujus meminerunt Dio, Plut., Seneca. 1. In rebus adversis et asperis esto aequo animo. Ne nimis perturberis rebus adversis. Plaut.: *Bonus animus in re mala juvat*. 2. *non secus*. etc. Non insolescendum rebus secundis; nimia et effusa laetitia in rebus secundis est moderanda. 5. Seu tristitia tabescas.

6. *in remoto gramine*. in secessu. 7. *reclinatum*. recubantem. 8. Falerno melioris notae, et propterea recondito in interiore cella, intima cellae parte. Seu te invitaveris *flore Liberi* patris *sub tegmine fagi*. 9. *alba*. cujus folia interiora albi aliquid prae se ferunt, *populo nigrae* opposita. 10. quae ita junctae sunt, ut umbram amoenam rami praebeant, ut sint instar tecti hospitalis, ut te benevole obumbrent. 11. (Cruq. cum sic ediderit secundum codd. suos, punctis et lituris h. l. deturpatos, *Ramis*. *Quid? obl.* etc., Graev. fecit: *qua obl.* etc., ut Lamb.) Ubi aqua celeriter defluens obliquo rivo decurrit, et grato murmure nos oblectat. 15. Dum vivis, et vitae fila nondum abrumpunt Parcae. *res*, occasio. *aetas*, virens.

16. *atra*, quia Parcae sunt Noctis filiae apud Inferos, ubi sunt merae tenebrae. Poetae fingunt, Parcas colo nere fila vitae humanae duplici lana, alba et nigra, quae misceant: quoniam vita hominum est mixta laetis et tristibus. Cui multa adversa contingunt, illius fila esse plura nigriora; qui sunt feliciores, illorum esse plura candida; et quando vita finiatur, tum Parcas abrumpere filum nigrum. (Haec unde habeat vir doctus, nescio, nisi forte a Mancinello. Quidquid ad mortem et Inferos pertinet, *atrum* seu *nigrum* vocari a poëtis, notum est, unde sequitur, totas telas Parcarum recte vocari atras.)

19. *exstructis*. congestis. 21. Etsi sis nobilissimus.

23. *sub dio*. sine teste. Ms.: *divo*. 24. Caedéris Plutoni im-

placabili, h. e. paullo post moriéris. 25. *eodem.* ad eundem locum. *omnium.* etc. Poëtae tradunt, Parcis apud Inferos esse urnam, in qua cujuslibet hominis sors sit reposita, quae urna cum moveatur, cujus nomen excidat, ei esse moriendum. 28. *cymbae.* Charontis, h. e. mittet nos ad Inferos, unde nunquam dabitur nobis redire in has terras.

Od. 2, 4, 1. Qui ancillas amabant, vocacabantur ancillarioli. Mart. 12, 58.:

Ancillariolum tua te vocat uxor; at ipsa
Lecticariola est: estis, Alauda, pares.

2. *insolentem.* superbum, ferocem. 3. *Briseïs.* Verum ejus nomen fuit Hippodamia. Briseïs est filia Brisei, sacerdotis Apollinis in urbe Pedaso. 6. *Tecmessae,* filiae reguli cujusdam Phrygiae, quae fuit in Ajacis Telamonii contubernio, et ex qua genuit Eurysacem.

7. media in victoria. 8. *Virgine.* Cassandra, quam Ajax Oïlei rapuit e templo Minervae, et quae post in divisione praedae cessit Agamemnoni. 9. *Barbarae.* Phrygiae. Epist. 1, 2, 7.:

Graecia Barbariae lento collisa duello.

10. *Thessalo victore.* Achille. *et ademtus* etc. cum Hectoris mors caussa esset, ut Troja facilius caperetur a Graecis, tot annorum bello fessis. *ademtus.* occisus. 13. Occurrit Hor. objectioni: Hae omnes ancillae fuerunt captae Regum et nobilium virorum filiae. Dubitare, inquit, possis, an te non honestent parentes Phyllidis, annon sint nobiliores. 15. Illa moerens queritur, regia prosapia se ortam, et penates, quorum tutela utebatur, passos esse, se in servitutem redigi.

17. *de scelesta plebe,* h. e. vili, abjecta, infelici propter pravos mores, quibus plebs solet esse inquinata. *Scelestus* est infelix. Plaut. Mostell. 3, 1.:

Scelestiorem ego annum argento foenori
Nunquam ullum vidi.

Sic et *Sceleratus, Scelerata porta,* per quam 300 Fabii exierunt, *scelerata castra* ap. Tac., *sceleratum frigus* Virg. 2. Georg. 256., h. e. immane, valde molestum, *scelerata carmina* ap. Mart.

3, 53. 21. *teretes.* longas et rotundas. 21. *Integer.* nullo amore ejus corruptus. *fuge.* noli. 23. *trepidavit.* celeriter currens implere festinavit. Censores dicebantur *condere lustrum,* cum id finirent.

Od. 2, 5. Allegoria de juvenca, quae nondum par est ferendo jugo, ut ducendo aratro pares ceteris vices sustineat. Conjugium dictum videtur, quod idem veluti jugum subeant vir et marita. Plaut. in Curc. de puella: *Jamne fert jugum?*

1. *subacta.* domita et sub jugum missa. 2. *munia.* labores et onera ex aequo sustinere. *comparis,* socii, conjugis. 5. Puellae enim solent flores legere, ut Proserpina, cum raperetur a Plutone. 7. *Solantis.* levantis. Sic *solari laborem. udo.* aquoso.

8. *Ludere.* vitulari, lascivire, saltare cum ejusdem aetatis puellis. 9. *Praegestientis.* Cic. pro Coel.: *Praegestit animus jam videre. Tolle* etc. Noli desiderare uvam immaturam. Virg.: *Sunt nobis mitia poma.* 10. *Lividos.* qui jam maturescentes nigrescere incipiunt. 13. *ferox.* aversa a viris et venere. 14. *demserit.* senescens. 14. *Apponet.* addet. Quantum aetas tua decrescet, tantum illius accrescet. 15. *proterva.* invercunda.

19. *pura.* nubibus non offusam, sereno coelo. 22. *sagaces.* callidos. 23. *Discrimen.* difficilis cognitu differentia.

24. *ambig. voltu.* qui aegre potest cognosci, sitne pueri an puellae. Ovid. (Met. 8, 322.):

Talis erat cultu facies, quam dicere vere
Virgineam in puero, puerilem in virgine posses.

Od. 2, 6, 2. *juga nostra.* nostrum imperium, qui nondum est subactus. Hor. meditabatur iter in Hispaniam cum Augusto ad bellum Cantabricum, quod gessit a. U. 727. (vid. ad Od. 1, 36, 4.)

3. *Mauro unda.* mare Libycum. 4. *Aestuat.* reciproco aestu agitatur. Aestus est accessus et recessus maris. 5. *positum.* conditum a Graeco seu Argivo, Tiburno, qui cum suis fratribus Catillo et Corace ibi urbem posuit. 9. Si per Parcas minus propitias mihi non licuerit Tibure habitare. 10. *Galesus* est fluv. agri Tarentini. Flumen Galesi, ut flumen Rheni. Ili erant oves, quae mollissimam et praestantissimam lanam ferebant. vid. Varr. 2. R. R. 2. *pellitis.* lanatis. 12. *Phalantho.*

vid. Justin. 15. Decedere est locum superiori et honoratiori dare. 2. Epist. 2, 213.:

Vivere si recte nescis, decede peritis.

Ubi mella non cedunt melli Attico, et olivae non sunt deteriores Venafranis. 16. *Venafrum* est urbs Campaniae, ubi praestantissimum oleum conficiebatur. Hic *Venafrum* est *Venafranum*. Sic *Iona* pro Ionia Prop. 2. eleg. 28.: *Et quot Iona tulit*. *Dorus* pro Doricus ibid. el. 21.:

Et cecinisse modis, Dore poëta, tuis.

17. Ubi est coelum mite, et moderatum frigus tempore hiemis.

18. *Aulon* est mons in agro Tarentino, ubi praestans vinum nascebatur. Mart. 13, 125.:

Nobilis et lanis et felix vitibus Aulon
Dat pretiosa tibi vellera, vina mihi.

19. *amicus fertili Baccho.* Aulon, qui est feracissimus vini boni. 22. *Arces* sunt montes. Virg. 1. Georg. 240.:

Mundus ut ad Scythiam Riphaeasque arduus arces
Assurgit.

Ibi tu superstes me sepelies.

Od. 2, 7. Ad sodalem, qui cum Horatio fuerat in exercitu Bruti proelioque Philippico. Videtur scriptum hoc carmen, cum Brutus inducias pepigisset cum (Sexto) Pompejo.

1. *tempus in ultimum.* in extremum vitae casum et periculum. 3. Quis te restituit patriae et in pristinam fortunam, ut fruaris jure Quiritium, cum ante esses exul? 6. Cum quo saepe diei longae seu aestivae partem suaviter consumsi petando. Cf. 1, 1, 20. 8. Malobathrum est folium, quod ex India affertur, provenitque in ora Malabarorum et illis insulis, quae Maldiviae dicuntur. Vocatur ibi *Betre* et *Tamalobatra*, unde Graeci formarunt *Malobathrum*. Dicitur et folium Indicum. vide Salmas. Exerc. Plin. 754. *Syrio*, quia in Syriam ex India advehebatur, et inde in Europam, sicut omnes merces Asiaticas poëtae Syrias saepe vocant. Quamvis Plin. H. N. 12, 26. malobathron etiam arborem in Syria esse tradat, ex cujus foliis convolutis exprimatur oleum ad un-

guenta. (Sed addit: *laudatius ex India venit.*) Folia Betre non quidem sunt valde olentia, sed credibile est, Indos unguentis odoriferis illa imbuisse. (Cf. not. ad II, 16.) 10. *relictu.* abjecto scuto. ῥίψασπις, ut Archilochus. Ἤ τὰν, ἢ ἐπὶ τάν. *non bene.* turpiter. 11. Cum fusae sunt copiae, et viri fortes occubuerunt. 13. sequ. *Aëre* aut *nebula* occultari a diis dicuntur, qui manus hostium effugiunt. Saepe sic Hom. Mercurio hoc tribuit, quia favet viris disertis. Inde *viri Mercuriales*, h. e. docti, 17, 29. 15. Tu rursus ivisti militatum, fort. sub Sexto Pompejo. Est petitum a mari, quod recedens nonnunquam aliquid relinquit in littore, quod post in accessu resorbet et in altum refert. *Freta aestuosa* significant mare *aestibus concitum*, ut ait Mela 3, 1. 17. *obligatum dapem.* victimam promissam ac debitam. Adipem victimarum, quam adolebant, putabant esse deorum dapem. *Reddere* est offerre diis. Proprium sacrificantium verbum. Suet. Octav. 1.: *Decretum, — quo cavebatur, ut in posterum quoque simili modo exta Marti redderentur.* Virg. 2. Georg. 149.:

Lancibus et pandis fumantia reddimus exta.

vid. ibi Serv. 20. *destinatis.* tibi addictis et servatis. 21. *Oblivioso.* qui curarum et aegritudinis oblivionem affert. *levia.* expolita. 22. *Ciborium* est vox Aegyptia, teste Hesych., quae proprie significat fabae Aegyptiae folium aut fructum, ad cujus similitudinem facti calices dicti sunt ciboria. vidd. Plin. 21, 15, Hadrian. Jun. Animadverss. 1, 10. *Explere* est exinanire, vel implere (ut quidem explicat Sch. Cruq.). Terent. Hec. 5, 1.: *Exle animum iis, teque hac cura expedi.* vid. Donat. 23. *conchis.* vasis, quae ex conchis faciebant, in quibus unguenta servabantur. *udo.* quia nascebatur in locis palustribus. vid. Torrent. 25. (*Venus.* Sch. Cr.: *Veneris jactus laetissimus dicebatur, qui habebat numerum ter senarium.*) *arbitrum bibendi.* magistrum convivii, symposiarchum. 27. *Edonis*, Thracibus, bibacissimis populis. 28. *furere*, bacchari, insanire (*desipere* 4, 12, ult.), saltare, ut solent ebrii Thraces.

Od. 2, 8, 1. Si unquam poenam dedisses perjurii. *Jus jurandum* est sacramentum, *jus jurare* sacramento obligari; *jus* igitur *pejurare* est negligere, quod juraveris, et *jus pejuratum*

seu *pejeratum* perjurium. 3. Respicit superstitionem veterum, qui credebant, perjuros aliqua corporis parte multari, ut possent cognosci. Ovid. Am. 3, 3.:

Esse deos credamne? Fidem jurata fefellit,
Et facies illi, quae fuit ante, manet.
Quam longos habuit nondum perjura capillos,
Tam longos, postquam numina laesit, habet.

5. simul ac jurasti et mala imprecata es tuo capiti (h. e. tibi), ni hoc facias, quod tamen non facis. 7. *juv.* etc. ab omnibus juvenibus spectaris cum admiratione. 9. Tibi prodest pejerare per manes matris, per sidera, per deos immortales. Virg. Aen. 11.: *coelum hoc et conscia sidera testor.* 13. Tibull.: *Perjuria ridet amantum*

Juppiter, et ventos irrita ferre jubet.

14. *Simplices.* faciles. 15. *ardentes.* incendentes. 16. quae non aqua, sed cruore perfusa est: quia immoderatus amor maturat exitium. 17. quod omnes adolescentes videntur in tui gratiam adolescere, ut ad te decurrant. 18. In dies novi amatores accedunt. 21. *juvencis.* filiis. 23. ne aura afflentur tuae venustatis, quae tardiores eos in se faciat etc. 1, 5, 11.: *nescius aurae fallacis.*

Od. 2, 9. Valgius poëta fuit. Sat. 1, 10, 82. Propert.:

Valgius; aeterno propior non alter Homero.

1. *hispidos.* (ab effectu imbris). squalidos (?) propter imbres. 2. aut semper mare tempestatibus agitatur. 5. *stat.* Cf. 1, 9, 1. 7. (*Gargani.* vid. ad Epist. 2, 1, 202.) 8. *viduantur.* spoliantur. 11. *Surgente.* oriente. 12. Occidit oriente sole Hesperus. 13. qui tria secula vixit, *triseclisenex.* Ovid.: *Jam tertia vivitur aetas, γενεὰ,* quae Graecis est 30 annorum. 14. *Antil.* filium suum, qui occisus est, cum patrem Nestorem defendit. 16. *Troïlon,* Priami filium, ab Achille interfectum. *sorores.* Crëusa, Laodice, Polyxena, Cassandra. 19. *Augusti.* cum Armeniam vindicasset, quam Parthi sibi asseruerant post clades Crassi et Antonii. Suet. Oct. Fuit. is annus U. C. 733.

Niphates mons Armeniae majoris. vid. Strabo. Est et fluv. ejusdem nominis. *rigidum.* quia vertex ejus nivibus semper te-

ctus est. 21. *Medumque flumen.* Euphraten et eum accolentes. 22. *min. volv. v.* minus tumide fluere, arrogantia quasi deposita. 23. *Gelonos*, Scythiae populum. Mel. 3, 1. Intelligit autem Scythas Asiaticos, Armeniam infestantes, quos Augustus coëgit se continere intra suae patriae angustos fines.

Od. 2, 10. Ms. meus: *Ad Murenam. Optimum esse medium vitae statum.* Quae si vera est inscriptio, fuit iste Licinius Murena, frater Proculeji et Terentiae, uxoris Maecenatis, qui Licinius post conjuravit contra Augustum cum Fannio Caepione. 1. *neque — iniquum.* Est allegoria, qua significatur, neque magna nimis appetenda, nec rursus, dum pericula timemus, in angustiis sordidae et vilis vitae agendum esse, sed mediocritatem esse tutissimam. *horrescis.* metuis. *iniquum.* inaequale propter rupes et sinus et brevia ac vada, in quibus naufragia faciunt saepius quam in alto mari. 6. caret domesticis sordibus, non vivit in domo squalida, et illuvie situque deformata.

7. neque splendore et specie aulae ducitur, quae invidiam parit. Lucret.:

Invidia quoniam, ceu fulmine, summa vaporant
Plerumque, et quae sunt aliis magis edita cunque.

8. *Sobrius.* minime ambitiosus. 9. Saepius celso loco positus et illustri gravi fortunae ictu petitur, et praeceps deturbatur. Juv.: *Tolluntur in altum, ut casu graviore ruant.* Levior est prolapsio per humiliora quam per altiora loca incedenti. 13. Non desperat in adversis rebus, metuitque in secundis, neque animum nimis tollit etc. 14. *bene praep. pectus.* animus sapientiae praeceptis instructus ac praemunitus ad omnes fortunae vicissitudines. 15. *informes.* ubi omnia horrent et squalent. 17. *Summovet.* Depellit reducto vere.

21. In adversa et humili fortuna fortem te praebe. 22. *Sap.* etc. Etiamsi ventus secundus flet, si sit vehementior, contrahenda sunt vela, ne navis evertatur. Ovid.:

Saepe perit ventis obruta cymba suis.

Translate *vela contrahere* est altius se efferentem animum reprimere, ne insolescat rebus secundis. Cic. 2. ad Att.: *Contraxi vela, perspiciens inopiam judicum, neque dixi quidquam pro*

testimonio etc. h. e. brevior fui. Ovid.: *Propositique memor contrahe vela tui.*

Od. 2, 11, 1. Per Scythas hic intelligit Illyrios et Dalmatas, qui ab Italis separantur mari Hadriatico. Unde patet, omnes septentrionales populos dictos esse Romanis Scythas. 2. *cogitet.* contra nos moliatur. 3. *remittas.* mittas. 4. *Trepidare* est pavere, metu concuti, horrere. Ne curis angaris, unde habeas in sumtum vitae, quae paucis contenta est. Cic. 11. ad Att. 11.: *Id quoque velim cum illa videas, ut sit, qui ūtamur*; h. e. unde sumtus sustineamus. Paullus ad Philipp. 4, 16. secundum antiqu. interp.: *Semel et bis in usum mihi misistis.* Pro quo Erasmus pejus: *quod opus erat.* 5. *fugit retro.* celeriter praeterit. 6. *arida canitie.* senectute sicca et macilenta. 10. *rubens* hic est splendida, pulchra. Alioquin *rubor lunae* est signum venti. Virg.: *vento semper rubet aurea Phoebe.* 11. *Aeterna consilia* sunt, quae sine intermissione capimus modo de his, modo de aliis rebus, quas sumus suscepturi. *minorem animum.* qui non par est expediendis tot negotiis, quae meditaris. 14. *temere.* sine delectu. romp slomp.

16. *nardo.* Planta Indica, cujus spica suavissimi est odoris, ut et folium quod dicitur *malobathrum.* (Vid. ad 7, 8.) *Nardus* hic accipitur, ut saepe, pro *unguento nardino*, quod vocatur etiam *unguentum spicatum*, seu *foliatum.* vide Salmas. Exerc. Plin. 746. seqq. Tale fuit unguentum, quo Christus in coena ultima est unctus. Νάρδος πιστικὴ est genuina, vera, non adulterata. 18. *edaces.* mordaces. 19. *Restinguet.* temperabit vinum aqua praefluente; non refrigerabit, cum nulla glacies praesto sit, ut alii explicant. 21. *devium.* habitans in domo a via publica remota. 23. Ut properet venire, nec multum temporis consumat in ornando capite, sed capillum tantum liget in nodum, more Laconicarum foeminarum. Cf. Od. 3, 14, 21 sequ.

Od. 2, 12, 3. *mollibus a. c. modis.* carmine lyrico a me describi. 5. *Nimii* dicuntur arrogantes, impotentes. Tac. 3. Hist. 52.: *Erant inter duces, qui nectercnt moras: quippe nimius jam Antonius* etc. Sic et *Multus. mero* propter ebrietatem. 6. *Hylaeus* fuit Centaurus, occisus ab Atalanta, cum illam vellet vitiare. 7. *Telluris juvenes* (filios), Gigantes. *unde.* a qui-

bus. 8. *contremuit.* metuit, perhorruit. Sic *contremiscere injurias, vulnera, egestatem* ap. Senecam. 13. *Liciniae.* (Male sic correxit Graev. a Cruquio editum *Lycymniae*, nec recte intelligere videtur Terentiam. vide Annotatt. nostras.) Illam tum amabat et ambiebat Maecenas, et postea duxit uxorem. Soror fuit Proculeji et Murenae, et a familia sua dicta est Terentia, sed Licinia est nomen familiae, a qua M. Terentius Varro, ejus pater, fuit adoptatus, nimirum a Murena, qui erat ex familia Licinia. 14. *lucidum fulgentes.* clarissimos. 17. quae saltavit inter puellas non indecenter. 19. *nec dare* etc. nec saltare inter virgines festo die Dianae. *Ludere* est saltare. Virg. ecl. 6.:

Tum vero in numerum Faunosque ferasque videres Ludere.

In saltando movebantur aeque brachia ac pedes. Ovid.:

Si vox est cantu, si mollia brachia saltu.

22. *opes.* Midae. (*Mygdon.* rex Phrygiae fuit, de quo vide Serv. ad Virg. Aen. 2, 340 etc.)

Od. 2, 13, 1. *posuit.* sevit. 3. *Produxit.* coluit. *in — pagi.* ut essetposteris exitio, et pago dedecori. 6. *Penetrale* est pars interior domus, proprie sacrarium, in quo penates colebantur. Hinc *penetralia sacra* erant, quae in intima parte sacrarii fiebant, et *penetrales dii*, teste Cic. (de N. D. 2, 27.), dicti a poëtis penates, quod penitus insideant. 8. ille fuit nefarius, qui gravissima scelera commisit. *Colcha* etiam meus Ms. 9. *concipitur.* committitur. Sic ap. Cic. *concipere dedecus, flagitium, fraudem*, h. e. meditari, moliri. 10. *statuit.* sevit, posuit. *Instituere vineam* ap. Suet. 11. *triste.* funestum, infelix. *Caducus* proprie est proclivis, qui minatur ruinam. Hinc traducitur ad divitias, honores, valetudinem. Sed hic *caducum* est, quod cadit, ut *caducum fulmen* 3, 4, 44.

13. Nulli mortalium satis est exploratum, nemo tam caute et circumspecte vitae suae rationem subducit, quin improviso mortis genere extinguatur. 14. *in horas.* singulis momentis. 15. *Poenus.* Carthaginiensis (Phoenix). 16. *Coeca.* occulta, ignota. 19. *improvisa*, inopinata, non expectata. 22. *Aeacum.* Filium Jovis et Aeginae, patrem Peleï et Telamonis, quem propter justitiae laudem poëtae statuunt esse ju-

dicem apud Inferos, sicut et Rhadamanthum et Minoëm. 23. *descriptas.* (ita Cruq.) Leg. *discretas*, campos Elysios, qui separati sunt ab impiorum sedibus. Cf. Epod. 16, 63.

25. *puellis.* quae amatae illam non redamabant. vid. Ovid. ap. Torrent. (et nostras Annotatt.) 26. Et tu, qui graviore carmine lyrico decantas navalia bella et caedes. Sappho ap. Ovid.:

Non plus Alcaeus consors patriaeque lyraeque
Laudis habet, quamvis grandius ille sonet.

29. *sacro.* tanquam deus aliquis verba faceret, vel eo silentio, quo res sacrae et oracula audiuntur. 31. Describit factiones et motus civiles Mitylenensium, et tyrannos Pittacum, Myrsilum, Megalagirum. Vid. ad 1, 32, 6.

32. Densum humeris, quod frequens confluxit ad audiendum Alcaeum. *bibit.* cupide audit. Prop. 3, 5:

Incipe: suspensis auribus ista bibam.

34. *bellua.* Cerberus. 36. *recreantur.* exhilarantur. 38. *laborum.* Leg. *laborem*, h. e. decipitur quoad laborem, ut dicitur *coronatus capillos* etc. *Decipere laborem*, ut *fallere laborem.* Virg. 4. Aen.: *infandum si fallere posset amorem*, h. e. quaedam oblectamenta adhibere, quibus animum ab amoris cogitatione posset avocare. Sat. 2, 7, 114.:

Jam vino quaerens, jam somno fallere curam.

40. *agitare.* venari. Poëtae fingebant, manes apud Inferos idem agere, quod egissent, cum essent in vivis. Ovid. 4. Met.:

Pars aliquas artes, antiquae imitamina vitae, Exercent.

Orion autem fuit venator.

Od. 2, 14, 2. nec vitae integritas potest retardare senectutem, aut mortem. 6. *illacrimabilem.* qui nullis lacrimis potest exorari. (Imo qui non lacrimat, ut *terribilis* est qui terret, *vincibilis* causa ap. Terent., quae facile vincat, etc.) Alioqui *illacrimabilis* (passiva significat.) dicitur is, qui non est ploratus: vid. 4, 9, 26. 8. *Geryon* fertur esse tricorpor, Chrysaoris et Callirrhoës filius. Virgilio vocatur *tergeminus.* Vere explicat fabulam Justin. 44, 4.; aliter Serv. ad 7. Aen. 662.

Tityus fuit Jovis filius, occisus ab Apolline, quia voluit violare Latonam. Nota ejus poena. Vid. Virg. 6. Aen. 695 seqq. ibique Serv. 9. *unda.* Styge. Virg. ibid. 438 sequ. 14. *raucí.* quia strepitum aut raucum quendam sonum edit. Sic Virg. *rauca fluenta*, et *murmur rivi raucum.* 16. *metuemus.* vitabimus.

17. *languido.* tardo, pigro. 18. *Cocytus* est brachium Stygis. Danaï genus. vid. Od. 3, 11, 25 seqq. etc.

20. *Sisyphus* Aeoli filius, nepos Hellenis. 23. *invisas.* quibus comburebant mortuos. Virg.: *ferales cupressos.* Ejus arboris etiam ramum pangebant ante domum, in qua erat mortuus. Vid. Fest. in *cupressus.* 25. *dignior.* qui magis meretur has opes possidere, non tam avarus. (Paulo melius Sch. Cr.: *honoratior*, *amabilior.* Intelligendus junior, qui fortunae donis fruatur melius quam senex (3.) Postumus. Cf. Epist. 2, 2, 213 seqq., Sat. 2, 2, 132.) 26. Bibet vinum diu servatum tam effuse atque prodige, ut multum etiam vini effundatur in pavimentum. Cic. in Phil.: *personabant omnia vocibus, natabant pavimenta vino, madebant parietes.* 27. Lege cum Lamb. *superbum*, h. e. magnificum, splendidissimum. Virg. 3. Aen. princ.: *ceciditque superbum Ilium.* Si legatur *superbo*, addenda est copula. Mero, quod melius et praestabilius est illo vino, quo utuntur in epulis pontificiis, Saliaribus coenis. vid. 1, 37, 2 — 4.

Od. 2, 15, 1. Amplissimae ac sumtuosissimae villae et praetoria tantum spatium occupant terrarum, ut brevi nihil reliquum fuerit agris colendis. Sallust.: *Domos atque villas cognoveris in urbium modum exaedificatas* Senec. 7. de Benef. 10.: *Aedificia privata laxitatem urbium magnarum vincentia.* 3. *Extenta.* producta *Lucrino lacu.* ad Bajas in Campania. 4. *Stagna.* piscinae. De insano piscinarum studio Luculli et Hortensii saepe Cic. ad Att. *Platanus* praefertur ulmis. Platanus sterilis tantum propter umbram serviebat voluptati. Hinc Ovidio dicitur *genialis.* Appellatur *caelebs*, quia non maritatur vitibus, ut ulmus. Hinc etiam Martiali vocatur *vidua.* Locus platanis consitus dicitur platanon (πλατανών). Plin. epist. 1, 3. etc. 6. *omnis copia narium.* florum fragrantium abundantia. 7. Suavem odorem exhalabunt in olivetis, quae prioribus possessoribus erant fructuosa, h. e. oliveta mutabuntur in

violaria, myrteta, rosaria. 12 *Auspiciis.* legibus, quae auspiciis condebantur. *Norma* est regula, ad quam prudentum hominum consilia diriguntur. 13. Patrimonium erat parvum. 14 *Commune magnum.* Resp. erat dives. Cic. pro Flacco 12. 14. Nullam habebant porticum septentrioni obversam, qua tempore aestivo ambularent, aut gestarentur. 15. *opacam.* aversam a sole, umbrosam. 17 *fortuitum.* casu oblatum. In cespite, qui offerebatur, recumbere. Aut potius casam ex forte oblatis cespitibus factam. 20. *novo saxo*, nove seu recenter caesis lapidibus.

Od. 2, 16, 1. *Otium.* ut sibi liceat otioso et tranquillo vivere. 2. Deprehensus, subito nec opino oppressus a tempestate. Mela 3, 1. 11. *Laqueata tecta* sunt domus, in quibus sunt laquearia, seu lacunaria (vide Serv. ad Virg. Aen. 1, 730. et lexica). Plin. 33, 3: *Laquearia*, *quae nunc et in privatis domibus auro teguntur*, *post Carthaginem eversam primo inaurata sunt in Capitolio.* Virg. 1. Aen.: *dependent lychni laquearibus aureis.* 13. *Vivitur.* ab eo, cui etc., qui supellectile parva, a patribus relicta, est contentus. Salinum erat sacrum, et mensam sacrabat. Arnob.: *Sacras facitis mensas salinorum appositu et simulacris deorum.* Cf. Sat. 1, 3, 14. Pers. 3, 24 seqq. 15. *cupido sordidus.* avaritia. 17. *jaculamur.* quasi jaculando appetimus, desideramus 20. 1. Epist. 14.:

In culpa est animus, qui se non effugit unquam.

21. Conscendit turpis Cura naves rostratas. 25. *In praesens.* in praesentia. 28. *beatum.* perfectum. 30 *minuit.* conficit. 32 *Porriget.* praebebit 33. Sive Siculus fuit Grosphus, sive habuit ibi praedia. 34 *tibi — equa.* habes equos, quibus utaris in ludis Circensibus, ubi quadrigis certabatur *tollis hinnitum*, ut *tollere clamorem*, *cachinnum*, h. e. edit.

35. vestes habes purpura Gaetulica bis tinctas, quae dicebantur *dibaphi* (Vid. Clav. Cic. h v.) 38. *Spiritum Camoenae Graecae.* rationem canendi carmen ad imitationem Graecorum. *tenuem.* imbellem (imbecillum, *humile ingenium Graecae Musae*, ut ait Sch. Cr.), non aptum heroum factis et rebus gestis canendis. Cf. 3, 30, 10 seqq. 39. *non mendax.* quae non fallit, cujus decreta certa sunt.

Od. 2, 17, 1. *exanimas.* occidis. 2. *amicum est.* placet. 4. *columenque.* praesidium. (Cf. 1, 1. princ.) 5. Cf. 1, 3, 8. 6. *vis* major, vis divina. 7. *carus.* populo Rom. (imo: mihimet ipsi) 8. Ille dies, quo tu efferéris, ego quoque efferar. *Ducere* proprie dicitur de funebri pompa. Juv. 1. 146:

Ducitur iratis plaudendum funus amicis.

Pers 2, 14.: *Nerio jam tertia ducitur uxor.* Cf. Tac. 1. Ann. 8.

9 Non ego falso juravi, ut si quid tibi accideret, ego mortis essem comes futurus. Erat apud Aegyptios amicitiae genus, quod vocabatur τῶν συναποθνησκόντων, qui hac lege amicitiae jungebantur, ut si alteri fatale quippiam accidisset, alter ultro mortis socium se adjungeret. (Hoc ex Cruquio et Erasmo in adagg.) Sic et apud Gallos Soldurii devoti. 11. *Utcunque.* Quandocunque. 12. *Carpere iter* est alacriter ire. 13. *Chimaera* ignem spirans 1, 27, ult. 14. *Gigas.* Leg. *Gyas*, dorice pro *Gyes.* Coeus, Briareus et Gyas sunt 3 filii Coeli et Terrae, quos fingunt poëtae habere 50 capita et 100 manus: quia fuerunt robustissimi. vid. Apollod. lib. 1.

17. Seu Libra, seu Scorpius metuendus fuerit ortus illo tempore, quo natus sum, seu quicunque tum fuerit astrorum situs, hora mea natalitia convenit cum Maecenatis. Veteres credebant, fata et sortem hominum pendere et regi a sideribus. Circuli zodiaci, in 12 signa distincti, partem eam, quae tempore nativitatis cujusque hominis in hemisphaerium nostrum emergit, vocabant *horoscopum*, unde Astrologi futura praedicabant. Est autem Libra Veneri assignata, Scorpius Marti, Capricornus Saturno. 18. *pars* etc. illa pars (Graecis μοῖρα), quae fuit in hemisphaerio illo temporis momento, quo nascebar. Nam dividebantur signa coelestia in plures partes, de quibus Manilius et alii. *violentior*, periculosior, pericula minitans. 19. *tyrannus — undae.* Manil. 4:

Tu, Capricorne, regis, quidquid sub sole cadente
Expositum.

Locum hunc exponens Serv. ad 1. Georg.: *Saturnus*, inquit, *in Capricorno facit gravissimas pluvias, praecipue in Italia; unde Hor. ait: seu tyrannus* etc. Sed non in Italia tantum, sed

in tota occidentali plaga tempestates excitare credebatur. Vocat *tyrannum maris*, ut 1, 3, 15 *arbitrum Hadriae*.

21. Consentiunt nostra sidera, etsi sint diversa, quod tam conformia sint vitae nostrae fata, et tantus animorum consensus Pers. 5, 45 :

> *Non equidem hoc dubites, amborum foedere certo*
> *Consentire dies, et ab uno sidere duci.*

22. *Jovis tutela* est Juppiter tutans, seu servator. Juppiter, quod est benignum sidus, correxit et mitigavit malignitatem Saturni, h e., quod Firmicus dixit, *Saturnum radiationibus Jovis mitigari* 23. *refulgens*. contra fulgens. *Saturnus impius*, h e crudelis, qui devoraverit suos liberos.

24 *volucrisque — alas* Mortem celerem, quae imminebat, avertit. Vet Schol.: *eventum celeris mortis distulit*. 26. *ter crepuit sonum* multum tibi plausit. Sic et Prop. 3, 10.:

> *Et manibus faustos ter crepuere sonos.*

28 *Faunus* vel quia est in comitatu Bacchi, qui est deus poëtarum, vel quia ipse ruri et in silvis habitat, quas amant poëtae; unde Virgilio dicitur *silvicola*, et socius Nympharum et Satyrorum. Cf. 1, 1, 30 sequ.

Od. 2, 18, 2. *Renidere* est *ridere*. Tac. 4. Ann. 60: *falsum renidens vultu*. Mamertin. Paneg. Julian : *Imperator screnum renidens* Cf. 3, 6, 12. (Epod. 2, 66.) Sed est etiam *splendere*. Sic 2, 5, 19. Lucret 3.: *Si non argento fulget, auroque renidet*. Sic et *ridere* 4, 11, 6.: *Ridet argento domus*. 3. Excisae ex monte Atticae Hymetto.

4. Impositae non sunt marmoreis columnis ex Africa allatis Ibi enim erat pretiosissimum marmor Numidicum varii coloris. vid. Plin. 5, 3. Juven. 7, 382.: *Numidarum fulta columnis ultima* longissime remota. 6. *heres* Aristonicus, qui se jactabat filium Eumenis, et regnum occupavit, quod Romanis Attalus legaverat, qui victus fuit a Perpenna. Flor. 3.

7. Nec mihi colo nent purpuream lanam Laconicam. (de qua Plin. 21, 8. et 35, 6., monente Cruq.) *Trahere* est *nere*. Ovid. :

> *Lumen ad exiguum famulae data pensa trahebant.*

Inde *tractare lanam* Justin. 1, 3. 8. *honestae*. Puellae honesto loco natae, quae sunt in clientela Romae potentiorum. *Clienta*, ut *antistita*. Corn. Severus:

Stabat apud sacras antistita numinis aras.

10. *Benigna*. Larga, affluens. Cf. 1, 17, 15. 11. nihil praeterea peto a diis. 15 Dies diem excipit. Petron.: *Quod hodie non est, cras erit Sic vita truditur* 16. *lunae*. menses praetereunt. 17. Tu conducis homines, qui marmor ex montibus exscindant. 20. Summoves mare jactis molibus, ut producantur littora, et aedificia in illis extruantur. Cf. 2, 15, 3; 3, 1, 33 Ad Bajas autem Romani habebant villas et voluptarias possessiones in ipso mari structas. 23 seqq. Conqueritur de hac avaritia Romanorum Sallustius Jug. 41.: *Interea parentes aut parvi liberi militum, uti quisque potentiori confinis erat, sedibus pellebantur. Ita cum potentia avaritia sine modo modestiaque invadere, polluere et vastare omnia.* Amoves vicini terminos, ut tua latifundia extendas. Erant autem termini sacri. 29. Licet splendidissimas domus exstruas, et agros agris adjungas, tanquam semper victurus, nulla tamen certior sedes est, in qua semper tibi sit degendum, quam apud Inferos, h. e. tamen es moriturus. Tibull.:

At scelerata jacet sedes in nocte profunda
Abdita

32. Quid petis, quid cupis amplius? *Aequa — pueris*. Tellus ex aequo omnes recipit et tegit. Cf. 1, 4, 13 sequ. 34. *satelles Orci*. minister Plutonis Charon. 35. Promethea. Vid. 1, 3, 27. 37. *Tantalum*. Vid. 13, 37. *Tantali genus*. Atreum, Thyestem, Agamemnonem. 38. *levare*. recreare. Vocatus levare, h. e. ad levandum pauperem, summis laboribus et aerumnis in hac vita defunctum.

Od. 2, 19. Scripta est in festivitate Bacchi, cui veteres tribuebant originem festorum, tragoediarum et comoediarum, unde comoedi et tragoedi dicuntur artifices Dionysiaci. Itaque poëtae erant in ejus tutela. 4 *acutas*. arrectas, attentas. Virg.: *arrectisque auribus adstant*. 5. *metu*. sacro horrore et furore. 6 3, 25, 1.:

Quo me, Bacche, rapis tui Plenum?

h. e. furoris a Baccho immissi. Virg.: *moestoque ingens exorta tumultu Laetitia.* 8. Ne me nimium furere cogas et insanire. *Thyrsi* proprie sunt caules herbarum et plantarum; sed ita dicuntur hastae pampineae et hederaceae, quas gerebant Bacchae. 9. *Fas est mihi*, licet mihi. (poëtae, quem *dii tucantur*, cujusque *pietas et Musa iis cordi est*, ut ait I, 17, 13 sequ.)

10. Tradebant poëtae, rupem, terram, aut arborem, a Baccho percussam, effundere lac, vinum, mel. Vid. Eurip. Bacch. 141. Senec. Oedip. 2. (circa finem.) 12. *iterare.* iterum atque iterum cantare. 13. conjugis. Ariadnae, quam, Minois et Pasiphaës filiam, a Theseo relictam in Dia insula Bacchus uxorem duxit, et ejus coronam astris inseruit. Vide Hygin. Astron. poët. (l. 2. cc. 5, 17.) et Lucian. in dial. *περὶ ἐνυλησίας θεῶν.* 14. Pentheus fuit Echionis filius, qui propter contemtum Bacchi numen a matre Agave et amitis Inone atque Autonoë fuit discorptus. Vid. Ovid. Met. 3, 511 seqq.

15. *non leni.* gravissima. *λιτότης.* 16. *Lycurgi.* regis Edonorum in Thracia, qui cum cives suos vino nimis deditos esse videret, omnes vites voluit exscindere. Hinc ira in ipsum Bacchi. Vid. Apollod. 13.

17. *amnes.* Orontem et Hystaspem, quos dicitur percussisse thyrso et sicco pede transiisse. Mosis virga. Sinus Arabicus. *barbarum.* Indicum. 18. *separatis.* remotis. Virg.: *Bacchus amat colles.* 19. Tuae sacerdotes Bacchae capita cingunt serpentibus, tanquam coronis. Catull. Nupt. Pel. 259:

Pars sese tortis serpentibus incingebant.

Bistones sunt Thraciae populus, foeminae *Bistonides.* 20 *fraude.* noxa, damno. 22. *Gigantes* cum coelum oppugnarent, victi sunt a Baccho et Hercule. Sunt monstra filiorum Enakim de genere gigantum (Numer. 13, 24.), qui victi sunt a Mose et Josua. 23. *Rhoecum.* gigantem. *leonis* — *mala.* In eo bello Bacchus mutatus fuit in leonem. (Vid. Acron.) 27. *idem* — *belli.* Eras utrique functioni idoneueus, paratus ad utrumque. Aliter *medius* est arbiter, interpres. Male *mediatorem* dicunt. 28. Bacchus dicitur descendisse ad Inferos, Ariadnen mortuam repetitum. *insons.* sine noxa, non laedens. Baccho veteres tribuunt cornua. Ovid 3. Fast. 789.:

Mite, pater, caput huc placataque cornua vertas.

Varias caussas reddunt. Festus ait, cornua Liberi patris simulacris adjici, quod nimio vino truces fiant homines. Sed caussa est, quod et Mosi tribuerint cornua, male intellecta voce hebraica *Karan*, quae significat splendere, quod tantus erat Mosis de monte Sina descendentis splendor, ut caput velare cogeretur. Ex splendore cornua stulte posteri fecerunt.

29. *atterens.* adulans cauda.

Od. 2, 20, 1. *Non usitata* etc. Quia primus Romanorum lyrica carmina conscripsi. 2. *biformis.* de homine mutatus in avem. 4. *inv. major.* supra invidiam evectus. 6. *Sanguis.* filius.

8. Nec latebo apud Inferos. 10. *Pelles.* qualibus pede cygnorum sunt cincti. Cygnus Apollini sacer erat.

11. *Superne.* leg. *Superna*, h. e. superiore parte corporis.

14 *gementis*, murmur edentis instar gemitus. 16. *Hyperbor.* Scythicos sub polo Arctico. 17. Dicit, famam suum nomen perlaturam esse ad omnes gentes. *qui dissimul.* etc. qui metuere non vult videri copias Italicas. Marsi fortissimi (Vide nos ad 1, 2, 39.) 19. *Geloni.* Cf. 9, 23. *peritus.* doctus, quia tempore Augusti studiis operam dabant. 21. *inani* quia non sit moriturus. Sic *inanis* tumulus, in quo non est corpus, κενοτάφιον. Imitatus est Ennium, qui de se scripsit:

Nemo me lacrimis decoret, nec funera fletu
Faxit. Cur? Volito vivu' per ora virûm.

MANNHEIM,
GEDRUCKT IN DER KATHOL. BÜRGERHOSPITALS-BUCHDRUCKEREY.

Q. HORATII FLACCI

S A T Y R A R U M

LIBER PRIMUS.

SATYRA I.

Invehitur primum in eos, qui, sua sorte numquam contenti, aliorum vitae institutum proprio anteferunt: deinde in eos, qui contra in instituto suo constantes nullis laboribus parcunt, nulla non obeunt pericula, ut lucrum domum reportent; demum avaros insectatur.

Qui fit, Maecenas, ut nemo, quam sibi sortem
Seu Ratio dederit, seu Fors objecerit, ulla
Contentus vivat; laudet diversa sequentes?
O fortunati mercatores! gravis annis

2 *sors.* *Fors* et *Ratio* etiam opponuntur apud Cicer. XIV. ad Att. 12.: *Sed haec Fors viderit, quae talibus in rebus plus, quam Ratio potest.* Vid. I. od. 9. 2 *ulla* V. B. a 1. m. D. Vr. H. a 1. m. I. K. Vp. C. D. Ch. A. a 2. m. B. Cr. A. a 2. m. Va. C. Ba. a 1. m. B. C., ms, Mus. Brit. C. apud Combe, ed. Princ. Elegantius, et plenius vulgato *illa.* Cicero VII. in Verr. 3. sub finem: *Durum hoc fortasse videatur; neque ego ullam in partem disputo.* Pro in alterutram. *Ulli*, et *illi* passim permutari in mss., notavit Drakenb. ad Sil. Ital. IV. 435. Vid. de Art. poet. 382. [?] 4 *gravis armis* conjicit anonymus qui-

Miles ait, multo iam fractus membra labore. 5

dam in diario Trevoltiensi anni 1715. mense Iunio, quem sequuntur novatores Sanadonus, Phil. Batt. Sandby, Val. Wakef.: quod milites Romani armis, aliisque impedimentis onusti incederent; quod Augusto imperante ultra annum XLVI. aut XLVII. non militarent; quod Horatius inter duriores conditionis vices, ut mercatorem tempestate iactatum, ita militem sub armis iter agentem inducit; denique, addit Wakefield, ut evitetur tautologia. Merae argutiae. Non militem sub armis iter agentem inducit Horatius; sed multo iam fractum membra labore, nempe longo servitio; vel etiam, ut ait Avienus Fab. XXXIX. 1., *attritum per praelia;* adeoque etiam annis, senio gravem; ut apud Sen. Herc. fur. 1308.: *Anima fessa senio, nec minus quassa malis.* Colum. lib. 1. praef.: *Defectissimum annis, et viribus:* ut tautologia hîc non magis dicenda sit, quam apud Tacit. I. A. princ.: *Tiberium Neronem maturum annis, spectatum bello.* Est etiam *gravis* proprium aetatis longaevae, seu senectutis epitheton. Phaedr. V. fab. ult. 3.: *Canis, quum domino semper fecisset satis, Languere coepit annis ingravantibus.* Virg. IX. Æ. 246.: *Hic annis gravis, atque animi maturus Alethes.* Avien XXXIV. 3.: *Confectus senio, postquam gravis adfuit aetas.* Sen. Oedip. 591.: *Gravis senectus sibimet.* Iuxta eumdem de Brev. vitae, in fine: *Lex a quinquagesimo anno militem non cogit;* sed de Augusto videas quid referat Tacit. l. c. 35.: *Atrocissimus veteranorum clamor oriebatur, qui tricena, aut supra stipendia numerantes, mederetur fessis, neu mortem in iisdem laboribus; sed finem tam exercitae militiae, neque inopem requiem, orabant.* De militibus Caesaris Lucan. V. 274. seqq.: *Iam respice canos, Invalidasque manus, et inanes cerne lacertos. Usus abit vitae; bellis consumpsimus aevum. Ad mortem dimitte senes.* Et passim in antiquis marmoribus anni militiae adnotantur. Apud Grut. p. 524. 5. C. Attius militavit annis XXXVIII. vixit annis LIX.: p 529. 5. M. Aurelius Lucilio annorum LX. stipendiorum XXXX.: p. 538. 9. C. Cornelius Memor mi-

Contra mercator, navim iactantibus Austris,
Militia est potior. Quid ni? concurritur: horae
Momento cita mors venit, aut victoria laeta.
Agricolam laudat iuris, legumque peritus,
Sub galli cantum consultor ubi ostia pulsat.
Ille, datis vadibus, qui rure extractus in urbem est,
Solos felices viventes clamat in urbe.
Cetera de genere hoc, adeo sunt multa, loquacem
Delassare valent Fabium. Ne te morer, audi,
Quo rem deducam. Si quis Deus, en ego, dicat,

litavit annis XXVIII. iteratus vixit annis LXXX. 5. *fractus iam* Cuning. 6 *navem.*

7 * *Quid ni?* V. K. Vr. G. Ita etiam legendum proponebat Iac. Taurellus Lambino, dum ambo Romae degerent; sed ex coniectura, nulla codicum auctoritate; quae quum nunc accedat, merito praeferenda erit lectio; ut sententia sit planior, ipso fatente Lambino. Ita pariter legisse videtur Acron, exponens *quare non? et est comicum.* 8 *momen'o aut cita mors* mss. 4. apud Lamb., quos sequitur Bentleius, et hunc Phil. Batt., et ante eos ed. Frib. 1536. Ex nostris vix Ch. B. a 2. m.

9 * *legum, iurisque* V. K. 10 *sub galli cantu* V. E. G. Vr. C. a 2. m. I. Vp. A. Va. A., alii mss. apud Combe, et ed. Princ. Locum de forensi buccina, sive de praecone tempus denotante, quod ad magistratus, ad causidicos, adque eos pertinebat omnes, qui in foro, ac in iudiciis aliqua versari ratione cogebantur, intelligendum putat Ansaldus de For. Iud. bucc. §. 65 p. 114. Sed de vero gallicinio accipiendum patet vel ex Cicer. pro Murena c. 9.: *Vigilas tu de nocte, ut tuis consultoribus respondeas; ille, ut eo, quo intendit, mature cum exercitu perveniat. Te gallorum; illum buccinarum cantus excitat.* Pluribus Bochart. Hieroz. par. 2. l. 1. c 17.

11 * *ad urbem est* Vr. I. 14 * *Quae lassare* * V. M. *Delaxare Lassare ut valeant* Bonfinis.

Iam faciam quod vultis: eris tu, qui modo miles,
Mercator: tu, consultus modo, rusticus: hinc vos,
Vos hinc mutatis discedite partibus. Eia!
Quid statis? nolint. Atqui licet esse beatis.
Quid caussae est, merito quin illis Iupiter ambas
Iratus buccas inflet; neque se fore posthac
Tam facilem dicat, votis ut praebeat aurem?
Praeterea: (ne sic, ut qui iocularia, ridens
Percurram: quamquam ridentem dicere verum
Quid vetat? ut pueris olim dant crustula blandi
Doctores, elementa velint ut discere prima.
Sed tamen amoto quaeramus seria ludo.)
Ille, gravem duro terram qui vertit aratro;
Praefidus hic campo miles; nautaeque, per omne

19 *nolunt.* 19 * *licet esse beatus* V. M. Vid. sat. 2. 51. 23 * *nec sic ut* Vr. F. G, 25 * *Quis vetat?* V. K. Vr. G. I. 28 * *qui terram* Vr. I. 29 * Vulgata lectio *Perfidus hic caupo, miles*, tandem in dubium revocata est a Marklando Epist., crit. ad Franc. Hare p. 4. seqq.; sed is verba more suo, longis rationibus, ex ingenio refingens, ei substituit *Causidicus vafer hic, miles:* causidicum pro caupone; quia supponit, hic iterum agere Horatium de iuris perito. Valart in praefatione, pari methodo, legit *Callidus hic cautor, miles.* Schraderus Emend. c. 4., et quidam apud Taylor. Elem. iur. civ. p. 220. item *cautor* legunt pro *caupo.* In re facillima caecutierunt omnes. Fuse iam probavi in Miscell. filolog. crit. tom. 1. p. 9. seqq. et in Observationibus ad Virg. p. 167. seqq. legendum, ut in textu, *Praefidus* pro *perfidus*, ut *praegrandis*, *praefulgens*, *praeclarus*, pro fidissimo, summe fido: facili, et obvio scriptorum lapsu in *per*, *prae*, *pro.* Epitheton est militibus proprium ob militare sacramentum, ut signa etiam in ipso agone non deserant. Veget. II. 5.: *Iurant milites, omnia se strenue facturos, quae praeceperit Imperator, numquam deserturos militiam, nec mortem recusaturos*

Audaces mare qui currunt; hac mente laborem
Sese ferre, senes ut in otia tuta recedant,

pro Romana Republica. Sen. epist. 95.: *Primum militiae vinculum est religio, et signorum amor, et deserendi nefas; tunc deinde facile cetera exiguntur, mandanturque iusiurandum adactis.* Quinctil Decl. 12.: *Adiuvabunt pugnantem iusta sacramenta.* Hinc Statius Silv. I. 3. 72. seq. de Rutilio Gallico: *Mox innumeris exercita castris, Occiduas, primasque domos, et sole sub omni Promeruit iurata manus.* Eumenes apud Iustin. XIV. 4. milites suos *sacramento sibi devotos* dicit; et *devotissimi milites* appellantur in l. 17. Cod. Theod. de Erog. mil. ann. Quid vero hìc *caupo* cum agricola, milite, nauta? Quae pericula illi obeunda, et qui illius perfidiae locus in hoc argumento? Quam facilis, simplexque eius loco lectio *campo*, seu etiam *campo*, ut probavi l. c., et notum est, promiscue veteres scripsisse? *Campo* nitide scriptum in V. G. Vp. A. a 1. m. D. F. Ch. B. *Campus* ipsa acies, pugnae locus. Propertius IV. el 10. 35.: *Cossus ait, forti melius concurrere campo.* Virg. IV. Æ. 55. seqq.: *Teucrum mirantur inertia corda, Non aequo dare se campo, non obvia ferre Arma viros, sed castra fovere.* Sil. Ital. I. 266.: *Et quoties campo rapidus fera praelia miscet.* Sid. Apollin. Carm. V. 383.: *Nolo agmina campo.* 437.: *Hostibus expulsis, campum qui maximus exstat, Iam lustrare vacat.* Cl. Mamert. Paneg. Maxim. c. 6.: *A tribunali temet in campum, a curuli in equum transtulisti; et rursus ex acie cum triumpho rediisti.* Miles *praefidus campo*, ut agricola, qui vertit terram gravem aratro duro; et nautae audaces per omne mare: omnes duro vitae genere, maximisque discrimínibus obnoxio, exercentur, ut lucrum domum reportent, et in otia tuta recedant; miles praesertim hostium spoliis post victoriam in ipso campo. Sid. Apollin. l. c. 445.: *Hic agmina vestra Cum spoliis campum retinent, et Marte fruuntur.* Sallust. Cat. 38.: *Deinde multi, memores Sullanae victoriae, quod ex gregariis militibus alios senatores videbant, alios ita divites, ut regio victu, atque cultu aetatem*

Aiunt, quum sibi sint congesta cibaria: sicut
Parvula, nam exemplo est magni, formica, laboris,
Ore trahit quodcumque potest, atque addit acervo,

agerent, sibi quisque, si in armis foret, ex victoria talia sperabat. Ideo agricolarum, militum, ac nautarum vitae institutum, et comparatio, fere in proverbio habebantur apud veteres sive Latinos, sive Graecos passim. Ovid. de Arte am. II. 669. seqq.: *Dum vires annique sinunt tolerate labores: Iam veniet tacito curva senecta pede. Aut mare remigiis, aut vomere scindite terras; Aut fera belligeras addite in arma manus.* De Remed. amor. I. 567. seqq.: *Est tibi rure bona generosae fertilis uvae Vinea: ne nascens usta sit uva time. Ille habet in reditu navem: mare semper iniquum Cogitet, et damno littora foeda suo. Filius hunc miles, te filia nubilis angant.* De Ponto II. el. 5. 61. sep.: *Rusticus agricolam; miles fera bella gerentem*; *Rectorem dubiae navita puppis amat.* Manil. I. 85. seqq.: *Tunc et lingua suas accepit barbara leges; Et fera diversis exercita frugibus arva. Et vagus incertum penetravit navita pontum, Fecit et ignotis iter in commercia terris. Tum belli, pacisque artes commenta vetustas.* Germanicus Arat. Phoen. p. 96. ed. 1589.: *Nondum vesanos rabies nudaverat enses, Nec consanguineis fuerat discordia nota, Ignotique maris cursus, privataque tellus Grata satis, neque per dubios avidissima ventos Spes procul amotas fabricata nave petebat Divitias, fructusque dabat pacata* (ita legas, non *placata*) *colono Sponte sua tellus, nec parvi terminus agri Praestabat dominis signo tutissima rura.* Sen. de Provid. c. 4.: *Sic sunt nauticis corpora ferendo mari dura; agricolis manus tritae; ad excutienda tela militares lacerti valent.* Ausonius in epist. ded.: *Agricolam si flava Ceres dare semina terrae; Gradivus iubeat si capere arma ducem; Solvere de portu classem Neptunus inermem; Fidere tam fas est, quam dubitare nefas. Insanum quamvis hiemet mare, crudaque tellus Seminibus, bello nec satis apta manus: Nil dubites auctore bono.* Claudian. de Mall. Theod. cons. 174. seqq.: *Agrestem dudum*

Quem struit, haud ignara, ac non incauta futuri.
Quae, simul inversum contristat Aquarius annum,
Non usquam prorepit; et illis utitur ante
Quaesitis patiens: quum te neque fervidus aestus
Demoveat lucro; neque hiems, ignis, mare, ferrum;
Nil obstet tibi, dum ne sit te ditior alter.

me, diva, reverti Cogis . . . Terribilis rursum lituos veteranus adibo, Et desueta vetus tentabo caerula vector? S. Cyprianus contra Demetr.: *Deficit in agris agricola, in mari nauta, miles in castris.* Apud Graecos Lucian. Amor. n. 3. p. 400. tom. 2. ed. Reitz. 1743.: *Quin tu effusis multis id genus nugis, beatum te esse putas, quod non squalidam tibi agriculturam fato Deus attribuit, neque mercatorum errores, militaremve in armis vitam.* S. Io. Chrysost. de Sacerd. IV. 2.: *Cur enim quum de re militari, de mercatura, de agricultura, deque aliis saecularibus rebus deliberatur; non agricola navigationem, nec miles agriculturam, nec gubernator militiam suscipiat, etiamsi mortem illis sexcenties commineris?* Nullibi *cauponis* mentio. Fugit vulgo Interpretes, hic Horatium agere de illis, qui in proprio vitae instituto perseverant, omnia etiam pericula obeundo; quum initio de iis dixerit, qui inconstantes, nulla sorte contenti, aliorum vivendi rationem appetunt.

35 * *haud incauta, ac non ignara* V. G. 36 * *constringit* Vp. C. 38 *patiens* V. A. D. E. I. M. Vr. E. F. I. H. Vp. A. C. F. Cr. A. Va. A. C. Ba. A. An. A., alii mss. apud Torr. Talb. Val. Combe; ita Acron, ed. Princ. Med. 1476. Venn. 1479. 1481. 1590. 1592. 1595. 1546. 1573. Aldi 1501. Argent. 1514. Basill. 1527. 1531. 1580. Lugd. 1538. Gryph. 1566.; defendunt Torr. Marcil. Ianus Dousa Comment. c. 2. Rappolt. Comment. p. 2. c. 1. *Sapiens* alii mss. nostri, et plures aliorum, quos praeferunt Lamb. Cruq. Chabot, Dan. Heins. Bond, Dacer. Baxt. Bentl. Cuning. Sanad. Batt. Phil. Gesn. Oberl. Combe, Wakef. [Bod.] Sed ante ita legebat Porphyrio, Iunta 1503., et alii. Formica *sa-*

Quid iuvat, immensum te argenti pondus, et auri
Furtim defossa timidum deponere terra?
Quod, si comminuas, vilem redigatur ad assem.
At, ni id fit, quid habet pulchri constructus acervus?
Millia frumenti tua triverit area centum;
Non tuus hoc capiet venter plus, ac meus: ut si
Reticulum panis venales inter onusto
Forte vehas humero; nihilo plus accipias, quam

piens; ideo, quod generaliter gaudeat, ut contendunt Scaliger in Hypercritico, et Bentleius; avarus miser, et stultus gustare, et tangere sua non audeat. At formicae *sapientia* unice laudatur ab omnibus, et ideo ipsa providentiae, ac vigilantiae est symbolum, quia *non est ignara, nec incauta futuri;* per aestatem quaesitis, ac repositis alimentis; quibus demum hieme fruatur, quum prorepere non potest libere in apertum. Virg. I. G. 186.: *Inopi metuens formica senectae.* Salomon Prov. XXX. 25.: *Quatuor ista sunt minima terrae; sed sapientia tamen, et sapientiam edocta: formicae, populus debilis, quae aestate parant cibum suum.* Non erit ergo repetendum *sapiens. Patiens* vero, formicae conveniens epitheton; ut apud Q. Sev. Samonic. de Medic. VI. 81. seq.: *Pulvis quem congerit alte Dulcibus ex latebris patiens formica laborum;* hìc ideo recte additur, quia patienter in suis cuniculis ipsa delitescit hieme, aestatem exspectans, ut rursus prodeat in apricum. Avien. XXXIV. 5. seqq.: *Solibus obreptos hiemi formica labores Distulit; et brevibus condidit ante cavis. Verum ubi candentes suscepit terra pruinas, Arvaque sub gelido delituere gelu; Pigra nimis tantos non aequans corpore nimbos, In propriis laribus humida grana legit.* Quod scite opponitur avaro, quem neque aestus, neque hiems demovent a lucrandi cupiditate. 38 * *nec fervidus* V. N. a 1. m. Va. C. 39 *nec hiems* Vr. G. 39 *Dimoveat.* Vid. IV. od. 5. 14. alio sensu. 43 * *in assem* Vr. K. 46 *capiat.* 46 *plus, ac meus* V. A. D. Vr. B. C. D. F. G. H. I. Vp. C. F. Ch. A. B. a 2. m. Cr. A.

Qui nil portarit. Vel dic, quid referat intra
Naturae fines viventi, iugera centum, an
Mille aret? At suave est ex magno tollere acervo.
Dum ex parvo nobis tantumdem haurire relinquas,
Cur tua plus laudes cumeris granaria nostris?
Ut, tibi si sit opus liquidi non amplius urna,
Vel cyatho; et dicas: magno de flumine malim,
Quam ex hoc fonticulo tantumdem sumere. Eo fit,
Plenior ut si quos delectet copia iusto,
Cum ripa simul avulsos ferat Aufidus acer.
At qui tantuli eget, quanto est opus: is neque limo
Turbatam haurit aquam, neque vitam amittit in undis.
At bona pars hominum, decepta cupidine falso,
Nil satis est, inquit: quia tanti, quantum habeas, sis.
Quid facias illi? Iubeas miserum esse, libenter

Va. A. An. A. a 2. m., alii mss. apud Bentleium, Combe; defendit Bentleius, sequuntur Cuning. Sanad. Phil. Wakefield. Al. [Bod] *plus*, *quam meus*, ex glossemate.

49 * *quid conferat intra* V. N. 50 *viventis* coniicit Cun.

52 * *Cum ex parvo* Vp. C. Ch. A. Ba. A. *Dum tamen e parvo nobis* Vr. I. 53 * *plus cumeris laudes* V. G.

55 *malim* V. A. E. Vr. C. F. H, alii mss. apud Lamb. Bentl. Val. Praetulit Bentleius, Cuning. San. Phil. Wakef. Al. [Bod.] *mallem*. 58 *qui tantulo*. 58 *quantum est opus* Bentl. ex mss. Cuning. San. Wakef. 60 *nec vitam* Ba. A., alii mss. apud Combe; ita Bentl. Cuning. San. Al. [Bod.] *neque vitam*. 61 *falsa* Ch. B. a 1. m., duo mss. apud Val.

63 *miseram* unus ms. apud Val., qui recepit in textum. Ita coniecerat Marcil., sed reiecerat: adoptavit ex coniectura Bentl., quem sequuntur Cuning. San. Phil., quia referatur ad *bona pars*. 63 *miserum esse*, *libenter*. Ita distinguas cum Torr. Cuning. Sanad. Oberl., et ita in Ch.

Quatenus id facit: ut quidam memoratur Athenis
Sordidus, ac dives, populi contemnere voces
Sic solitus: populus me sibilat; at mihi plaudo
Ipse domi, simul ac nummos contemplor in arca.
Tantalus a labris sitiens fugientia captat
Flumina. Quid rides? mutato nomine, de te
Fabula narratur. Congestis undique saccis
Indormis inhians; et tamquam parcere sacris
Cogeris, aut pictis tamquam gaudere tabellis.
Nescis, quo valeat nummus? quem praebeat usum?
Panis ematur, olus, vini sextarius: adde,
Quis humana sibi doleat natura negatis.
An vigilare metu exanimem; noctesque, diesque
Formidare malos, fures, incendia, servos,
Ne te compilent fugientes, hoc iuvat? Horum
Semper ego optarim pauperrimus esse bonorum.
At si condoluit temptatum frigore corpus,
Aut alius casus lecto te adfixit; habes qui

B., et aliis mss. apud eumdem Torr. Vid. II. ep. 2. 106. seq. 126. seq. 135. seqq. [?] Al. *miserum esse libenter, quatenus.*

65 * *et dives* V. I. 68 *ab labris* Cuning. Sanad. 72 * *et pictis* Vr. G. 75 *quid valeat.* 76 *exanimum* Cuning. ex ingenio. 77 * *malos, fures.* Ita distinguas, ut infra sat. 4. 3., et Vp. C. Al [Bod.] *malos fures.* 78 * *Non te compilent* Ba. B. 79 *optarem.* 80 * *ac si* Va. C. 81 *adfixit* V. A. G. I. Vr. H. a 1. m. I. K. Vp. A. C. D. F. Ch. A. a 2. m., alii mss. apud Pulm. Cruq. Marcil. Val., ed Princ. Venn. 1479. 1483. 1490. 1509. Med. 1477. Flor. 1482. Aldus 1501. Iunta 1503. Loch Basill. 1527. 1531. 1580. Frib. 1536. Dion. ab Harsio Lugd. 1538 Mur. Dan. Heins. Chab. Desprez, Bond, Torr. Dacer. Bentl. Baxt. Cun. San. Batt. Phil. Val. Gesn. Combe, Wakef. Verbo *adfixit* magis diu-

Adsideat, fomenta paret, medicum roget, ut te
Suscitet, ac natis reddat, carisque propinquis?
Non uxor salvum te vult, non filius: omnes
Vicini oderunt, noti, pueri, atque puellae.
Miraris, quum tu argento post omnia ponas,
Si nemo praestet, quem non merearis, amorem?
An sic cognatos, nullo natura labore
Quos tibi dat, retinere velis, servareque amicos?
Infelix operam perdas: ut si quis asellum
In campo doceat parentem currere frenis.
Denique sit finis quaerendi: quumque habeas plus,
Pauperiem metuas minus; et finire laborem
Incipias, parto, quod avebas. Ne facias quod

turnitas morbi exprimitur, quam *afflixit*, ut alii legunt. Qui affligitur, mox et resurgere potest; qui adfigitur, manet; ut bene notant Marcil. et Gesnerus. Consonant *adfixit*, et *adsideat*; quod constantiam praesentiae indicat; et *suscitet*, gravitatem morbi. Sen. epist. 67.: *Ago gratias senectuti, quae me lectulo adfixit.* Ital. *inchiodato in un fondo di letto.* Alio sensu Virg. V. Æ. 852.: *Clavumque adfixus, et haerens, Numquam amittebat.* X. 160.: *Pallasque sinistro adfixus lateri.* Vid. II. sat. 2. 79.

83 *natis reddat* V. N. Vr. B. I. Vp. C. F. Ch. A., alii mss. apud Pulm. Cruq. Bentl. Combe; ita Bentl. Cun. Sanad. Phil. Val. Wakef.: quae verborum collocatio et dulcior, et elegantior est, ut ait Bentl. 87 * *non mercaris* V. E. K. a 2. m. *miraris* Ch. B. a 2. m. 87 * *non merearis honorem* V. I. a 1. m. 88 *An sic* ms. Sorb. apud Val., et ita idem Val. Wakef. in Observationibus. Al. *An si; At si; An qui; Atqui* Baxt. Sandby. 90 * *operam perdes* Ch. B. 91 *in campum.* 92 *quoque habeas* Muret. Wakef. * *dumque habeas* V. E. 94 *Ne facias* V. A. D. I. K. N. Vr. A. B. F. H. K. Vp. C. Ch. A. B. Cr. A. An. A. Va. C., alii mss. apud Pulm. Cruq. Torr. Talb. Bentl. Val. Ita legit Charis. apud Putsch. p. 202., et Diomed. p. 388.;

Ummidius; qui tam, non longa est fabula, dives,
Ut metiretur nummos; ita sordidus, ut se
Non umquam servo melius vestiret; ad usque
Supremum tempus, ne se penuria victus
Opprimeret, metuebat. At hunc liberta securi
Divisit medium, fortissima Tyndaridarum.

Bentl. Cun. Baxt. Sanad. Oberl. Combe, Wakef. Al. [Bodon.] *nec facias.*

95 *Ummidius* V. G. M. Cr. A. An. B., alius ms. apud Bentl. Itaque idem Bentl. Cun. San. Phil. Val. Gesn. Oberl. Combe. *Ummidius*, et *Ummidia* occurrunt apud Grut. p. 432. 1. 662. 4. 7. 895. 10. 11.. et apud Fabrett. p. 673. 13. *C. Ummidius Durmius Quadratus Legatus C. Caesaris Germanici Imp.;* et gens *Ummidia* in nummis apud Spanh. de Usu et praest. num. tom. 2. p. 7. Mira varietas in hoc nomine sive in mss., sive in editis: *Ummidius*, *Humidius*, *Vimmidius*, *Numidius*, *Unidius*, *Vinidius*, *Vividius*, *Ubidius*, *Avidius*, *Uvidius*, *Vibidius*, *Fufidius*. Sic apud Tacit. A. XII. 45. *Vinidius*, *Numidius*, *Ummidius*, 95 *Ummidius*, *qui tam dives*. Ex ingenio quidem; sed acute, et recte Bentleius legit *qui tam*, pro *quidam;* sequuntur Cuning. Sanad. Val. Wakef. Ridiculam lectionem appellat Baxterus; ingeniosam, commodam, et modestam, sed non necessariam, Gesnerus. Immo ridicule *Ummidius*, homo adeo dives, ideoque notissimus, diceretur ab Horatio *quidam*, ut alius v. 64. De illo Celsus III. 18.: *Quorumdam vani metus levandi sunt: sicut in homine praedivite famem timente incidit; cui subinde falsae hereditates nunciabantur.* 96 *ut metiretur nummos.* Nempe modio. Plautus in Menaech. prol. 15.: *Nunc argumentum vobis demensum dabo, Non modio, neque trimodio; verum ipso horreo.* Petron. c. 37.: *Uxor Trimalchionis Fortunata adpellatur, quae nummos modio metitur.* Vulgo nunc *a scorzi.* 100 *Tyndarearum* Cuning. ex ingenio, ab aliis merito refutatus. Sanad. Phil. et Val. *Tyndariarum*, ex coniectura eiusdem Cuningamii.

Quid mi igitur suades? ut vivam Naevius? aut sic,
Ut Nomentanus? Pergis pugnantia secum
Frontibus adversis componere. Non ego, avarum
Quum veto te fieri; vappam iubeo, ac nebulonem.
Est inter Tanain quiddam, socerumque Viselli.
Est modus in rebus; sunt certi denique fines,
Quos ultra, citraque nequit consistere rectum.
Illuc, unde abii, redeo. Nemon' ut avarus
Se probet, ac potius laudet diversa sequentes?
Quodque aliena capella gerat distentius uber,
Tabescat? neque se maiori pauperiorum
Turbae comparet? hunc, atque hunc superare laboret?
Sic festinanti semper locupletior obstat.
Ut, quum carceribus missos rapit ungula currus,
Instat equis auriga suos vincentibus: illum
Praeteritum temnens extremos inter euntem.
Inde fit, ut raro, qui se vixisse beatum

101 * *Quid me igitur* Vp. F. *Quidam igitur* Bad. Ascens.

101 *Maenius*, *Maevius* alii. 101 *An sic* ms. apud Bentl. *Ac sic* alii quo apud eumdem. 102. *Nomentanus*. Vid. sat. 8. 11. II. sat. 8. 23. 104 * *aut nebulonem* V.M.N. An. A. Vid. sat. 2. 12. 105 *Tanaim*. 107 * *Quos ultro citroque non est contendere tutum* Vr. K. 108 *Nemo ut avarus* Vr. I. Vp. C., alii mss. apud Pulm. Cruq., ed. Princ. Med. 1476. Ven. 1481. Baxt., aliique. 109 *at potius* V. G., alius ms. apud Cruq., et ita Baxt. Combe.

110 * *capella ferat* Vp. C. 109-112 * *probat-laudat-comparat-laborat* Vr. H. 115 *suis* multi et scripti, et editi, post Acronem; ut sit sensus: Auriga equis suis instat vincentibus; sed melius *suos vincentibus*. Ovid. III. de Arte am. 595.: *Tunc bene fortis equus reserato carcere currit;*

Dicat; et exacto contentus tempore, vita
Cedat, uti conviva satur, reperire queamus.
Iam satis est: ne me Crispini scrinia lippi
Compilasse putes, verbum non amplius addam.

SATYRA II.

Stultos, dum vita quaedam declinant, in contraria incidere.

Ambubaiarum collegia, pharmacopolae,
Mendici, mimae, balatrones, hoc genus omne
Maestum ac sollicitum est cantoris morte Tigelli;
Quippe benignus erat. Contra hic, ne prodigus esse

Quum, quos praetereat; quosque sequatur, habet. 118 *tempore, vita cedat* V. D. a 1. m. M. Vr. B. D. E. F. a 1. m. Vp. A. C. a 1. m. E. F. Cr. A., alii mss. apud Pulm. Cruq. Torr. Talb. Val. Combe; et ita Pulm. Cruq. Torr. Bentl. Cun. San. Val. Wakef. Cicero de Clar. Orat. c. 1: *Perpetua usus felicitate cessit e vita.* Ad Octav. 3.: *Cedam vita; quae quamquam sollicita est; tamen si profutura est Reipublicae, bona spe posteritatis me consolatur: qua sublata, non dubitanter occidam.* Et III. de Fin. 18. Tacit. II. H. 55.: *Cessisse vita Othonem, attulerunt.* Cedit quis vita, ut conviva satur cedit caena. Lucretianum est III. 951 ex philosophia Epicureorum: *Cur non ut plenus vitae conviva recedis, Aequo animoque capis securam, stulte, quietem?* Etiam Stoicorum. Epictet. II. 16.: *Cui enim licet, quum lubet, a convivio recedere, neque ultra ludere; etiamne is manens affligitur, et nauseat?* Al. [Bod.] *vitae. lippum* coniicit Bentl. argutiis. Vid. sat. 3. 138. seq.

2 * *mimi* V. B. a 2. m. I. N. a 2. m. 2 *baratrones* V.

Dicatur, metuens, inopi, dare nolit amico,
Frigus quo, duramque famem propellere possit.
Hunc si perconteris, avi cur, atque parentis
Praeclaram ingrata stringat malus ingluvie rem,
Omnia conductis coemens obsonia nummis?
Sordidus, atque animi quod parvi nolit haberi,
Respondet. Laudatur ab his, culpatur ab illis.
Fufidius vappae famam timet, ac nebulonis,
Dives agris, dives positis in foenore nummis.
Quinas hic capiti mercedes exsecat; atque
Quanto perditior quisque est, tanto acrius urget.
Nomina sectatur, modo sumta veste virili,
Sub patribus duris tironum. Maxime, quis non,
Iupiter! exclamat, simul atque audivit? At in se
Pro quaestu sumptum facit hic: vix credere possis,
Quam sibi non sit amicus; ita, ut pater ille, Terenti

B. a 2. m. I., alius ms. apud Combe. 6 *diramque famem* ed. Princ. Med. 1476. Venn. 1483. 1490. 1492. 6. *propellere* V. D. G. M. Vr. H. Vp. C. Ch. A. B. Cr. A. An. A. B. Va. A. Ba. A. B., alii mss. apud Pulm. Torr. Talb. Bentl. Val. Combe, ed. Princ. Flor. 1482. Venn. 1490. 1492. Aldus 1501. Iunta 1503. Cuning. Sanad. Valart, Wakef. Al. *depellere*. Bentleius, qui hanc lectionem defendit, fatetur tamen, aliam auctoritate, et numero codicum praestare; ut iam antea fatebatur Torrentius: et locos scriptorum pro utraque affert. 8 *stringat*. De hoc verbo, et eius composito *destringo*, dixi in Observationibus ad Virg. p. 79. seqq. Vid. III. od. 1. 17. 12 *Fufidius; Fufitius* Dacer. * *Futidius* An. A. 14 *exsecat* V. B. D. G. I. a 2. m M. O. Vr. B. E. a 1. m. G. a 2. m. H. Vp C. Ch. A. Cr. A., alii mss. apud Lamb. Torr. Talb. Val, Acron, et Porph. *Exsecat*, hoc est, de sorte deducit; quod durius est: nam ita usurae non pro 100. exigebantur; sed pro 95., tamquam ex capite 100.; inique, et legibus reclamantibus apud Ul-

Fabula quem miserum gnato vixisse fugato
Inducit, non se peius cruciaverit, atque hic.
Si quis nunc quaerat, quo res haec pertinet? Illuc:
Dum vitant stulti vitia, in contraria currunt.
Malchinus tunicis demissis ambulat: est qui
Inguen ad obscaenum subductis usque facetus:
Pastillos Rufillus olet, Gorgonius hircum.
Nil medium est. Sunt, qui nolint tetigisse nisi illas,

pianum in l. Rogasti 11. §. 1. ff. de Reb. cred. Al. *exigit* in mss. et priscis editionibus, quod ex glossemate irrepsit in textum; Lambinus reiecit, et inde Chabot, Talb. Torrent. Dan. Heins. Dacer. Desprez, Bentl. Cun. Baxt. San. Phil. Batt. Val. Combe, Wakef. *In denarios centenos* usurae recte exigebantur, l. Lecta 40. pr. eod. Vid. epod. 2. 69. 18 *exclamet.* [Bodon.] 25 *Malchinus* V. B. E. I. M. N. Vr. E. G. H. I. Vp. C. Ch. A. B. Va. A. C. Ba. B. An. A. B. Cr. B., alii mss. apud Pulm. Bentl. Oberl. Combe, edd. Venn. 1490. 1492. 1495. 1509. 1573. Aldus 1501. Iunta 1503. Argent. 1514. Basill. 1527. 1531. Frib. 1536. Dion. ab Hars. Lugd. 1538. Gryph. 1566. Bad. Ascens. Mur. Bentl., qui defendit, Cuning. Wakef. Al. *Maltinus*, vel *Malthinus*, quam lectionem exponunt Lamb. Torr. Gesn., alii, ac si Horatius ficto nomine hominem mollem, delicatulum designare voluerit, atque ipsum etiam Maecenatem. Sed *Malchinus* proprium nomen censendus est, ut *Rufillus*, et *Gorgonius;* neque verisimile puto cum Torr. et Gesn., poetam aulicum Maecenati suo, aut Agrippae illudere voluisse. (a) 27 *Gargonius* V. D. Vr. A. B. E. H. Vp. D. E., alii mss. apud Bentl. Oberl. Combe; defendit Bentleius, sequitur Cuning., quod *Gargonius* frequentius in antiquis marmoribus scriptis occurrat. Sed praeter numerum, et auctoritatem codicum nostrorum, et aliorum, versus sententia adducitur a Seneca epist. 96., ubi et in editis, et in 18. mss. Vaticanis nitide habetur *Gorgonii.* Similiter *Gorgonius* citat Nestor Dionysius in lexico v. Pastillus. 28 * *nolunt* V. A.

Quarum subsuta talos tegat instita veste.
Contra alius nullam nisi olenti in fornice stantem.
Quidam notus homo quum exiret fornice, macte
Virtute esto, inquit sententia dia Catonis:
Nam simul ac venas inflavit tetra libido,
Huc iuvenes aequum est descendere, non alienas
Permolere uxores. Nolim laudarier, inquit,
Sic me, mirator cunni Cupiennius albi.
Audire est operae pretium, procedere recte
Qui moechis non vultis, ut omni parte labórent;
Utque illis multo corrupta dolore voluptas,
Atque haec rara, cadat dura inter saepe pericla.
Hic se praecipitem tecto dedit: ille flagellis
Ad mortem caesus: fugiens hic decidit acrem
Praedonum in turbam: dedit hic pro corpore nummos:
Hunc perminxerunt calones; quin etiam illud
Accidit, ut cuidam testes caudamque salacem
Demeterent ferro. Iure omnes; Galba negabat.
Tutior at quanto merx est in classe secunda!
Libertinarum dico; Sallustius in quas

30 *olenti fornice* V. A. B. Vr. I. Cr. A. An. B., alius ms. apud Oberl., ed. Ven. 1509. *olente* Bentl. ex ingenio. 36 *Cupennius.* 36* *vulvae Cupiennius albae* An. A. Cr. B., ex glossemate. 38 *moechos* Bentl. ex aliquibus mss. et Cun. Wakef. 39 *correpta dolore* Va. C. 45 *cuidam* Lamb. ex duobus mss., in quibus *quoidam*, quod retinuit Cuning. *cuidam* Cruq. ex ms. 46 *Demeterent ferro* V. B. *Ferro* omnes mss., et editiones veteres. *Demeterent ferro* ex coniectura Barth. Advers. XXXVIII. 6., et Bentl. Liceat nunc ex ms., et recte; scilicet *calones demeterent.* Al. *demeteret ferrum* editores. 48 *in qua* Bentl. ex uno ms, inde Cun. Wakef. Sed vulgatum defendi posse fatetur ipse Bentleius. Sen. Herc. Oet. 370.: *Referam quid alias?*

Non minus insanit, quam qui moechatur. At hic si,
Qua res, qua ratio suaderet, quaque modeste
Munifico esse licet, vellet bonus, atque benignus
Esse: daret quantum satis esset; nec sibi damno,
Dedecorique foret. Verum hoc se amplectitur uno;
Hoc amat, et laudat: matronam nullam ego tango.
Ut quondam Marsaeus, amator Originis; ille,
Qui patrium mimae donat fundumque, laremque:
Nil fuerit mi, inquit, cum uxoribus umquam alienis.
Verum est cum mimis, est cum meretricibus; unde
Fama malum gravius, quam res trahit. An tibi abunde
Personam satis est; non illud, quidquid ubique
Officit, evitare? Bonam deperdere famam,
Rem patris oblimare, malum est ubicumque. Quid inter-
Est in matrona, ancilla, peccesve togata!
Villius in Fausta, Sullae gener, hoc miser uno
Nomine deceptus, poenas dedit usque, superque,
Quam satis est: pugnis caesus, ferroque petitus;
Exclusus fore, quum Longarenus foret intus.

mene Thespiades vocant? Brevique in illas arsit Alcides face. Nempe *in quas libertinas.* 49 * *Et hic si* V. A. *Ut hic si* Vr. B. C., alius ms. apud Bentl. 51 *Munificum.*

54 *et laudat* V. A. B. D. E. I. Vr. A. B. C. E. H. Vp. A. D. F. Cr. B., alii mss. apud Pulm., ed. Princ. Med. 1476. Venn. 1490. 1492. Iunta 1503. Dion. ab Hars. Lugd. 1538. Muret. Torr. Bentl. Al. *hoc laudat.* 54 * *nullam matronam* V. D. 56 * *donat mimae* Vr. I. *mimae censum donavit avarae* Vp. F. a 1. m., alius ms. apud Combe.

61 *disperdere* Cun. nullo auctore. 63 *an matrona* Vr. I. Vp. F., Dan. Heins. *peccesne* V. E., alii mss apud Bentl., qui ita legit, et ante ex coniectura Lambinus; ita Cun.

Huic si Mutonis verbis mala tanta videntis
Diceret haec animus: quid vis tibi? numquid ego a te
Magno prognatum deposco consule cunnum,
Velatumque stola, mea quum conferbuit ira?
Quid responderet? Magno patre nata puella est.
At quanto meliora monet, pugnantiaque istis,
Dives opis natura suae; tu si modo recte
Dispensare velis, ac non fugienda petendis
Immiscere! Tuo vitio, rerumne labores,
Nil referre putas? Quare, ne poeniteat te,
Desine matronas sectarier; unde laboris
Plus haurire mali est, quam ex re decerpere fructus.
Nec magis huic inter niveos, viride sque lapillos,

Val. Wakef. 68 *videntis* V. E. Vr. F. a 1. m. G. a 2. m. Vp. F. Ch. B. Cr. B. An. A. Ba. A. B., Aldus 1501. Iunta 1503. Venn. 1509. 1573. Argent. 1514. Basill. 1527. 1531. 1580. Frib. 1536. Dion. ab Hars. Lugd. 1538. Gryph. 1566 Lambinus in 1. edit. Mur. Cruq. Pulm. Chab. Dan. Heins. Bond, Desprez, Dacer, Talb. Baxt. Cun. Gesn. Val Phil Oberl. Combe, Wakef. Al. *videnti;* quam lectionem retinet Bentl., quod eam habeant veteres editiones, et scripti codices ad unum omnes, et certe quibus ipse usus est. Nostros non vidit. 70 * *posco de consule* Cr. A. *prognatam deposco patre puellam* An. A. Cr. B. a 1. m. ex glossemate. 71 *mea dum* Vp. C. 74 *tu si* Va. A. Cr. A., alii mss. apud Combe, ed. Princ. Ven. 1490. Iunta 1503. Dion. ab Hars. Lugd. 1538. Torr. Dan. Heins. Talb. Bentl. Cun. Al. *si tu.* 75 * *at non* V G. 77 *putes* V. G. Vr. E. a 2. m., alius ms. apud Val. 78 *matronas sectari, sectari matronas.* 81 * *Sit licet, o Cerinthe, tuum* Vr. E. Cr. B. Va. A. An. A. *Sit licet, ó Cerinthe, tuo* Bentl. longis argumentationibus; *Sit licet, hoc, Cerinthe, tuae* Cuning. Valart, licenter. Cerinthus, pulcherrimus puer, Sulpiciae, et matronarum deliciae, laudatus etiam a Tibullo IV. 3. 11., et alibi. Significat Horatius,

(Sit licet, o Cerinthe tuum), tenerum est femur,
aut crus
Rectius; atque etiam melius persaepe togatae.
Adde huc, quod mercem sine fucis gestat; aperte
Quod venale habet, ostendit: neque, si quid honesti est,
Iactat, habetque palam, quaerit quo turpia celet.
Regibus hic mos est: ubi equos mercantur, opertos
Inspiciunt; ne, si facies, ut saepe, decora
Molli fulta pede est, emtorem inducat hiantem;
Quod pulchrae clunes, breve quod caput, ardua cervix.
Hoc illi recte: ne corporis optima Lyncei
Contemplere oculis; Hypsaea caecior, illa,

hunc vel ipsis matronis praeferendum, ut notat Baxt. 81 *femur, et crus* Ch. A. a 1. m. 82 *togatae est* Bentl. Cuning. 83 *Adde hoc* V. B. 83 *apertum* V. A. E. Ba. A. 84 *neque si quid* V. B. E. I. M. Vr. A. B. C. E. F. G. H. I. K. Vp. C. F. Ch. A., ed. Med. 1476. Venn. 1490. 1509. Junta 1503. Bentl. Al. *nec.* 84 * *honestum est* Vp. C. Ch. B. a 1. m. 86 *apertos* Vr. I. K. a 2. m., edit. Flor. 1482. Venn. 1490 1492. Basill. 1527. 1531. 1580. Frib. 1536. Loch., placet Dacer. et Val.; sed *opertos* defendit Bentl. prae aliis. 88 *emptorem ducat* Bentl. ex ingenio. 90 *Lyncei* V. E., alii mss. apud Torr. Bentl. Combe. *Lynces* V. D. a 1. m. *Lyncis* Vr. I. a 2. m. Cr. A. *Lyncei* defendit Bentl. et recte; quidquid regerat Heusinger. Observ. Antib. cap. 2. v. Lynceus, p. 373., ut vulgatum *Lynceis* defendat. *Lynceus* nomen, ut epist. 1. 28., opponitur *Hypsaeae*, nobili moechae vitiosis oculis; ex Plautiorum familia, cui cognomen *Hypsaeus*; ut notat Manut. ad Cicer. ad Att. III. 8. Torr., et in nummis apud Theup. tom. 1. p. 76 seq. in fam. Plaut. Apuleius II. Met. p. 36. ed. Pric.: *Vides hominem ferreum, et insomnem, certe perspicaciorem ipso Lynceo, vel Argo, et oculeum totum.* Nazar. Paneg. Constant. Aug. 11.: *Non hinc tecum Lynceus ille certaret, qui, ut poetae ferunt, parietum septa, et arborum truncos fa-*

Quae mala sunt, spectes. O crus! o brachia! Verum
Depygis, nasuta, brevi latere; ac pede longo est.
Matronae, praeter faciem, nil cernere possis;
Cetera, ni Catia est, demissa veste tegentis.
Si interdicta petes, vallo circumdata; (nam te
Hoc facit insanum) multae tibi tum officient res:
Custodes, lectica, ciniflones, parasitae,
Ad talos stola demissa, et circumdata palla:
Plurima, quae invideant pure apparere tibi rem.
Altera nil obstat: Cois tibi pene videre est
Ut nudam; ne crure malo, ne sit pede turpi:
Metiri possis oculo latus. An tibi mavis
Insidias fieri, pretiumque avellier, ante
Quam mercem ostendi? Leporem venator ut alta
In nive sectetur, positum sic tangere nolit:
Cantat; et apponit: Meus est amor huic similis: nam
Transvolat in medio posita, et fugientia captat.
Hiscine versiculis speras tibi posse dolores,

cile tra'iciebat. 90-93 *tu corporis - contemplare - spectas* emendat Bentl. *Hoc illi apte: nae tu, contemplans-spectes* refingit Cun. Sed bene Gesnerus adnotat, ne quidem hos doctos viros cogitaturos fuisse de mutatione, si haec connexa legissent: *hoc illi recte faciunt*, eademque te monent, *ne corporis* etc.

96 *interdicta petis.* 97 *officiunt.*

106 *sectatur.* Locum e Graeco auctore desumptum observat Tanaq. Faber lib. 1. epist. 68.; et Dan. Heinsium, ut plagiarium Iosephi Scaligeri, taxat acerbe.

109 *Hiscine versiculis* V. A. B. D. G. K. Vr. B. E. F. K. Vp. C. F. Ch. B. An. A. Cr. A., ed. Princ Venn. 1481. 1490. 1492. Aldus 1501. Iunta 1503. Muret. Dan Heins. Baxt. Bentl. Cun. Gesn. Val. Oberl. Combe, Wakef. Al. [Bod.]

Atque aestus, curasque graves e pectore pelli? 110
Nonne cupidinibus statuit natura modum? quem,
Quid latura sibi, quid sit dolitura negatum,
Quaerere plus prodest; et inane abscidere soldo?
Num, tibi quum fauces urit sitis, aurea quaeris
Pocula; num esuriens fastidis omnia, praeter 115
Pavonem, rhombumque? Tument tibi quum inguina? num, si
Ancilla, aut verna est praesto puer, impetus in quem
Continuo fiat, malis tentigine rumpi?
Non ego; namque parabilem amo Venerem, facilemque.
Illam: post paulo: sed pluris: si exierit vir: 120
Gallis; hanc Philodemus ait sibi, quae neque magno

Hiscene. 110 *e pectore tolli* ms. apud Combe, Bentl. Cun. *Velli* Ch. B. 111 *statuat* aliqui mss. et defendit Bentl. non bene. [Sic Bodon.] 113 *abscidere* Va. C., et alii duo ms. apud Pulm. Ita legendum pro vulgato *abscindere;* quae duo verba perpetue in mss. confunduntur apud omnes scriptores. *Abscidere* hic idem valet, ac *excidere* sat. 3. 76., et *recidere* III. od. 24. 34. sat. 3. 123. de Arte poet. 417.: translate semper, ut etiam apud Murat. Thes. Inscript. p. 598 : ETIAMSI. VTRIVSQVE. SPEI. ALIQVID. ABSCISVM. EST Solidum ferro caeditur, non scinditur manibus. Vide epod. 16. 35. sat 3. 76. II. sat. 3. 303., ubi eadem varietas. (119. Bod. *venerem.*)

121 *Gallis; hanc.* Ita distinguas cum V. E. G. Vr. B. E., Bentleio, et alis. Galli sunt sacerdotes Cybeles, evirati, de quibus Iuven. VI. 366., pluribus Dominicus Georgius in peculiari opusculo, Winkelm. Monum. ant. ined. n 8 Foggini Mus. Capit. IV. tab. 16.; et probat ipsum Philodemi epigramma, vulgatum a Reiskio, cuius finis τὴν δ' ἄρα Γάλλος ἔχει, notante Combe post Warton de Genio Popii, vol. 2. p. 353. Al. *Gallis hanc;* 121 *Philodamus*

Stet pretio; neque cunctetur, quum est iussa, venire.
Candida, rectaque sit; munda hactenus, ut neque longa,
Nec magis alba velit, quam dat natura, videri.
Haec, ubi supposuit dextrum corpus mihi laevo,
Ilia, et Aegeria est; do nomen quodlibet illi.
Nec vereor, ne, dum futuo, vir rure recurrat;
Ianua frangatur, latret canis; undique magno
Pulsa domus strepitu resonet, vae! pallida lecto
Desiliat mulier; miseram se conscia clamet;
Cruribus haec metuat, doti deprensa, egomet mî.
Discincta tunica fugiendum est, ac pede nudo;
Ne nummi pereant, aut pyga, aut denique fama.
Deprendi miserum est; Fabio vel iudice, vincam.

V. E F. Ch. A. 124 *quam dat* V. B. D. a 2. m. Vr. A. B. a 2. m. Vp. A. C. D. F. An. A. Ba. A. B. Va. C., alii mss. apud Pulm., ed. Med. 1476. Venn. 1481. 1490. 1495. Al. *quam det.* 125 *dextro-laevum.* 127 *Nec metuo* V. E. Vr. B. a 1. m. E. An. A., alii mss. apud Pulm. 129 * *resonet vae! Vae* Vr. A. E., alii mss., apud Torr. optimi quinque, Val. Combe, ed. Princ. Med. 1476. Ven. 1479. Bad. Ascens. Argent. 1514. Frib. 1546. Alii mss. et editi *ve*, *vel*, *veh*, *ut*, *ne*. *Vepallida* unitim scribendum censuere quidam apud Acronem, et Porphyrionem; inde Lamb. Talb. Dacer. Cun. Baxt. Gesn. Val. Oberl. Combe, Wakef.; id est, male pallida; ut *vesana*, *vegrandis*. Bentleius [cum Parmensibus] praefert *ne pallida*. Sed *vae!* interiectio paventis, optime: *vae miserae uxori!* clament familiares; non vero interiectio ipsius uxoris timentis, aut perturbatae; ut putant Acron, atque Porph. Vid. sat. 8. 41. II. sat. 6. 115. 131 *doti illa prensa* coniicit Cun. in nota; Bentleius, post N. Heinsium, *doti haec deprensa*; uterque indocte. *Deprendere*, vel etiam *deprehendere*, ut in pluribus mss., hac in re solemne verbum est apud scri-

SATYRA III.

In amicorum vitiis connivendum, neque peccata omnia in scelerum numero ponenda.

Omnibus hoc vitium est cantoribus; inter amicos
Ut numquam inducant animum cantare rogati;
Iniussi numquam desistant. Sardus habebat
Ille Tigellius hoc. Caesar, qui cogere posset,
Si peteret per amicitiam patris, atque suam, non
Quidquam proficeret: si collibuisset, ab ovo
Usque ad mala citaret: Io Bacche! modo summa

ptores, et iuridicum, passim in Pandectis, l. 2. §. 2. et 6. l. 14. pr. et §. 1. l. 23. l. 24. ad leg. Iul. de adult. coerc.; et in ipsa lege ab Augusto lata, teste Ulp. in l. 23. pr.; non autem *prendere:* et significat *in ipsa turpitudine deprehendere*, ut ait Macer in l. 24. Ulp. in l. 25. pr.; vel ut Pompon. in l. 23. pr., *in ipsis rebus Veneris: et hoc est, quod Solo, et Draco dicunt* ἐν ἔργῳ. Apuleius Apol. pag. 85. edit. Pric.: *Qui inaniores venere, signo dato pro adulteris deprehenduntur.* Et vulgo apud omnes scriptores. Nimirum supervenire, et retinere. Uxor tantum deprehensa asseritur ab Horatio; non ancilla, serva, quae tantum *conscia* hic, ut II. sat. 7. 60.; non ipse poeta, cui fugiendum. Male ergo asserit Bentl., necessarium pronomen *haec*, quia *deprensa* per se dominam significare nequit; cum et conscia, et adulter ipse *deprensi* fuerint. Unice deprensa uxor nullo addito indigebat; nec video, quid *haec* repetitum distingueret planius.

7 *iteraret* Bentleius, nullo idoneo argumento; quin etiam ipse asserit, dici non posse *citare* satis Latine pro *clamare*. Sed hìc, ut et alibi, *citare* est frequentativum a *cieo*, saepe *ciere*, seu *repetere* eadem verba; ut in hymnis praesertim eaedem voces, seu invocationes, aut strophae recitantur: et est technicum; ut apud Ciceronem de

Voce; modo hac, resonat quae chordis quattuor ima.
Nil aequale homini fuit illi; saepe, velut qui
Currebat fugiens hostem; persaepe, velut qui
Iunonis sacra ferret: habebat saepe ducentos,
Saepe decem servos: modo reges, atque tetrarchas;
Omnia magna loquens: modo, sit mihi mensa tripes, et
Concha salis puri; et toga, quae defendere frigus,
Quamvis crassa, queat. Decies centena dedisses
Huic parco paucis contento, quinque diebus
Nil erat in loculis. Noctes vigilabat ad ipsum
Mane; diem totum stertebat: nil fuit umquam
Sic impar sibi. Nunc aliquis dicat mihi: quid tu?
Nullane habes vitia? Immo alia, et fortasse minora.

Orat. I. 59., in hymnis ad Apollinem: *Hoc nos si facere velimus, ante condemnentur ii, quorum caussas receperimus; quam toties, quoties praescribitur, Poeanem, aut Nomionem, citarimus.* Bentleium sequitur Sanadonus. 7 *Io Bacchae* coniicit Barth. Advers. XIII. 1., refutat Marcilius. 8 *chordis quae quatuor* Cuning. Cacophonia! 10-11 *currebat-ferret.* Cic. I. de Offic. 36: *Cavendum est ne aut tarditatibus utamur in gressu molliioribus, ut pomparum ferculis similes esse videamur; aut in festinationibus suscipiamus nimias celeritates.* Sallust. Cat. 15.: *Citus modo, modo tardus incessus.* 11 *alebat* Bentleius ex coniectura, et ex eo Wakef. 13 *mensa tripes.* Quae hìc disputant Interpretes de mensa tripede, ut pauperiorum propria, diversa ab aliis mensis divìtum, nihil ad rem. Hac mensa contentus dicitur Tigellius, id est, ut caenet solus; unius enim erat illa, ut passim videtur in antiquis monumentis, praesertim sculptis, et pictis Herculanensibus. 14 *Concha.* Salinum ad formam conchae marinae, vel ipsa etiam concha, quae pariter in instrumentis pictorum erat coloribus continendis, teste Marciano in l. 17. princ. ff. de Instr. vel instrum. leg. Vid. sat. 6. 117. 20 *aut fortasse* Vr. C. a 1. m. *haud fortasse* Ch. B. a 2. m.

Maenius absentem Novium quum carperet: heus tu,
Quidam ait, ignoras te? an, ut ignotum, dare nobis
Verba putas? Egomet mi ignosco, Maenius inquit.
Stultus, et improbus hic amor est, dignusque notari.
Quum tua pervideas oculis mala lippus inunctis;
Cur in amicorum vitiis tam cernis acutum,
Quam aut aquila, aut serpens Epidaurius? At tibi contra
Evenit, inquirant vitia ut tua rursus et illi.
Iracundior est paullo: minus aptus acutis
Naribus horum hominum; rideri possit eo, quod
Rusticius tonso toga defluit, et male laxus
In pede calceus haeret. At est bonus, ut melior vir
Non alius quisquam: at tibi amicus: at ingenium ingens
Inculto latet hoc sub corpore. Denique te ipsum
Concute, num qua tibi vitiorum inseverit olim

Ceteri mss. nostri *et fortasse;* sic aliorum ad unum omnes, testibus Cruquio, et Bentleio; et priscae editiones ante Aldum, et Iuntam, qui *haud fortasse* praetulerunt. Nostram defendunt prae aliis Bentl., et exscriptor eius Sanadonus. Consonat poeta in sat. 4. 130. 139. *At fortasse* legit Baxterus [adstipulantibus Parmensibus.], quem refutat Gesnerus. 21 *Maevius, Naevius.* 22 *ignotus.* 25 *provideas* Vr. K. Vp. A., alius ms. apud Combe; et ita Acron ms. apud Bentl. Hic ex coniectura, post Ian. Rutgers. Venus. lect. c. 14. et Talbot, legit *praevideas* [sic etiam Bodon], quasi *praetervideas;* inepte: et *male* pro *mala*, cum Mureto, ex aliquibus mss. *Male* item Sanadonus; sed audacior aliis, pro *pervideas*, ex coniectura sua, ut etiam Mervil., legit *praetereas. Pervideas* defendunt Petr. Victorius Var. lect. lib. 20. c. 15. Nannius Miscell. lib. 3. c. 30. *Pervideas mala* etiam legebat Hildebertus, seculo XI. exeunte, Mor. Phil. oper. col. 996 34 *sub pectore.*

34 35 * *te ipsum percipe* V. C. a 1. m. 35 * *insueverit* Vr. G. Vp. D. An. A. a 2. m. *inseruit* Vr. A. *insederit*

Natura, aut etiam consuetudo mala; namque
Neglectis urenda filix innascitur agris.
Illuc praevertamur; amatorem quod amicae
Turpia decipiant caecum vitia, aut etiam ipsa haec
Delectant; veluti Balbinum polypus Hagnae.
Vellem in amicitia sic erraremus; et isti
Errori nomen virtus posuisset honestum.
At, pater ut gnati; sic nos debemus amici,
Si quod sit, vitium non fastidire. Strabonem
Appellat Paetum pater: et Pullum, male parvus
Si cui filius est; ut abortivus fuit olim
Sisyphus: hunc Varum, distortis cruribus: illum
Balbutit Scaurum, pravis fultum male talis.

Bos. 40 *Hagnae* V. D. K., alii duo mss. apud Torrent., edit. Ven. 1483., et ita Despauter.; quos sequuntur Bentl. Cun. Baxt. Gesn. Combe, Wakef. *Hagnes* praeferunt Sanad. Phil. Val. ex Graeco Ἁγνῆς: nomen servarum, et libertarum. In marmoribus scriptis promiscue usurpatur. VETTIAE HAGNAE apud Grut. p. 957. 8.: VIDIAE HAGNAE Reines. XIV. 152.: HAGNAE CONSERVAE Malvas. Marm. Felsin. p. 378 (male apud Murat. p. 1344. 11. HAGNE); Latina declinatione, ut HAGNVS apud eumdem Murat. p. 904. 1.: HAGNI Passion. p. 86. 20. Graeca apud eumdem Grut. p. 955. 5. VLPIAE HAGNE: p. 574. 13. TVRRANIAE HAGNE. Ita in aliis Graecis nominibus; sed hìc declinatio Latina est adoptanda cum mss. Vid. epod. 17. 12. 17. 42 * *Errori virtus nomen* V. E. Vr. F. 47 *Varum.* Dicitur *Varus*, qui crura habet divergentia in modum litterae V., ut pluribus exposui in Observationibus ad Virg. p. 112. *Distortis* proprie *cruribus*, in diversas partes. Vid. II. sat. 3. 56.

48 *parvis fultum* V. O. Vp. D. Ba. A. a 1. m., alii mss. apud Val., edit. Princ. Ven. 1479. Combe. *Talis fultum male pravis* Cun. et San. ex ingenio. *Tali pravi*, non

Parcius hic vivit? frugi dicatur. Ineptus,
Et iactantior hic paullo est? concinnus amicis
Postulat ut videatur. At est truculentior, atque
Plus aequo liber? simplex, fortisque habeatur.
Caldior est? acres inter numeretur. Opinor,
Haec res et iungit, iunctos et servat amicos.
At nos virtutes ipsas invertimus; atque
Sincerum cupimus vas incrustare. Probus quis
Nobiscum vivit; multum demissus homo. Illi
Tardo, cognomen Pingui damus. Hic fugit omnes
Insidias, nullique malo latus obdit apertum?
(Quum genus hoc inter vitae versetur, ubi acris
Invidia, atque vigent ubi crimina) pro bene sano,
Ac non incauto, fictum, astutumque vocamus.
Simplicior quis, et est, qualem me saepe libenter
Obtulerim tibi, Maecenas; ut forte legentem,
Aut tacitum impellat quovis sermone? Molestus!

parvi: hoc est apud Petron. c. 102.: *Numquid et crura in orbem pandere? Numquid et talos ad terram deducere?*

54 *iungat-servet* Tanaq. Faber, et Cuning.

57 *multum est demissus* Dacer. Combe, Wakef. *Homo ille* Bentl. Cuning. 58 *Tardo ac cognomen* Bentl. *Pinguis* An. A. a 2. m., alius ms. apud Pulm., ed. Ven. 1479. 60 *versemur* ex ms. Cruquii Bentleius, et Cun. [Bodon.]

63 *Simplicior si quis, qualem.* [Sic et Bodon.] Lambinus legit ex suis mss. *quis at est? qualem.* 65 *impellam* Mur. *adpellet* Lamb. Cun. *impediat* Bentl. argumentationibus; et perperam locum Senecae sollicitat, ut ad suam sententiam illum trahat, de Constant. sapient. c. 9.: *Nam si illum tangit iniuria; et movet, et impedit;* legens *impellit* pro *impedit*. Indocte: *impedire* enim ibi est re-

Communi sensu plane caret, inquimus. Heu, heu,
Quam temere in nosmet legem sancimus iniquam!
Nam vitiis nemo sine nascitur: optimus ille est,
Qui minimis urgetur. Amicus dulcis, ut aequum est,
Quum mea compenset vitiis bona; pluribus hisce
(Si modo plura mihi bona sunt) inclinet, amari
Si volet: hac lege, in trutina ponetur eadem.
Qui, ne tuberibus propriis offendat amicum,
Postulat; ignoscet verrucis illius. Aequum est,
Peccatis veniam poscentem reddere rursus.
Denique, quatenus excidi penitus vitium irae;
Cetera item nequeunt stultis haerentia: cur non
Ponderibus, modulisque suis ratio utitur? ac res,
Ut quaeque est, ita suppliciis delicta coercet?
Si quis eum servum, patinam qui tollere iussus,
Semesos pisces, trepidumque ligurrierit ius,

frenare, compescere. Petron. c. 107.: *Saevi quoque, implacabilesque domini crudelitatem suam impediunt, si quando poenitentia fugitivos reduxit.* Eleganter *impellat*, ut apud Pers. II. 21.: *Hoc igitur, quo tu Iovis aurem impellere tentas.* 65 *sermone modestus* aliqui mss. 70 *his te* Bad. Ascens.

74 *ignoscet verrucis* Vr. B. D. G. H. Vp. A., alii mss. apud Pulm. Bersm. Bentl. Val. Combe, ed. Med. 1477. Flor. 1482. Ven. 1490. Loch.: post, fere ab omnibus eliminatam, revocavit in textum Bentleius, inde Baxt. Cun. Gesn. Val. Oberl. Wakef. Al. *ignoscat verrucis.* Socrates apud Sen. de Vita beata, in fine: *Papulas observatis alienas, ipsi obsiti plurimis ulceribus. Hoc tale est, quale si quis pulcherrimorum corporum naevos, aut verrucas derideat, quem foeda scabies depascitur.* 76 *excindi*, seu *exscindi* mss. apud Lamb. Vid. epod. 16. 35. sat. 2. 113. II. sat. 3. 303. 81 *trepidumque* Vr. I. An. B., edit. Ven.

In cruce suffigat; Labeone insanior inter
Sanos dicatur. Quanto hoc furiosius, atque
Maius peccatum est! Paullum deliquit amicus;
(Quod nisi concedas, habeare insuavis), acerbus
Odisti, et fugis, ut Rusonem debitor aeris:

1481. Ius agitatum motu, tremulum. Ovid XII. Met 278.: *Ferrum igne rubens faber lacubus demittit; at illud Stridet, et in trepida submersum sibilat unda;* ubi eadem varietas in mss. *tepida*, notante Nic. Heinsio. Virg I. G. 296.: *Et foliis undam trepidi despumat aheni:* ubi Servius notat, *trepidum* dici, *quia quod bullit, quasi tremere videtur.* Sen. Herc. Oet. 708. seq.: *Cor attonitum salit, Pavidumque trepidis palpitat venis iecur.* Vid. I. epist. 10. 21. Ideo servus ligurrit, seu lingit. Vulgo *tepidum;* quod nihili interesse videtur qua tale ius, sive sit *frigidum.* Vid. II. sat. 4. 79. 81 *ligurrierit* V. A. C. D. E. G. M. Vr. C. D. F. G. H. Vp. F. Va. C. An. A. a 1. m. Ba. A.; et ita habere omnes mss. suos asserit Cruquius; et de aliis veteribus libris Manutius. Al. [in his Parmenses.] *ligurierit;* quam orthographiam probat Heumannus ad Cellar., post Becmann. Orig. Ling. Lat. p. 621. 82 * *Labione* V. C. *Labieno* coniicit Bentl. Licet *Labienus* dici *insanus* potuerit; numquam, post Acronem, Antistius Labeo, Ictus celeberrimus, ut bene probant Bentleius, Baylius in Dictionario, art. Cassius, et Trotz de Mem. propag. c. 1. p. 33. seqq.; tamen in tanta mss. constantia nihil mutandum censeo; sed potius Labeonis nomine alium intelligendum ab Icto.

86 *Rusonem* V. C. a 2. m. (a 1. *rosonem*) D. E. G Vr. A. a. 2. m. B. C. a 1. m. D. F. H. Vp. A. F. Ch. A. B Ba. A. a 1. m., alii mss. apud Pulm. Cruq. Torr. Bentl. Val.: probant Cruq. Bentl. Baxt. Cun. San. Gesn. Phil. Val. Oberl. Combe, Wakef. *Rusones* frequentes, praesertim in marmoribus scriptis. *Drusonem* obtinuit in editis post Aldum 1501. ex aliquibus mss. Aliter in mss. et editis *Risonem*,

Qui nisi, quum tristes misero venere Calendae,
Mercedem, aut nummos unde unde extricat; amaras
Porrecto iugulo historias, captivus ut, audit.
Comminxit lectum potus; mensave catillum,
Evandri manibus tritum, deiecit; ob hanc rem,
Aut positum ante mea quia pullum in parte catini
Sustulit esuriens, minus hoc iucundus amicus
Sit mihi? Quid faciam, si furtum fecerit? aut si
Prodiderit commissa fide? sponsumve negarit?
Quis paria esse fere placuit peccata, laborant,
Quum ventum ad verum est: sensus, moresque repugnant;
Atque ipsa utilitas, iusti prope mater, et aequi.
Quum prorepserunt primis animalia terris,
Mutum, et turpe pecus, glandem, atque cubilia propter,
Unguibus, et pugnis; dein fustibus, atque ita porro
Pugnabant armis, quae post fabricaverat usus:
Donec verba, quibus voces, sensusque notarent,

Rissonem, *Rufonem*, *Ruffonem*, *Trusonem*. 87 *Calendae*. Vid. epod. 2. 70. 91 *manibus tortum*, hoc est tornatum, caelatum, fabricatum, coniicit Bentl. argutiis; arripuit tamen Cuning. *Tritum* manibus Evandri; simpliciter, et proverbialiter, pro antiquissimo, a tempore regis Evandri, usu fere consumpto, obsoleto; ad contemptum: non quia pretiosum ab antiquitate, vel excellentia operis, aut artificis nomine Evandri. *Vetus cratera* II. sat 4. 80. Catillus longo usu detritus cum aliis minimis rebus merito comparatur a poeta. 94 *furtum si* Cuningamius. 95 **sponsumque* Vr. I. An. A. 99 *animalia glebis* edit. Ven. 1509. 100 *ac turpe* Cuningamius.

101 *hinc pugnis* Cun. *Et* optime coniungit ungues, et pugnos adeo sibi immediatos: *hinc* dissociat.

Nominaque invenere: dehinc absistere bello,
Oppida coeperunt munire, et ponere leges;
Ne quis fur esset, neu latro, neu quis adulter.
Nam fuit ante Helenam cunnus teterrima belli
Caussa; sed ignotis perierunt mor ibus illi,
Quos Venerem incertam rapientes, more ferarum,
Viribus editior caedebat, ut in grege taurus.
Iura inventa metu iniusti, fateare necesse est;
Tempora si, fastosque velis evolvere mundi.
Nec natura potest iusto secernere iniquum,
Dividit ut bona diversis, fugienda petendis.
Nec vincet ratio hoc, tandumdem ut peccet, idemque,
Qui teneros caules alieni fregerit horti;
Et qui nocturnus sacra Divûm legerit. Adsit
Regula, peccatis quae poenas irroget aequas;
Ne scutica dignum, horribili sectere flagello.

101 * *obsistere bello* Vr. I. 103 *Ne qui* Cun. [Bodon. *ne quis adulter.*] 107 *deterrima* Cr. A., alii mss. apud Pulm. Aldus 1501. Vid. sat. 5, 7. 109 * *incestam* An. A. a 1. m. [Bodon.: *venerem.*] 116 *infregerit* Bentl. ex ingenio. 117 *Ut qui* Ch. A. a 1. m.

117 *sacra Divûm* V. B. C. D. E. G. I. O. Vr. C. D. E. F. G. H. I. K. N. Vp. A. Ch. A. B. An. A. Va. A. Ba. A. B., alii mss. apud Bersm. Combe, ed. Princ. Med 1477. Venn. 1479. 1481. 1483. 1490. 1492. 1495. 1509. Flor. 1482., Aldus 1501. Iunta 1503. Loch. Argent. 1514. Basil. 1580.; revocavit in textum Bentleius, inde San. Phil. Val. *Divûm sacra* edd. Basill. 1527. 1531. Frib. 1536. Dion. ab Harsio Lugd. 1538. Gryph. 1566 Lamb. Cruq. Mur. ed. Ven. 1573. Chab. Desprez, Dan. Heins. Torr. Talb. Dacer. Bond, Batt. Oberl. *sacra Dîs sublegerit* ms. unus apud Val., et ita Cun. *Legerit, collegerit, ac per hoc subduxerit*, bene Scholiastes vetus apud Baxt. Consonat enim etymon *sacrilegus.*

Nam, ut ferula caedas meritum maiora subire
Verbera, non vereor: quum dicas esse pares res
Furta latrociniis; et magnis parva mineris
Falce recisurum simili te, si tibi regnum
Permittant homines. Si dives, qui sapiens est,
Et sutor bonus, et solus formosus, et est rex;
Cur optas, quod habes? Non nosti, quid pater, inquit,
Chrysippus dicat: sapiens crepidas sibi numquam,
Nec soleas fecit; sutor tamen est sapiens. Quî?
Ut, quamvis tacet, Hermogenes; cantor tamen, atque
Optimus est modulator: ut Alfenus vafer, omni
Abiecto instrumento artis, clausaque taberna,

120 * *Nam ferula caedas* Vp. D. Vr. I.; sed a 2. m. *Nam ferula ut.*

125 * *formosus solus* Vr. I. 126 *Num nosti* edit. Ven. 1509. 127-128 *crepidas neque fecit, Nec soleas umquam* Cuning. ex ingenio refingens. 128 *Quî* mss., apud Val.; item ex ms. Bentleius, et probat; hinc Cun. San. Wakef. Al. *Quo?* 130 *Alfenus.* Ita scribendum ex omnibus fere mss. nostris, et aliorum, et editionibus, ex Pandectis Florentinis, ex marmoribus apud Grut. p. 856. 2., apud quem etiam *Alfenius*, *Alfena*, *Alfenia*, *Alfenatia*; apud Murat. saepe, Guascum Inscr. Mus. Capit. n. 40. Marin. Arv. p. 610. col. 2. 699. col. 1. Al. *Alphenus*, qui rarius occurrit, apud Grut. p. 901. 6. Marin. p. 671. Variant scriptores in Fastis Consul. ad annum V. C. 755., ubi alii legunt *Alfinius*, alii *Alfenus*, vel *Alphenus*; sed ex marmoribus Gabinis recens detectis, apud eumdem Marin. p. 24. col. 2., *L. Alfenius*, consul suffectus. Hunc ipsum *Alfinium* esse, de quo Horatius, contendebat Cruquius. Certe Alfenum alium nostrum ab Alfeno Varo Icto, de quo in Pandectis, intelligendum, contra Acronem, evincunt Baylius in Dictionario, Trotz de Mem. prop. c. 1. p. 40., De Felice in Codice humanitatis, Gallice, art. Alfenus.

Tonsor erat sapiens operis: sic optimus omnis
Est opifex solus, sic rex. Vellunt tibi barbam
Lascivi pueri: quos tu nisi fuste coerces,
Urgeris turba circum te stante, miserque
Rumperis, et latras, magnorum maxime regum.
Ne longum faciam; dum tu quadrante lavatum
Rex ibis; neque te quisquam stipator, ineptum
Praeter Crispinum, sectabitur: et mihi dulces
Ignoscent, si quid peccaro stultus, amici:
Inque vicem illorum patiar delicta libenter;
Privatusque magis vivam te rege beatus.

SATYRA IV.

Satyricorum poetarum, ac suam praesertim in scribendo licentiam excusat.

Eupolis, atque Cratinus, Aristophanesque, poetae,
Atque alii, quorum comoedia prisca virorum est,

132 *Tonsor erat* Bentl. ex ms. et Acrone ms., Cun. San. Oberl. Wakef. Al. *Sutor erat.* 132 *sic protinus omnis* Cun. ex ms, amore novitatis. 133 *opifex; sic rex solus.*

133 *vellent* V. A., alii mss. apud Lamb. 134 *ni fuste* V. G. Vr. B. C. G. Vp. F. Ch. A., ms. apud Val.; ita Bentl. Cun.

137 * *Nec longum* V. I. O. Vp. D. An. B. 139 *at mihi* V. M. An. A. Va. C. 140. *peccaro* V. A. E. Vr. B. D. F. a 1. m. H. Vp. D. Ch. B. a 1. m., alii mss. apud Lamb. Pulm. Talb. Val. Combe; revocavit Bentleius, sequuntur Cun. San. Phil. Gesn. Oberl. Combe, Wakef Al. *peccabo* [ut Bodon.], *peccavero.*

1 *poetae.* Quinctil. Inst. Or. X. 1.: *Aristophanes, et Eupolis, Cratinusque praecipui.* Mar. Victorin. apud

Si quis erat dignus describi, quod malus, aut fur,
Quod moechus foret, aut sicarius, aut alioqui
Famosus, multa cum libertate notabant.
Hinc omnis pendet Lucilius, hosce sequutus,
Mutatis tantum pedibus, numerisque; facetus,
Emunctae naris, durus componere versus.
Nam fuit hoc vitiosus: in hora saepe ducentos,
Ut magnum, versus dictabat stans pede in uno.
Quum flueret lutulentus, erat quod tollere velles:
Garrulus, atque piger scribendi ferre laborem;
Scribendi recte: nam ut multum, nil moror. Ecce;
Crispinus minimo me provocat. Accipe, si vis;
Accipiam tabulas. Detur nobis locus, hora,

Putsch. c. 2513.: *Nostri in modulandis metris, seu rhythmis, veteris comoediae scriptores sequi maluerunt, id est Eupolin, Cratinum, Aristophanem.* Et totidem verbis Ruffinus ibid. c. 2707. 2713. 3 *aut fur* V. M. a 2. m. Vp. F. Ch. A. a 2. m. Va. A., alius ms. apud Bentl., edit. Princ. Venn. 1479. 1481. 1483. 1490. 1495. 1509. 1552. Flor. 1482. Aldus 1501. 1519. Iunta 1503. Argent. 1514. Basill. 1527. 1531. 1580. Frib. 1536. Dion. ab Harsio Lugd. 1538. Gryph. 1566. Lamb. Cruq. Torr. Dan. Heins. Baxt. Oberl. Combe, et alii fere omnes usque ad Bentl., qui praetulit *ac fur* aliorum mss., quibus concinnunt alii nostri; inde Cun. San. Phil. Val. Wakef. [Bodon] Sed rectius *malum a fure* distinguendum puto, ut genericum; neque enim *fur malus* a *bono* distingui potest, ut *dolus malus*, et *bonus*; aut *venenum malum*, ac *bonum*. Plaut. Pseud. IV. 6. 21.: *Malus, et scelestus, et periurus.* IV. 7. 1.: *Malus, et nequam homo.* Sic etiam interpunximus supra sat. 1. 77. * *et fur* Vp. D. 13 * *non moror* Vr. I. *nil moror* An. A. a 1. m. 14 *mimo me* Nic. Heins. *nummo me* Bentl., ambo argutiis: refutantur a Baxtero, et Gesnero. 15 *accipiam* V. A. C. E. G. K. a 2. m. N. Vr. A. a 2. m.

Custodes; videamus, uter plus scribere possit.
Di bene fecerunt, inopis me, quodque pusilli
Finxerunt animi, raro, et perpauca loquentis.
At tu conclusas hircinis follibus auras,
Usque laborantes dum ferrum molliat ignis,
Ut mavis, imitare. Beatus Fannius, ultro
Delatis capsis, et imagine: quum mea nemo
Scripta legat, vulgo recitare timentis; ob hanc rem,
Quod sunt, quos genus hoc minime iuvat; utpote plures
Culpari dignos. Quemvis media erue turba;

B. a 1. m. C. F. G. H. a 1. m. I. Vp. A. D. Ch. A. Ba. A. An. B. a 1. m., alii mss. apud Pulm. Cruq. Torr. Talb. Bentl., ed. Med. 1476. Ven. 1481. Aldus 1501. Iunta 1503. Lamb. Cruq. Dan. Heins. Chab. Baxt. Gesn. Val. Oberl. Combe, aliique non pauci; defendit Turn. Advers. XV. 9; confirmat Porphyrio ms. Vo. et Ch., et in edit. Ven. 1490., in quibus legitur: *Accipe si vis. Accipiamus ait: mimetico charactere provocantem ad scribendum Crispinum ostendit*: non ut in edit. Basill. 1580. et apud G. Fabricium: *accipe iam ait.* Ex aliis mss. *Accipe iam* praeferunt Landin. Aldus 1509. Bad. Ascens. Mur. Torr. Dacer. Bentl. San. Cun. Wakef. [Bodon.] 15 *dentur* V. A. E. Vr. A. a 1. m. B. G. An. B. G. An. B., alii mss. apud Lamb. G. Fabric. Torr. Talb.; contra Horatii stylum, de quo ad IV. od. 11. 9.

18 *loquentem* Lamb. Bentl. ex ingenio. 21 *emolliat* Bentl. ex coniectura; et *ferrum dum*, duriuscule, nulla necessitate, et nullo fundamento; sequitur tamen Cuning.

25 *erue* V. A. C. Vr. B. a 1. m. C. E. F. G., alii mss. apud Cruq. Oberl., edd. Venn. 1483. 1573. Aldus 1501. et 1519. Iunta 1503. Basill. 1527. 1531. 1580. Argent. 1514. Frib. 1536. Dion. ab Harsio Lugd. 1538. Lamb. G. Fabric. Mur. Gryph. 1566. Cruq. Chab. Torr. Dan. Heins. Dacer. Cun., alii; et est vulgata. Al. *elige*, ex glossemate, dicam cum G. Fabric., et Henr. Steph. Diatr. p. 59. Errat vero Tal-

Aut ab avaritia, aut misera ambitione laborat.
Hic nuptarum insanit amoribus, hic puerorum.
Hunc capit argenti splendor; stupet Albius aere:
Hic mutat merces surgente a Sole ad eum, quo
Vespertina tepet regio: quin per mala praeceps
Fertur, uti pulvis collectus turbine; ne quid
Summa deperdat metuens, aut ampliet ut rem.

bot, qui ita habere libros ante Lambinum impressos, asserit. *Eripe* mss. apud Pulm. Cruq. *Arripe* coniicit Bentl. in nota; quod ut indubium statim arripuit Sanad. Sed eleganter *erue*, hoc est *extrahe*; ut passim apud omnes scriptores. Lucret. V. 279.: *Sic unumquidvis paullatim protrahit aetas In medium, ratioque in luminis eruit oras.* Ovid. ad Pison. 48.: *Maecenas alta Tonantis Eruit, et populis ostendit nomina Graiis.* Quinctil. Inst. Or. IV. 2.: *Hoc quoque tamquam occultum, et a se prudenter erutum, tradunt.* Vid. II. epist. 1. 13. 26. *Aut ab avaritia.* Ita ex coniectura Ianus Dousa Comment. c. 8. Dan. Heins. Tan. Faber, Dacer.; edidit Chabot; membranas laudat Marcilius, et ex duobus mss. dedit Bentl., quem sequuntur Cun. San. Batt. Phil. Wakef. Optime. Livius XXXIV. c. 1. n. 4.: *Diversis duobus vitiis, avaritia, et luxuria, civitatem laborare.* Vid. I. od. 27. 19.* *Ab avaritiam* V. D. Vulgata *ob avaritiam.* 26 *miser ambitione* V. C. Vr. A. a 2. m. E. a 1. m. Ch. A., alii mss. apud Torr. Talb. Bentl. Val.; adoptavit Sanad., misere defendens. *Misera* est commune ambitionis epitheton. Cic. I. de Offic. 26.: *Miserrima est omnino ambitio, honorumque contentio.* Apul. Apol. p. 85.: *Nec quidquam ei relictum est ex largiore fortuna, praeter ambitionem miseram, et profundam gulam.* Vid. infra sat. 6. 51. 129. II. sat. 3. 78. II. epist. 2. 207.

28 *aere.* Vid. II. sat. 3. 21. 30 *patet regio* V. C. Vr. A. C. a 1. m. E. Vp. D. Ch. A. a 1. m. B. a 2. m, alii mss. apud Val. *Teget* San., nescio quare.

Omnes hi metuunt versus, odere poetas.
Foenum habet in cornu, longe fuge: dummodo risum
Excutiat sibi, non hic cuiquam parcet amico:
Et quodcumque semel chartis illeverit, omnes
Gestiet a furno redeuntes scire, lacuque
Et pueros, et anus. Agedum, pauca accipe contra.
Primum ego me illorum, dederim quibus esse poetas,
Excerpam numero. Neque enim concludere versum
Dixeris esse satis: neque, si quis scribat, uti nos,
Sermoni propiora, putes hunc esse poetam.
Ingenium cui sit, cui mens divinior, atque os
Magna sonaturum, des nominis huius honorem.
Idcirco quidam, comoedia, necne poema
Esset, quaesivere: quod acer spiritus, ac vis,
Nec verbis, nec rebus inest; nisi quod pede certo
Differt sermoni sermo merus. At pater ardens
Saevit, quod meretrice nepos insanus amica
Filius; uxorem grandi cum dote recusat;
Ebrius et, magnum quod dedecus, ambulat ante
Noctem cum facibus. Numquid Pomponius istis
Audiret leviora, pater si viveret? Ergo
Non satis est puris versum perscribere verbis;
Quem si dissolvas, quivis stomachetur eodem
Quo personatus pacto pater. His, ego quae nunc;

33 *poetam* Bentl. Sanadon. ex ingenio; refutat Baxterus. 36 * *quoscumque* V. D. a 2. m. Vr. G. An. A. a 1. m.

39 *poetis* Despauter. Bersm. Nic. Heins, et Bentl. Cun. Sanad. ex ingenio vel invitis mss. 41 *si qui* V. E. Ch. A., et ex aliis mss. Bentl Cuning. [Bodon.] 49 *insanit.* [Bod.] 50-51 *recusat-ambulat* V. D. Ba. A. Va. C. Cun San. Al. *recuset ambulet.* 52 * *Pompinius* V. N. Vr. E. F. 54 *

Olim quae scripsit Lucilius; eripias si
Tempora certa, modosque; et quod prius ordine verbum est,
Posterius facias, praeponens ultima primis:
Non, ut si solvas: Postquam Discordia tetra
Belli ferratos postes, portasque refregit:
Invenias etiam disiecti membra poetae.
Hactenus haec: alias iustum sit, necne, poema;
Nunc illud tantum quaeram: meritone tibi sit
Suspectum, genus hoc scribendi. Sulcius acer
Ambulat, et Caprius, rauci male, cumque libellis:
Magnus uterque timor latronibus: at bene si quis,
Et vivat puris manibus, contemnat utrumque.
Ut sis tu similis Coelî, Byrrhique latronum;
Non ego sim Caprii, neque Sulcî: cur metuas me?
Nulla taberna meos habeat, neque pila libellos,
Quîs manus insudet vulgi, Hermogenisque Tigellî.
Nec recito cuiquam, nisi amicis, idque coactus;

praescribere Vr. I. Vp. C. 62 *invenies*. 65 *Sulgius, Fulgius, Fulcius, Vulgius*. 68 *et puris vivat manibus* Cun. * *et vivat manibus propriis* V. I. Vid. ep. 17. 49. 69 *Caelî*

69 *Byrrhique*. Ita legendum probat Christ. Guil. Franc. Walchius Historia Afran. Burrhi in Act. Societ. Ienens. vol. 1. p. 161. contra Bentl., qui *Birrii*, seu *Birrî* legit. *Byrrhius* apud Acronem in editis; in editis, et scriptis apud Porphyr. *Byrrhus*. Alius *Byrrhus* apud Grut. 55. 3.; idem, qui Burrus pag. 108. 4. Marin. Arvali p. 166. 178. b. 179. b.

70 *Caprii* V. A. Va. A., alii mss. apud Bentl., qui revocavit in textum; sequitur San. Val. *Caprius* hîc, et obvie apud Gruter. et alios. Al. *Capri*, vel *Caprî*. 71 *habet ut neque* Val. audacter. 73 *Nec recitem* placet Lambino ex mss. *Non recitem quicquam* Bentl. *Neu recitem quidquam* Cun. San. ex ingenio. *Nec recitem quidquam*

Non ubivis, coramve quibuslibet. In medio qui
Scripta Foro recitent, sunt multi; quique lavantes:
Suave locus voci resonat conclusus. Inanes
Hoc iuvat; haud illud quaerentes, num sine sensu,
Tempore num faciant alieno. Laedere gaudes,
Inquis, et hoc studio pravus facis. Unde petitum
Hoc in me iacis? est auctor quis denique eorum,
Vixi cum quibus? Absentem qui rodit amicum;
Qui non defendit alio culpante; solutos
Qui captat risus hominum, famamque dicacis;
Fingere qui non visa potest; commissa tacere
Qui nequit: hic niger est; hunc tu, Romane, caveto.
Saepe tribus lectis videas cenare quaternos;
E quibus imus avet, quavis adspergere cunctos,

Oberl. Wakef. 74 *Non ubi ubi* Cun. 75 *recitant* V. D. l., alius ms. apud Combe. 79. *Inquit* Bentl. Cun. San. Phil. Wakef. [Bod.] 84 * *non iussa* V. D., non male. In mss. *iussus*, et *visus* facile permutari, multis exemplis notavit Drakenb. ad Sil. Ital. XIII. 372.

87 * *Ex quibus* V. B. Vr. I. * *imus avet* V. K. a 1. m. Vr. D. E. a 2. m. Ch. A. *Imus* optime, ut sit omnium infimus, et abiectus. Petron. c. 38.: *Vides illum, qui in imo imus recumbit? Hodie sub octingenta de nihilo crevit: solebat collo modo suo ligna portare.* Ut *imi derisor lecti* l. epist. 18. 10. Vid. de Arte poet. 32. Al. *unus avet. Unus amet* ex ms. apud Cruquium Bentleius, additis argutiis; ab eo Cun. San. Phil. Wakef [Bod.]; et ex duobus aliis mss. Val. Illud *avet* languidum plane, et debile videtur Bentleio. Sed vir doctus notare poterat, apud omnes scriptores, sed frequenter apud Ciceronem, *avere* fortius significare, quam *amare*; nimirum cupiditatem alicuius rei; unde *avidus*, *aviditas*. Festus v. Avere: *Avere nihil aliud est quam cupere. Argumento est avidum, et aviditatem* (?); *ex quibus praecipua cupiditas intelligitur,*

Praeter eum, qui praebet aquam: post hunc quoque potus,
Condita quum verax aperit praecordia Liber.
Hic tibi comis, et urbanus, liberque videtur
Infesto nigris: ego si risi, quod ineptus
Pastillos Rufillus olet, Gorgonius hircum;
Lividus, et mordax videor tibi? Mentio si qua

cum significet et gaudere. Cicero I. ad Att. 12: *Valde aveo scire quid agas.* II. 18.: *Intellexi, quam suspenso animo scire averes, quid esset novi.* IV. 3: *Avere te certo scio, quid hic agatur.* I. de Offic. 21.: *Itaque quum sumus negotiis, curisque vacui, tum avemus aliquid audire, et discere.* Sil. Ital. IX. 371.: *Aspera semper avens*, ubi alii *amans:* et XII. 451. *avet expugnare;* alii *amet;* ut notant Nic. Heinsius, et Drakenb. Gesnerus optaret, in bono libro legi, *unus-quivis*, idest, *unusquisque:* ineleganter, etiam contra sensum. 88 *qui praebet, aqua* Muret. ex ingenio. Sed bene *praebet aquam*, accusativo casu, ut II. sat. 2. 69.; id est convivator. Sicut qui aliquem per iocum frigida ex improviso, nil cogitantem, adspergit, ut excitetur, ac subsultet; et ut simili modo qui in deliquio sunt, adspersa in faciem aqua, ad sui sensum revocantur; ita translate, imus ille imi derisor lecti dicitur quavis aqua adspergere convivas omnes; id est, quaelibet in quoslibet convicia, et sales mordaces iniicere, ut I. epist. 15. 30. Maledicus nempe, de quo latius Auctor ad Herenn. IV. 49.: *Iste quotidie per Forum medium, tamquam iubatus draco serpit, dentibus aduncis, adspectu rabido, spiritu venenato, circumspectans huc, et illuc, si quem reperiat, cui aliquid mali faucibus afflare, quem ore attingere, dentibus insecare, lingua adspergere possit.* 92 *Gorgonius.* Vid. supra sat. 2. 27.

93 *Invidus* V. I. a 1. m. N. a 2. m. Vr. I. Vp. A., alius ms. apud Combe, ed Ven 1481.; sed ex glossemate: quod patet ex vetere Scholiaste in Vr. B., ubi adnotatur:

De Capitolini furtis iniecta Petilli
Te coram fuerit; defendas, ut tuus est mos.
Me Capitolinus convictore usus, amicoque
A puero est: caussaque mea permulta rogatus
Fecit; et, incolumis, laetor, quod vivit in Urbe:
Sed tamen admiror, quo pacto iudicium illud
Fugerit. Hic nigrae fucus lolliginis, haec est

Lividus, id est invidus. 94 *Capitolinis.* 95 * *defendis* V. D. a 2. m. Ba. A. *defenses* Cuning. amore novitatis.

100 * *fucus* Vr. B *sucus* V. B. C. D E. G. I. M. N. Vr. E. F. G. H. K. a 2. m. Vp. A. C. F. Ch. A. An. A. a 1. m. B. a 1. m. Va. A. a 1. m. C., alii tres mss. apud Oberl. Porphyrio ms. Vo. et Ch. *sucus lolliginis;* ed. Ven. 1479. Flor. 1482. Ex *fuco*, levi mutatione, ortus *sucus;* et ex hoc ab ignaris grammaticis factus *succus* vulgatae lectionis. In citato Vr. B. vetus Scholiastes notat: *fucus, id est virus;* et alius: *sucum atramento similem.* Hunc succum lolliginis (si *succus* dici potest) iam Plin. H. N. IX. 29. *atramentum* dixerat; et *virus* Ovid. sive Grat. Faliscus Halieut. 154. seq.: *Et nigrum niveo portans in corpore virus Lolligo;* et *virus* exponit Acron. Materia colorans, ut aiunt, sive ex regno animali, sive ex minerali, sive ex vegetabili, quin et color ipse, *fucus* generaliter dicitur; unde etiam *fucatus.* Lucret. II. 744.: *Scire licet menti quoque nostrae corporae posse Verti in notitiam nullo circumlita fuco.* IV. 82.: *Ergo lintea de summo quum corpore fucum Mittunt.* Quinctil. Inst. Or. XII. 10. 75.: *Ut lana tincta fuco citra purpuram placet.* S. Ambros. Hexaem. V. 11: *Aureum etiam vellus aqua nutrit; et lanam in memorati speciem metalli gignunt littora, cuius colorem nullus adhuc eorum, qui fucis diversis obducunt vellera, imitari potuit.* Et paulo post: *Hic naturalis color est, quem nullus adhuc fucus aequavit: hoc quoque pinnis est vellus.* Vide et nostrum III. od. 5. 28. I. sat. 2. 83. I. epist. 10. 27. II. epist. 1. 207. 100 *lolliginis* V. C. N. Vr. B. Vp. F. An. B. Rectius, quam *loli-*

Aerugo mera: quod vitium procul abfore chartis,
Atque animo prius, ut si qui promittere de me
Possum aliquid, vere promitto. Liberius si
Dixero quid, si forte iocosius; hoc mihi iuris
Cum venia dabis. Insuevit pater optimus hoc me,
Ut fugerem, exemplis vitiorum quaeque notando;
Quum me hortaretur, parce, frugaliter, atque
Viverem uti contentus eo, quod mi ipse parasset:
Nonne vides, Albi ut male vivat filius? utque
Barrus inops? magnum documentum, ne patriam rem
Perdere quis velit. A turpi meretricis amore
Quum deterreret; Scetani dissimilis sis.
Ne sequerer moechas, concessa quum Venere uti
Possem: Deprensi non bella est fama Trebonî,
Aiebat. Sapiens, vitatu, quidque petitu
Sit melius, caussas reddet tibi: mi satis est, si
Traditum ab antiquis morem servare, tuamque,
Dum custodis eges, vitam, famamque tueri

ginis; quia prima brevis: eadem ratione, qua *rettulit*, *Appulus*, *quartuor*. 102 *si quid*. [Bod.] 103 *possum aliud*. [Bod.] 105 *insevit*. 108 *parassem* ms. apud Bentl.

109-110 *ut qui Farris inops* San. ex coniectura Bentleii.

110 *Barus*, *Varus*, *Baius*. 112 *Scetani* V. A. B. C. M. N. Vr. A. B. C. F. H. Vp. C. F. Ch. A. Cr. A. An. A. B. Ba. A. Va. C.; revocavit in textum Bentleius ex omnibus fere mss. sibi cognitis; inde Cun. San. Phil. Wakef. Vulgata *Sectani*. Sed in nomine aeque ignoto tutius est cum Bentleio plurium exemplarium, et melioris notae, auctoritatem sequi. [113 Bodon.: *venere*]. 116 *reddat* Cun. 116 * *sed mihi sat si* V. C. a 2. m. D. E. Vr. B. Cr. A. An. A. Va. C.

118 * *famam*, *vitamque* Vr. I.

Incolumem possum: simul ac duraverit aetas
Membra, animumque tuum; nabis sine cortice. Sic me
Formabat puerum dictis: et sive iubebat,
Ut facerem quid; habes auctorem, quo facias hoc;
Unum ex iudicibus selectis obiiciebat.
Sive vetabat: an hoc inhonestum, et inutile factu
Necne sit, addubites; flagret rumore malo quum
Hic, atque ille? Avidos vicinum funus ut aegros
Exanimat, mortisque metu sibi parcere cogit;
Sic teneros animos aliena opprobria saepe
Absterrent vitiis. Ex hoc ego sanus ab illis,
Perniciem quaecumque ferunt: mediocribus, et quìs
Ignoscas, vitiis teneor; fortassis et isthinc
Largiter abstulerit longa aetas, liber amicus,
Consilium proprium: neque enim, quum lectulus, aut me
Porticus excepit, desum mihi. Rectius hoc est;
Hoc faciens vivam melius; sic dulcis amicis
Occurram. Hoc quidam non belle: numquid ego illi
Imprudens olim faciam simile? Haec ego mecum
Compressis agito labris; ubi quid datur otì,
Illudo chartis. Hoc est mediocribus illis

119 *possum* V. A. B. C. D. E. I. M. Vr. A. B. C. F. G. H. Vp. A. C. F. Cr. A. Va. A. Ba. A. An. A.; restituit in textu Bentl. Baxt. Cun. San. Gesn. Oberl. Combe, Wakef. Al. *possim*. 121 * *puerum digitis* Vr. I. 125 * *addubitas* Vp. C. An. A. *fragret* Cun. ex ms., et Bos Animadv. p. 65. 126 *Vides vicinum*. Refutat Bentleius. 132 *abstulerint*. Vid. supra ad v. 15. 135 * *melius vivam* V. D. O. An. B. 136 * *numquam ego ne illi* Vr. I. a 1. m. 137 * *impudens* Vr. B. a 2. m. 138 * *Comprensis* Vr. I. *Compositis* Va. A. 139 *Incumbo*.

Ex vitiis unum: cui si concedere nolis; 140
Multa poetarum veniet manus, auxilio quae
Sit mihi; (nam multo plures sumus) ac veluti, te,
Iudaei, cogemus in hanc concedere turbam.

SATYRA V.

Facete iter suum Roma Brundisium usque describit.

Egressum magna me excepit Aricia Roma
Hospitio modico: rhetor comes Heliodorus,

141 *veniat. Veniant* coniicit Cun. indocte. Socrates apud Senecam de Vita beata, c. 17.: *Praebui ego aliquando Aristophani materiam iocorum: tota illa comicorum poetarum manus in me venenatos sales suos effudit.*

1 *me excepit* V. A. B. C. I. M. O. Vr. A. B. C. E. F. G. H. Vp. C. D. F. Ch. A. B. An. B. a 2. m. Cr. A. Va. A. B. Ba. A., alii mss. ap. Val., Acron, ed. Med. 1476. Aldus 1501. et 1519. Iunta 1503. Venn. 1509. 1552. 1573. Argent. 1514. Basill. 1527. 1531. 1580. Frib. 1536. Dion. ab Harsio Lugd. 1538. Gryph. 1566. Mur. Torr. Bond, Dacer. Baxt. San. Gesn. Phil. Oberl. Combe, Wakef. Cic. II. de Leg. 5.: *Dulcis autem non multo secus est ea* (patria), *quae genuit; quam illa, quae excepit.* IV. ad Fam. 6.: *Non enim, ut tum, me a republica maestum domus excipiebat, quae levaret.* Ovid, XVI. Her. 127.: *Excipit hospitio me vir tuus.* Petron. c. 100.: *Si quis Deus manibus meis, inquit, Gitona imponeret, quam bene exsulem exciperent!* Apul. VI. Met. p. 122.: *Ad ipsam protinus Proserpinam introibis, quae te comiter excipiet, ac benigne.* Sen. epist. 21.: *Paratus erit istius domicilii custos, hospitalis, humanus, et te polenta excipiet.* Vide supra sat. 4. 134. *me accepit* V. D. K. N. Vr. K. An. A. B. a 1. m. Ba. B., alii mss. apud Lamb. Pulm. Cruq. Torr. Val., edit.

Graecorum longe doctissimus. Inde Forum Appi, Differtum nautis, cauponibus, atque malignis.

Princ. Ven. 1481.; quam lectionem praecedenti vulgatae anteposuit Lamb. ex suis mss., inde Cruquius, Chab. Desprez, Bentl. Cun. Batt. Val. *me coepit* edit. Flor. 1482. Venn. 1483. 1490. *me capit* V. E. Vr. I. De confusione verborum *accipere*, et *excipere*, iam Burm. ad Propert. I. 8 20. In urbe Aricia, ad XVI. ab Urbe lapidem, prima statio petentibus Roma Anxur; ut patet etiam ex Arriani Epicteto lib. 1. c. 1. 3 *longe doctissimus* V. C. M. a 1. m. Vr. B. a 2. m. E. a 1. m. H. Vp. F., Acron, ed. Princ. Venn. 1479. 1552. 1573. Flor. 1482. Iunta 1503. Argent. 1514. Aldus 1519. Basill. 1527. 1531. 1580. Frib. 1536. Dion. ab Harsio Lugd. 1538. Gryph. 1566. Bad. Ascens. Lambinus, qui probat, et vulgatam appellat, G. Fabric. Dan. Heins. Chabot, Desprez, Bond, Torrentius, tamen nutans, Talb. Dacer. Bentl. Cun. San. Phil. Batt. Val. Wakef. *linguae* in aliis mss., et priscis editionibus; quam lectionem defendere conatur Turneb. I. Advers. 29., et Cruq., sequuntur Baxt. Gesn. Oberl. Combe; nullo argumento idoneo. Recte observavit Lambinus, laudem esse ridiculam, si Horatius Heliodorum, natione Graecum, laudaret, quod Graecae linguae scientiam maximam haberet. Haec laus magis grammatico tribuenda, quam rhetori, ex iis, quae A. Gell. XIX. 9. scribit: *Venerat tum nobiscum ad eam cenam Antonius Iulianus rhetor, docendis publice iuvenibus magister, Hispano ore, florentisque homo facundiae; et rerum, literarumque veterum peritus;* et praesertim Cicero de Inventione Rhetorica. *Longe doctissimus* eleganter, ut apud eumdem Cicer. II. de Leg. 15., de Platone *Sapientissimus Graeciae vir, longeque doctissimus.* Vopisc. in Aurel. c. 4.: *Matrem quidem eius, Callicrates Tyrius, Graecorum longe doctissimus scriptor, sacerdotem templi Solis, in eo vico, in quo habitabant parentes, fuisse dicit;* ubi nostrum Horatii locum prae oculis habuisse videtur. Sane idem Horatius III. od. 8. 5. Maecenatem doctum dicit *sermones utriusque linguae.* 4 *cauponibus, atque malignis* Sic distinguendum cum Acrone, ut maligni sint alii a cau-

Hoc iter ignavi divisimus, altius ac nos 5
Praecinctis unum. Nimis est gravis Appia tardis!

ponibus; contra quam sentiunt Landinus, Cruquius, Dacerius, Bentleius, Gesnerus, aliique non pauci. *Maligni* sunt invidi homines, et scelesti; ut II. od. 16. 39. 40. *vulgus malignum.* Seneca de Ira, I. 11.: *Quid Scipio? Nonne relicto Hannibale, Punico exercitu, omnibusque, quibus irascendum erat, bellum in Africam transtulit, tam lentus, ut opinionem luxuriae segnitiaeque malignis daret?* Amm. Marcellin XXII. 12.: *Quae maximis molibus festinari cernentes obtrectatores, desides, et maligni.*

6 * *Nimis est gravis* V. L. M. a 2. m. N. Vr. H. a 2. m. K. Vp. C., alii mss. apud Landin. et Cruq: vera lectio, quam hucusque neglexerunt critici; et quam etiam sine codicum praesidio sensus, et contextus omnino exigebant, pro vulgata *minus est gravis;* facili, et solita vocum huiusmodi permutatione. Quomodo enim poeta, qui primo ignaviam suam accusat, sibique imputat Appiani Fori incommoda, quae postea detestatur, viam ipsam, seu tractum ab urbe Aricia ad Anxuris (non Roma ad Forum Appii, ut scribit Acron, Bad. Ascens., aliique) laudet ut minus gravem viatoribus; quum potius laudet alte praecinctos, seu expeditiores, qui sibi cavebant, uno itinere properantes? Non quod ibi frequentia essent diversoria, ubi possent viatores manere quocumque pervenirent, ut somniant Acron, et alii Scholiastae, Landinus, Bad. Ascens. Dacer. Sanad Cam. Peregrin. in Appar. ad Antiq. Capuan. disc. 2. c. 35. in fine; quia neque eorum praeconium intexendi hìc locus erat; neque de iis cogitare quidem poterat Horatius, quum ibi non essent: non quod biduo mollius iter fieret delicatulis, qui lente in curru procederent, ne silicibus exagitarentur, quibus via strata; nam silice primum haec via strata ab Imperatoribus Nerva, et Traiano legitur in columnis milliaribus ibi repertis, apud Fabrett. de Col. Trai. p. 291.; et aliis, quas vidi, et quas referunt Chaupy Decouv. de la mais. de camp. d'Hor. t. 3. p. 391. Nicolai de' Bonif. delle terre Pontine, l. 1. c. 19.: glarea

Hic ego propter aquam, quod erat deterrima, ventri
Indico bellum; cenantes haud animo aequo
Expectans comites. Iam nox inducere terris
Umbras, et Caelo diffundere signa parabat. 10
Tum pueri nautis; pueris convicia nautae
Ingerere. Huc appelle! trecentos inseris! hoe!

tantum antea; et ideo lutosa Horatio Epist. I, 11, 11. atque *uda* Lucano III. 85.: *Et qua Pomptinas viadividit uda paludes.* Lectionem inseruimus in editione Parmensi Bodoniana.

7 *deterrima* omnes mss. nostri, praeter Ch. B. a 1. m. Vr. H. a 2. m., et unum apud Pulm.; sic editiones ante Aldum 1501. Iuntam 1503. Argent. 1514. Basil. 1531., in quibus *teterrima.* Nihilominus hanc lectionem, fere obliteratam, revocavit in textum Bentleius ex illo ms. Pulmanni, quem optimum appellat, ut fucum faciat; et ex aliquibus Lucretii, et Propertii locis, in quibus *tetra venena*, *tetra absynthia* dicuntur; ut inde inferat, etiam aquam Fori Appii *teterrimam* dici merito; quia et malo sapore, et insalubris. Eum sequuntur Baxt. Cun. San. Batt. Val. Gesn. Oberl. Combe, Wakef. Sed neque insalubris, neque adeo mali saporis dici poterat haec aqua, ut veneno tetro, aut tetro absynthio comparari posset; nam et a comitibus Horatii, et ab aliis omnibus impune potabatur; uni fortasse poetae delicioso, qui puris aquae rivis delectabatur, III. od. 4. 8. II. sat. 6. 2. I. epist. 16. 12., adeo exosa, ut ad summum *deterrima* dici posset; quod et apud alios scriptores est proprium huiusmodi aquae epitheton. A. Gell. XIX. 5.: *In eo libro* (Aristotelis) *scriptum fuit, deterrimam esse potui aquam e nive.* Cruquius, et Gesnerus decepti sunt male intellecto Flavii Blondi loco Ital. illustr. reg. 3. Latina, p. 318. Basil. 1531., ubi foetidas aquas sub Sarmineta nominat, propter quarum odorem, inquiunt, Horatius non cenaverit; non adverten-tes, Blondum loqui de aqua illa sulphurata, cui hodie nomen *aqua puzza*, longe ab aqua Fori Appii diversa et loco, et qualitate. 11 * *Tunc pueri* Vr. I. 12 * *ingeris* V. A. Sed recte cum aliis omnibus, *inseris.* Etiam in mar-

Iam satis est! Dum aes exigitur, dum mula ligatur,
Tota abit hora: mali culices, ranaeque palustres
Avertunt somnos; absentem ut cantat amicam
Multa prolutus vappa nauta, atque viator
Certatim. Tandem fessus dormire viator
Incipit; ac missae pastum retinacula mulae
Nauta piger saxo religat, stertitque supinus.
Iamque dies aderat, nil quum procedere lintrem
Sentimus: donec cerebrosus prosilit unus,
Ac mulae, nautaeque caput lumbosque saligno
Fuste dolat: quarta vix demum exponimur hora.
Ora, manusque tua lavimus, Feronia, lympha.
Millia tum pransi tria repimus, atque subimus
Impositum saxis late candentibus Anxur.

more apud Fabrett. p. 233. n. 612. et Bonad. II. 232.: LAETVS ADONEIS LVSIBVS INSERERIS. 12 * *hoe!* Sic legas ex Charis. lib. 2. p. 259. Basil. 1551. Al. *ohe, oe.* 15 *absentem ut cantat* V. A. B. K. M. a 1. m. Vr. H. Vp. E. a 1. m. Ch. A. a 1. m. B. An. B. Ba A., alii mss. apud Pulm. Torr. Bentl. Combe, edit. Princ.; Bentleius restituit, inde Baxt. Cun. San. Gesn. Phil. Oberl. Combe, Wakef. *absentem et cantat* Val. nulla data ratione; sed inepte.

18 * *et missae pastum* V. I. *ac pastum missae* Cun. ex ingenio.

20 *nil quum* V. A. B. D. I. N. O. Vr. A. B. C. E. G. H. I. K. Vp. A. C. E. Ch. A. B. Cr. A. Ba. B. An. B. Va. C., alii mss. apud Pulm. Bersm. Bentl. Oberl. Combe, edit. Princ. Medd. 1476. 1477. Venn. 1479. 1481. 1483. 1490. 1495. 1509. Flor. 1482. Aldus 1501. 1519. Iunta 1503. Argent. 1514., et forte omnes ante Aldum 1519., ex quo vulgata *cum nil* fere apud omnes usque ad Bentleium, qui primam revocavit; inde Cun. San. Val. 20 * *producere lintrem* Vr. H.

24 *lavimur* Bentl. ex coniectura Nic. Heinsii; et aliorum. 25 *repsimus.* 26 * *late saxis* V. E. K. N.

Huc venturus erat Maecenas optimus, atque
Cocceius, missi magnis de rebus uterque
Legati; aversos soliti componere amicos.
Hic oculis ego nigra meis collyria lippus
Illinere. Interea Maecenas advenit, atque
Cocceius, Capitoque simul Fonteius, ad unguem
Factus homo; Antonî, non ut magis alter, amicus.
Fundos Aufidio Lusco praetore libenter
Linquimus, insani ridentes praemia scribae;
Praetextam, et latum clavum, prunaeque vatillum.
In Mamurrarum lassi deinde urbe manemus;
Murena praebente domum, Capitone culinam.

27 *Maecenas, optimus atque.* Sic distinguit Bentleius; ut etiam sat. 10. 82., quod *optimus* sit compellatio paullo familiarior, quam ut Maecenati, regi eius, et patrono, decore tribui possit. Sed abunde refutatur ab Horreo Miscell. crit. lib. 1. c. 5. p. 79. seqq. Huiusmodi constructionis exemplum adducit Bentleius ex praecedenti v. 4., *cauponibus atque malignis;* sed vide, quae ibi adnotavimus. 28 * *de magnis* V. I.

32 *ad unguem.* Vid. de Arte poet. 294. 36. *vatillum* V. A. E. O. Vr. C. D. E. G. H. Vp. C. Ch. A. B. An. B. a 2. m., alii mss. apud Pulm. Torr. Cruq. Talb.; laudant Cruquius, et Torrent.; restituit Baxter. Gesn. Oberl. Combe. Recte: puto enim esse diminutivum a *vas*, ut adnotatur in V. A., ut *vasculum.* Ita vetus Scholiastes ad hunc locum, apud Torr. et Vossium in Etym. v. Batillus: *Vatillum diminutivum a vase, et vas parvum, in quo pro felici hospitum adventu incensis adoribus Iovi hospitali sacra fiebant.* Et paullo post: *Est et vatillum, in quo ponun'ur prunae in hieme super mensam, ne caena frigeat.* Alii mss. nostri, et aliorum, facili, et solita permutatione *b*, et *v*, *batillum;* et ita editiones. [in his Bodon.] *Bacillum* edit. Iuntae 1503. *catillum* Aldi 1519. Basill. 1527. 1531. Quae de *bacillis pruneis*, seu *pruni*, huc adduxit

Postera lux oritur multo gratissima; namque
Plotius, et Varius Sinuessae, Virgiliusque
Occurrunt: animae, quales neque candidiores
Terra tulit; neque quis me sit devinctior alter.
O qui complexus, et gaudia quanta fuerunt!
Nil ego contulerim iucundo sanus amico.
Proxima Campano ponti quae villula, tectum
Praebuit; et parochi, quae debent ligna, salemque.
Hinc muli Capuae clitellas tempore ponunt.
Lusum it Maecenas; dormitum ego, Virgiliusque:
Namque pila lippis inimicum, et ludere crudis.
Hinc nos Coccei recipit plenissima villa,
Quae super est Caudi cauponas. Nunc mihi paucis

Baruffaldus de Hortatore nautico, in Collect. opusc. scient. et philol. tom. 29. pag. 141., iam explosit Gesnerus. 43 *fuere* Cuning., licenter more suo. 44 * *praetulerim* Vr. G. I. Ch. B. a 1. m. Va. A.

47 * *Hic muli* V. K. a 2. m. 51 *Caudi* V. K. Vr. E., alii mss. apud Pulm. Torr. Combe, Acron, et Porph. edd. Venn. 1483. 1486. 1490. 1492. 1509. 1552. 1573. Med. 1486. Aldus 1501. 1519. Iunta 1503. Argent. 1514. Basill 1527. 1531. 1580. Frib. 1536. Dion. ab Harsio Lugd. 1538. Mur. Talb. Baxt. Bentl. Cun. San. Gesn. Phil. Batt. Val. Oberl. Wakef. Al. *Claudi* in mss. et impressis plurimis, praesertim edit. Princ. Lambini, Chab. Torr. Dan. Heins. Desprez, Bond., Dacer. *Caudium*. urbs Samnitum prope Beneventum, celebris apud omnes historicos, et poetas, praecipue ob Furcas Caudinas. De ea plura dabit testimonia Cluver. Ital. ant. lib. 4. c. 7. p. 1196. seq., ubi notat, eamdem varietatem haberi etiam in impressis Livii, Strabonis, Plutarchi, et Ptolemaei. Vide etiam, si placet, opus Italico idiomate Francisci Danielis de Furcis Caudinis, earumque topographia. Caudii etiam mentio in marmoribus apud Fabrett. p. 105. n. 248. p. 233. n. 89. Donat. p. 347. 7. et in Itinerariis apud de Vita Antiq. Benevent. Diss. 4. tom. 1. p.

Sarmenti scurrae pugnam, Messîque Cicirri,
Musa, velim memores; et quo patre natus uterque
Contulerit lites. Messî clarum genus Osci;
Sarmenti domina exstat: ab his maioribus orti
Ad pugnam venere. Prior Sarmentus: equi te
Esse feri similem, dico. Ridemus: et ipse
Messius: accipio; caput et movet. O, tua cornu
Ni foret exsecto frons, inquit, quid faceres, quum
Sic mutilus minitaris? At illi foeda cicatrix
Setosam laevi frontem turpaverat oris.
Campanum in morbum, in faciem permulta iocatus;
Pastorem saltaret uti Cyclopa, rogabat:
Nil illi larva, aut tragicis opus esse cothurnis.
Multa Cicirrus ad haec: donasset iamne catenam
Ex voto Laribus, quaerebat: scriba quod esset,

36. et 152. *52 Cicirri* V. G. Vr. H. Ba. B. Va. C., alii mss. apud Pulm. Bentl., qui feliciter restituit; sequuntur Baxt. Gesn. Cun. San. Phil. Val. Oberl. Combe, Wak. *Cicirrus* est κίκιρρος, *gallus gallinaceus*. Hesychius: κίκιρρος ἀλεκτρυών. Alii mss. et impressi ante Aldum *Cicirrhi*; [item Bodon. et similiter mox *Cicirrhus*.] inde ab illo *Cicerri* in vulgatis.

60 *minitaris* V. B. Vr. E. K. Ch. B. a 1. m. An. B. Aldus 1501. 1519. edit. Argent. 1514. Basill. 1527. 1531. 1580. Frib. 1536. Dion. ab Harsio Lugd. 1538. Lamb. Mur. Cruq. Gryph. 1566. Ven. 1573. Chab. Torr. Talb. Maitt. Baxt. Gesn. Oberl. Combe. Al. *miniteris* in pluribus mss. nostris, et aliorum, ed. Princ. Medd. 1476. 1477. Venn. 1479. 1483. 1490. 1492. 1495. 1509. Flor. 1482.; revocavit in textum Bentl., inde Cun. San. Phil. Wakef. Sed utitur exemplis optativi modi, abs re. Hic *quum minitaris*, est, *quando minitaris*, positivi. Cic. in Sall. 7.: *Non te tui piget, homo levissime; quum ea culpas, quae in historiis gloriae mihi ducis?* 61 * *Setosam frontem laevi* V. G. Vp. C.

Deterius nihilo dominae ius esse. Rogabat
Denique, cur umquam fugisset; cui satis una
Farris libra foret, gracili sic, tamque pusillo?
Prorsus iucunde cenam produximus illam. 70
Tendimus hinc recta Beneventum; ubi sedulus hospes
Paene arsit, macros dum turdos versat in igni:

Va. A. 67 *Deterius nihilo* V. A. E. G. Vr. I. K. Vp. A. C. Ch. B. Cr. A. An. A. Ba. A. B. Va. A., alii mss. apud Lamb. Cruq. Torr. Talb. Combe, duo apud Canter. l. 4. c. 12., et libri omnes impressi ante Bentleium, et Baxterum. *Nullo deterius* Vr. H. An. B. Va. C., alii apud Talb. *Nilo deterius* Baxt. Oberl. Combe. Alii mss. nostri, et aliorum, et Porphyrio Vo., *Nihilo deterius;* in qua lectione anapaesti licentiam defendunt Lamb. Torr. Canterus, ex II. epist. 2. 120. *Vehemens, et liquidus;* inde Bentleius, qui admisit in textum, fultus aliis argutiis; post Cun. San. Val. Wakef. Sed praeter numerum, et auctoritatem nostrorum codicum optimae notae, et aliorum; standum potius naturali verborum ordini; semotis tot figuris, ubi necessariae non sunt, praesertim in sermone pedestri.

70 *produximus illam* Va. A. et impressi ante Bentl., qui praetulit *producimus*, tum ex mss., tum quod Horatius in hac eadem satyra vv. 25. 35. 50. 71. 86. efferat omnia verba praesenti tempore. At paullo accuratius inspicienti occurrit praeteriti temporis v. 91. *pervenimus;* et ad tempus, et modum remotum spectat *illam*, quam longa digressio postulabat; atque ideo etiam *produximus*. Alias dicendum erat, *cenam producimus istam*. In verbis adductis praesentis temporis ideo modus idem, quia iter continuabatur; *cena* vero *illa* praeteriti temporis, quia iam exacta; ut v. 79. *erepsemus*, 80. *recepisset*. * *Deduximus* Vr. G. *perduximus* Va. A.; erronee quidem, sed praeterito tempore. 72 *Paene arsit, macros*. Licet invitis mss. omnibus, haec constructio, ita reformata a Lambino ex uno ms., retinenda est prae alia, *Paene, macros, arsit*, quam in editione sua restituit Baxterus, Bentleius, qui in alio ms. vidit ut Lambinus, Cun. Oberl. Combe, Wakef. Sensus ita omnino exigit. Non enim hospes *paene arsit*

Nam vaga per veterem dilapso flamma culinam
Vulcano, summum properabat lambere tectum.
Convivas avidos cenam, servosque timentes
Tum rapere, atque omnes restinguere velle videres.
Incipit ex illo montes Appulia notos
Ostentare mihi, quos torret Atabulus, et quos
Numquam erepsemus, nisi nos vicina Trivici
Villa recepisset, lacrymoso non sine fumo,
Udos cum foliis ramos urente camino.
Hic ego mendacem stultissimus usque puellam
Ad mediam noctem exspecto. Somnus tamen aufert
Intentum Veneri: tum immundo somnia visu
Nocturnam vestem maculant, ventremque supinum.
Quattuor hinc rapimur viginti et millia rhedis,
Mansuri oppidulo, quod versu dicere non est;

turdos, ut exponit Acron; sed ipse paene arsit, et domus tota. A Lambini lectione si discedas, inquit scite Torr., confuse, seu per synchysin, ut vocant, loqui poetam fateare necesse est; quod in sermonibus locum habere non debet, ut dixi ad v. 67. 72 *in igni* Vr. C. E. F. H. Vp. C. a 2. m. Ch. A. Va. C., alii mss apud Bentl., qui probat; ut I. od. 4. 3. od. 34 6. *in ignem* V. A. et duo apud Bentl. Al. *in igne*. 73 *delapso*, *delapsa*. Sed bene *dilapso*. Vid. IV. od. 13. 28.

83 *expecto noctem* Cun. [84 Bodon.: *venerl.*] 87 *oppidulo*. Hoc *Equotutium*, vel *Equum tuticum*, exponunt Acron, et Porphyrio. Cluver. Ital. ant. lib. 4. c. 11. p. 1217. eorum opinionem refert, qui putant *Arpos*, quae et *Argyrippa* dicitur, ab Horatio describi; sed eam refutat, quod utrumque vocabulum versus admittat. Qui rem diligentius, et ad topographiam observavit, Thomas Vitali in Historia Ariani, patriae suae, pag. 4. seqq. Romae 1794., contra Pratillum, et alios, pluribus ostendit, Horatium non per viam communem, postea Traianam dictam; sed per aliam

Signis perfacile est. Venit vilissima rerum
Hic aqua: sed panis longe pulcherrimus; ultra
Callidus ut soleat humeris portare viator:
Nam Canusî lapidosus; aquae non ditior urna:
Qui locus a forti Diomede est conditus olim.
Flentibus hinc Varius discedit maestus amicis.

parallelam, Herculeam dictam, iter fecisse Brundisium versus Benevento, in qua Trivicus erat; non autem Equus tuticus, qui in via Traiana dicta, et in regione Hirpinorum; at oppidulum in Daunia, seu Apulia situm erat. Per Equum tuticum Roma Brundisium iter fecisse Atticum, patet ex Cicerone ad eumdem VI. ep. 1. 87 *versu quod dicere* Cun. perpetua cacophonia, et amore novitatis. 89 * *longe panis* Vr. I.

89 *ultra* V. A. B. C. D. E. G. I. M. Vr. A. B. C. E. F. G. H. Vp. A. C. F. Ch. B. a 2. m. An. B. Va. C., alii mss. apud Val., edit. Princ. Medd. 1476. 1477. 1486. Venn. 1479. 1481. 1483. 1490. 1492. 1495. Flor. 1482. Gryph. 1566. Lamb. Cruq. Torr. Dan. Heins. Bentl. Cun. San. Gesn. Val. Oberl. Combe, Wakef. Miror, Baxterum notasse, eos, qui *ultra* legerunt, id fecisse ex coniectura, non ex codicibus. Al. *ultro*, praesertim post Aldum 1501. et 1519. Iuntam 1503.; inde multi, H. Steph. Mur. Chab. Desprez, Bond, alii.

91 *non dulcior*. 92 *Qui locus*. Hunc versum ut spurium reiicit Bentleius, argutationibus magis, quam rationibus; et praecipue, quod ignoraverit *locum* etiam dici *pagum* seu *vicum*, ex Cic. ad Att. XII. 19., ut notavit Forcellinus in lexico v. Locus. Vulgo etiamnum Ital. *luogo*. [Cum Bentleio faciunt Parmenses.]

93 *hìc Varius* Vp. B. Ch. A., alii mss. apud Torr. Bentl. Val., ed. Med. 1476. Venn. 1479. 1481. 1490. 1495. Flor. 1482. Loch. Bentl. Baxt Cun. San. Val. Oberl. Combe, Wakef. Placet Torrentio, etiamsi non adoptet; sed et ipse, et Bentl. propugnator, non viderunt, *hinc* in motu a loco usurpari, ut vv. 47. 71. I. od. 34. 14. III. od. 4. 58. seq. epod. od. 2. 31. od. 5. 97. I. sat. 1. 17. sat. 9. 16. I. epist. 19. 41.;

Inde Rubos fessi pervenimus; utpote longum
Carpentes iter, et factum corruptius imbri.
Postera tempestas melior; via peior, ad usque
Barî moenia piscosi, dehinc Gnatia, lymphis
Iratis exstructa, dedit risusque, iocosque:
Dum, flamma sine, thura liquescere limine sacro,
Persuadere cupit. Credat Iudaeus apella,
Non ego: namque Deos didici securum agere aevum:
Nec, si quid miri faciat natura, Deos id
Tristes ex alto Caeli demittere tecto.
Brundisium longae finis chartaeque, viaeque est.

hìc vero statum, et actionem in loco designare, ut vv. 7. 30. 82. 89. I. od. 2. 49. od. 34. 16. III. od. 26. 6. Qui discedit, a loco movetur. 93 * *discessit* Va. A. 97 *Gnatia.* Sic dictam ab Horatio ex modo populari, existimat Vitus Maria Iuvenatius in Diss. de urbe Aveia in Vestinis, p. 10. seq.; quum proprie, et eleganter *Egnatia* diceretur; et ita est in ed. Flor. 1482. *Dein* legit Bentl. ex aliquibus mss.

99 *flammis* Cun. Quare plurali numero? *Flamma* idem est ac *igne.* 99 *lumine sacro* V. B. E. K. V. I. An. A.B.. ed. Princ. Flor. 1482. Ven. 1495.

100 *apella.* Apud Cic. ad Att. XII. 19. proprium nomen *Apella Chius* occurrit; et ad Fam. VII. 25. X. 17. *Apella* libertus; et alii *Apellae* [*Apella* hic Bod.] apud Gruterum: attamen hìc non proprium nomen alicuius Iudaei eo tempore notissimi, ut putant Scaliger, et Baxterus; sed potius, cum Acrone, et Porphyrione, dicam lasisse in nomine poetam, ut recutitum, sine pelle Iudaeum, *curtum*, I. sat. 9. 70., innueret, eiusque religioni illuderet; quippe quae *gens superstitioni obnoxia*, *religionibus adversa* apud Romanos traducebatur, teste Tacito V. II. 15. et 13.; et apud Iuven. VI. 547.: *Qualiacumque voles Iudaei somnia vendunt*, Vide etiam supra sat. 4, 143. 102 *faciat miri* Cun. more suo.

103 *dimittere.* 104 *Brundisium* V. A. B. C. D. a 1.

SATYRA VI.

De vera nobilitate. Bonae educationis, et mediocris fortunae laus.

Non, quia, Maecenas, Lydorum quidquid Etruscos
Incoluit fines, nemo generosior est te:
Nec, quod avus tibi maternus fuit, atque paternus,
Olim qui magnis regionibus imperitarunt;

m. Vr. A. B. C. E. F. Va. C. Ba. A., alii mss. apud Pulm. Oberl., edit. Ven. 1481. Lamb. Mur. Cruq. Chab. Torr. Dan. Heins. Talb. Dacer. Bentl. Cun. Sic in marmoribus scriptis apud Gruter. p 151. 2. 801. 5. Murator. p. 1104. 2. Pratilli Via Appia p. 509. 527. 529. 533. 552. De Vita Antiq. Benevent. t. 3. p. XXV. Marin. Arv. p. 21. col. 2. Dausq. et Cellar. in Orthographia hac voce. Et ita legit in fragmentis Ennii Paul. Merula p. XVII. et 388., ut vera scriptura. Al. *Brundusium;* quae varietas etiam in mss. aliorum scriptorum habetur; sed meliora exemplaria *Brundisium*, ut notat Drakenb. ad Silium Ital. VIII. 576. Item *Brundusium* in lapidibus apud Th. Vitalem loco paulo ante citato p. 5 et 8. Pratillum l. c. p. 553. De ipsa urbe vide Cluver. Ital. ant. l. 4. c. 13. p. 1245. 104 *viaeque est* V. A. B. C. D. E. G. I. K. Vr. A. B. C. E. F. H. Vp. A. F. Ch. A. An. A. B. Va. C. Ba. A. B. Cr. A., alii mss. apud Val., Porph. ms. Ch., Aldus 1501. Iunta 1503. Ven. 1509. Argent. 1514. Basil. 1527. Rutgers. Al. [Bod.] *viaeque*. Recentiores critici, et editores silent. Vid. sat. 7. in fine, I. epist. 1. et 7. in fine.

1 *quisquis*. 3 * *Non quod avus* Vr. B. a 1. m.

4 * *magnis regionibus* Ch. B. Ita legendum prae vulgata *magnis legionibus*, iam fuse disserui in Miscell. filol. crit. tom. 1. p. XI., et in Observationibus ad Virg. p. 140. seq.; praesertim, quia lectio concinit Horatio ipsi I. od. 1. 1. III. od. 29. 1. Propertio III. el. 7. princ.: *Maecenas*

Ut plerique solent, naso suspendis adunco
Ignotos; ut me libertino patre natum.
Quum referre negas, quali sit quisque parente
Natus, dum ingenuus; persuades hoc tibi vere,
Ante potestatem Tullî, atque ignobile regnum,
Multos saepe viros, nullis maioribus ortos,
Et vixisse probos, amplis et honoribus auctos.
Contra, Laevinum Valerî genus, unde Superbus
Tarquinius regno pulsus fugit, unius assis
Non umquam pretio pluris licuisse; notante
Iudice, quo nosti, populo; qui stultus honores
Saepe dat indignis, et famae servit ineptus;
Qui stupet in titulis, et imaginibus. Quid oportet

eques Etrusco de sanguine regum. C. Pedoni Albinovano eleg. in ob. Maecen. 13.: *Regis eras genus Etrusci.* Silio Ital. X. 41.: *Sceptris celebratum nomen Etruscis.* Martiali XII. epigr. 4. 2.: *Maecenas atavis regibus ortus eques;* et iis, quae adducunt Scaliger, Dempsterus, Gorius, Bentleius, Burmannus, aliique, ut Maecenatis regiam stirpem ostendant. Postea eamdem ut ex ingenio proposuit in textu Wakef. 4 *imperitarunt* V. K. N. Vr. E. a 2. m. An. B. alii mss. apud Pulm. Bersm. Val. Combe, ed. Princ. Rectius, ut sit positivum; et ex Lucretio derivatum puto III. 1040.: *Inde alii multi reges, rerumque potentes Occiderunt, magnis qui gentibus imperitarunt.* Al. *imperitarint, imperitarent.* 11 *multis et honoribus.* 13 *pulsus fugit* V. A. a 1. m. C. a 1. m. Vr. E. Ba. A., alii mss. apud Lamb. Cruq. Bersm. Bentl. Val. Oberl. Combe. Bentleius revocavit in textum, merito; sequuti sunt Cun. San. Phil. Val. Wakef. Al. [Bod] *fuit.* 15 *quem nosti* edit. Argent. 1514. Aldus 1519. Basil. 1527. 1531. Frib. 1536. Dionys. ab Harsio Lugd. 1538. Lamb. Mur.; inde fere apud omnes usque ad Bentl., qui revocavit in textum *quo nosti;* ab eo Baxt. Cun. San. Gesn. Phil. Oberl. Combe, Wakef. Ita mss. nostri, et aliorum, priscae editiones, quas vidimus, usque ad Ven. 1509 inclusive.

Nos facere, a vulgo longe, longeque remotos?
Namque esto, populus Laevino mallet honorem,
Quam Decio mandare novo; censorque moveret
Appius, ingenuo si non essem patre natus:
Vel merito, quoniam in propria non pelle quiessem.
Sed fulgente trahit constrictos gloria curru
Non minus ignotos generosis. Quo tibi, Tilli,
Sumere depositum clavum? fierique tribuno?
Invidia accrevit, privato quae minor esset.
Nam ut quisque insanus nigris medium impediit crus
Pellibus, et latum demisit pectore clavum;
Audit continuo: quis homo hic? et, quo patre natus?
Ut si qui aegrotet, quo morbo Barrus, haberi

18 *Vos* Bentl. ex ingenio; refutant Baxt. et Gesn. 18 *longe*, *longeque* V. A. C. D. E. G. K. M. N. Vr. A. B. C. E. F. G. H. I. Vp. A. C. Ch. A. B. An. A. B. Cr. A. Va. A. C. Ba. A., alii mss. apud Cruq. Torr. Talb. Val. Combe, Porph. ms. Ch., ed. Princ. Cruq. Bentl., qui fusius probat; inde Cun. Baxt. San. Phil. Val. Gesn. Oberl. Combe, Wakef. Al. *longe*, *lateque*. 24 *Tilli* V. A. C. E. G. M. Vr. A. B. C. E. H. M. Ch. A. B. a 2. m. Ba. A. An. A. B. a a. m. Porph. Vo., alii mss. apud Pulm. Bersm. Torr. Bentl. Combe; probat Bentl., sequuntur Cun. San. Phil. Wakef. Al. *Tulli*. 25 *tribuno?* V. B. C. D. I. K. M. Vr. A. C. E. H. K. Ch. A. a 2. m. B. An. A. B. Ba. B., alii mss. apud Lamb. Pulm. Talb. Combe, Porph. Vo. Ch. et editus, ed. Princ. Aldus 1501. Iunta 1503. Basil. 1580. Lamb. Cruq. Torr. Talb. Dan. Heins. Bentl. Baxt. Cun. San. Val. Gesn. Oberl. Combe, Wakef. Al. *tribunum?* 27 *impediet*.

29 *hic? et*, *quo* V. A. C. E. Vr. C. E. F. G. Vp. A. An. A. B., alii mss. apud Torr. Talb. Bentl.; ita Baxt. Gesn. Oberl. Combe. Rectius cum copulativa *et*; ut usu fit. Sic in marmore apud Fabrett. p. 21. n. 85.:

NON NOMEN NON QVO GENITVS NON VNDE QVID EGI
MVTVS IN AETERNVM SVM CINIS OSSA NIHIL

Ut cupiat formosus: eat quacumque, puellis
Iniiciat curam quaerendi singula; quali
Sit facie, sura, quali pede, dente, capillo:
Sic qui promittit, cives, Urbem sibi curae,
Imperium fore, et Italiam, delubra Deorum;
Quo patre sit natus, num ignota matre inhonestus,
Omnes mortales curare, et quaerere cogit.
Tune, Syri, Damae, aut Dionysî filius, audes
Deiicere e saxo cives, aut tradere Cadmo?
At Novius collega gradu post me sedet uno;
Namque est ille, pater quod erat meus. Hoc tibi Paullus,
Et Messala videris? At hic, si plostra ducenta,
Concurrantque Foro tria funera, magna sonabit,
Cornua quod vincatque tubas: saltem tenet hoc nos.
Nunc ad me redeo libertino patre natum:
Quem rodunt omnes libertino patre natum;
Nunc, quia sim tibi, Maecenas, convictor; at olim,

Al. *hic? aut quo;* vel *hic est? quo.* * *est hic? quo* V. B.

31 *Ut cupiat* V. A. C. Vr. A. C. F. Ch. B., alii mss. apud Lamb. Pulm. Cruq. Talb. Bentl. Val., ed. Princ. Med. 1476. Venn. 1479. 1483. 1490. 1492. 1509. Flor. 1482. Aldus 1501. Iunta 1503.; restituit, et probat Bentl., ab eo Cun. San. Phil. Val. Wakef. Al. *Et cupiat*: quod si retineas, morbo corporis laborasse Barrus dicendus erit; quum evidens sit, de morbo animi loqui Horatium, ut Barrus formosus haberi cuperet. 31 *quocumque.*

34 *urbes.* 35 *Italiam, delubra deorum* V. A. B. C. D. E. I. K. Vr. B. C. E. F. G. H. I. K. Vp. A. Ch. B. Cr. A. An. B. Va. C., alii mss. apud Torrent. Oberl. Combe. Al. *Italiam, et delubra deorum.* 37 * *ac quaerere* Vr. I.

37 *cogat.* 42 *plaustra.* [Bodon.: *Messala.*] 47 *quia sim tibi, Maecenas* V. A. B. D. E. I. M. Vr. A. B. C. E. a 1. m. F. H.

Quod mihi pareret legio Romana tribuno.
Dissimile hoc illi est: quia non, ut forsit honorem
Iure mihi invideat quivis, ita te quoque amicum;
Praesertim cautum dignos adsumere, prava
Ambitione procul. Felicem dicere non hoc
Me possum, casu quod te sortitus amicum.
Nulla etenim mihi te Fors obtulit: optimus olim
Virgilius, post hunc Varius, dixere quid essem.
Ut veni coram, singultim pauca loquutus;
(Infans namque pudor prohibebat plura profari)
Non ego me claro natum patre; non ego circum
Me Satureiano vectari rura caballo:
Sed, quod eram, narro. Respondes, ut tuus est mos,
Pauca: abeo; et revocas nono post mense, iubesque
Esse in amicorum numero. Magnum hoc ego duco,

Ch. A. B. a 2. m. Ba. A. An. A. B., alii mss. apud Pulm. Torr. Bentl. Val. Oberl. Combe, Porph. ms. et editus, edd. Venn. 1490. 1492. 1495. Aldus 1501. Al. [Bod.] *quia sum tibi, Maecenas.* Alii *quia, Maecenas, tibi sim.* 49 *forsan.*

53 *Me possim* V. A. D. K. Vr. A. B. C. E. F. H. Vp. A. Ch. A. An. B., alii mss. apud Pulm. Val. Oberl. Combe. Al. [Bod.] *Me possum. Me possunt* Bentl. ex vetere Scholiaste Cruquiano; sed antea 12. editiones apud Cuning. Refutant Baxt. et Gesn. *Me possit* idem Cun. ex ingenio.

54 *tibi me* Bentl. argutiis, tamquam modestius; sed absurdius, et impudenter pro Horatio; ac si Fortuna obtulisset homini summo poetam, paucis aliis poetis tunc vix notum; non potius Fortuna obtulisset iuveni poetae Maecenatem, patronum eximium, veluti thesaurum. Vid. II. sat. 6. 12. 13. Bentleium sequuntur Cun. aliis ineptiis ductus, San. Phil. Val. ex duobus mss., Wakef. 54 *sors.* 55 *Varus.* 55 *quis essem* mss. 11. apud Val. 59 *Satireiano.* vel *Satri Iano.*

Quod placui tibi, qui turpi secernis honestum
Non patre praeclaro, sed vita, et pectore puro.
Atqui si vitiis mediocribus ac mea paucis
Mendosa est natura, alioqui recta; (velut si
Egregio inspersos reprehendas corpore naevos)
Si neque avaritiam, neque sordes, aut mala lustra
Obiiciet vere quisquam mihi: purus, et insons,
(Ut me collaudem) si et vivo carus amicis:
Caussa fuit pater his; qui macro pauper agello
Noluit in Flavî ludum me mittere, magni
Quo pueri magnis e centurionibus orti,
Laevo suspensi loculos, tabulamque lacerto,
Ibant octonis referentes Idibus aera;
Sed puerum est ausus Romam portare, docendum
Artes, quas doceat quivis eques, atque senator
Semet prognatos: vestem, servosque sequentes
In magno ut populo si quis vidisset, avita

65 *aut mea* Vr. G. a 2. m. *ut mea* Aldus 1501. 67 *insparsos.* 67 *reprehendas* V. A. D. Vr. E. F. H. K. Va. A. C., alius ms. apud Oberl. ed. Princ. Med. 1476. Venn. 1479. 1481. 1490. Flor. 1482. Aldus 1501. Iunta 1503. Et ita legitur versus integer apud S. Hieronym. epist. ad Salvinam 79. op. edit. Veron. tom. 1. col. 502.: *Egregio inspersos reprehendas corpore naevos.* Al. [Bod.] *reprendas.*

68 *aut mala* ex Acrone ms. et edito in Ven. edit. 1490., et aliis argumentis, Bentleius; inde San. Batt. Zeun. Wakef. Vide similes locos III. od. 12. 2. od. 23. 7. II. sat. 1. 1. 15. II. sat. 2. 22. *ac mala* mss. et editiones veteres. *Nec mala* ex ms. Cruquius, et ex eo Dacer. Cuning. Baxt. Gesn. Combe. *lucra* V. H. a 2. m., alii mss. apud Lamb. Torr. Sed bene *lustra*, de quibus passim apud Plautum, Ciceronem, Apuleium, Servium, Festum, aliosque. 75 * *Idibus assem* Vr. A. a 2. m. ex glossemate. 79 *si qui* Vr.

Ex re praeberi sumptus mihi crederet illos.
Ipse, mihi custos incorruptissimus, omnes
Circum doctores aderat. Quid multa? pudicum
(Qui primus virtutis honos) servavit ab omni
Non solum facto; verum opprobrio quoque turpi;
Nec timuit, sibi ne vitio quis verteret, olim
Si praeco parvas; aut, ut fuit ipse, coactor
Mercedes sequerer. Neque ego essem questus: at hoc nunc
Laus illi debetur et a me gratia maior.
Nil me poeniteat sanum patris huius: eoque
Non, ut magna dolo factum negat esse suo pars,
Quod non ingenuos habeat, clarosque parentes,
Sic me defendam. Longe mea discrepat istis
Et vox, et ratio. Nam, si natura iuberet
A certis annis aevum remeare peractum,
Atque alios legere; ad fastum quoscumque parentes
Optaret sibi quisque: meis contentus, honestos
Fascibus, et sellis nollem mihi sumere; demens
Iudicio vulgi, sanus fortasse tuo: quod
Nollem onus, haud umquam solitus, portare molestum.
Nam mihi continuo maior quaerenda foret res,
Atque salutandi plures: ducendus et unus,

E. F., alii mss. apud Cruq. Val. Combe, Bentl., qui adoptavit; inde Cuning. Wakef., exiguis momentis. 87 *nec ego.*

87 *at hoc* V. E., Aldus 1501. Optime: pro *immo*, *sed* hac de re. Eadem varietas epod. od. 9. 17. Al. *Ob hoc*, *Ad haec*, quam praetulit Bentleius; inde Cuning. San. Wakef. [Bodon.: *Ad hoc.*] 88 * *at a me* Vr. G.

96 *onustos.* 97 *nolim.*

Et comes alter; uti ne solus rusve, peregreve
Exirem: plures calones, atque caballi
Pascendi; ducenda petorrita. Nunc mihi curto
Ire licet mulo, vel, si libet, usque Tarentum;
Mantica cui lumbos onere ulceret, atque eques armos.
Obiiciet nemo sordes mihi, quas tibi, Tilli,
Quum Tiburte via praetorem quinque sequuntur
Te pueri, lasanum portantes, oenophorumque.
Hoc ego commodius, quam tu, praeclare senator,
Millibus atque aliis, vivo. Quocumque libido est,
Incedo solus: percontor quanti olus, ac far:
Fallacem Circum, vespertinumque pererro
Saepe Forum: adsisto divinis; inde domum me
Ad porri, et ciceris refero, laganique catinum.
Cena ministratur pueris tribus; et lapis albus

102 *peregre aut.*

104-105 * *mulo-curto* Vr. I. 109 *lasanum portantes, oenophorumque.* Lasanum, iuxta Acronem, vas, in quo exoneratur venter; id est, in quo ventrem purgamus, inventum ad requisita naturae. Oenophorum, vas aquae ad lavandum. De utroque Petron. c. 41.: *Ab hoc ferculo Trimalchio ad lasanum surrexit.* c. 47.: *Et medici vetant continuere; vel, si quid plus venit, omnia foras parata sunt: aqua, lasanum, et cetera minutalia.* 111 *Millibus* mss. et editiones ante Lambinum, qui emendavit *multis;* non advertens, veteres etiam declinasse adiectivum *mille;* quod notarunt Cruq., et Baxterus.

112 * *aut far* Vr. G. K.

113 *vespertinusque.* 116 *lapis albus.* Vulgo Interpretes locum exponunt de mensa marmorea simpliciter, non intellecto antiquorum usu. Est engytheca, seu *basis vasorum collocandorum causa parata*, ut ait Iavolenus in l. 100. §. 3. ff. de Legat. 3.; *abacus* dicta Sidonio carm. XVII. 7. seq.: *Nec per multiplices abaco splendente ca-*

Pocula cum cyatho duo sustinet: adstat echinus,
Vilis cum patera guttus, Campana supellex.
Deinde eo dormitum; non sollicitus, mihi quod cras
Surgendum sit mane; obeundus Marsya, qui se 120

vernas, *Argenti nigri pondera defodiam;* ubi Savarus notat, abacos, id est Delphicas fuisse multiforatiles, in quarum foraminibus, quae cavernas Sidonius vocat, pocula collocabantur; splendoris, et ornamenti causa. Sed in hoc errat Savarus; non enim hac de causa; verum, quia stare per se nequibant pocula, fundo eorum sphaerico, non plano, ut in nostris, basi inserebantur. Talia videntur pocula, seu calices antiqui vitrei, apud Winkelm. Stor. delle arti del dis. tom. 1. p. 35. et 42. editionis meae; et in picturis prope Lateranum detectis anno 1780., apud Cassinum tab. VII. Hanc basim, seu engythecam, sustinebat parvula tabula marmorea, saltem in aliquibus, illi similis, quam legimus in marmore apud Castilion. Observ. in crit. dec. III. p. 157. et apud Grut. p. 48. 1. dono datam Herculi CRATERAM. ARGYROCORYNTHIAM. CVM. BASI. SVA. ET. HYPOBASI. MARMOREA. Plura de engytheca dabunt Athen. V. 8. Festus v. Incitega, ubi Scaliger, Du Cange v. Enceteria, Bonarot. Vetri cemet. p. 213. Venut. Diss. supra i colli vin. in Act. Acad. Cortonens. tom. 1. p. 83. 117 *echinus*, nempe *concha salis*, supra sat. 3. 14.; *salinum* II. od. 16. 14.; quia fiebat *e conchis echinorum*, ut notat Acron ad II. od. 7. 23.; et Commentator Cruq.: *Echinum dixit vas salis*, *in modum echini marini.* Alii legunt *echino* ex paucis mss., et inter recentiores Baxt. Gesn. Combe. Sed inepta sunt, quae hic adnotant Lambinus, Cruquius, cui locus obscurus est, et ipso echino spinosior, cum propter variam interpunctionem; tum propter ignorationem, et usum vasorum in mensis antiquorum; Baxterus, Gesnerus, alii. Salini mentio ab Horatio omitti non poterat, ut patet ex aliis adductis locis: et quia salinum omnium mensis accedebat; non tantum ob id, quod sal inter praecipua ciborum condimenta erat; sedet quia salino apposito sacra habebatur

Vultum ferre negat Noviorum posse minoris.
Ad quartam iaceo; post hanc vagor, aut ego lecto,
Aut scripto, quod me tacitum iuvet; ungor olivo,
Non quo fraudatis immundus Natta lucernis.
Ast ubi me fessum Sol acrior ire lavatum
Admonuit, fugio Campum, lusumque trigonem.
Pransus non avide, quantum interpellet inani
Ventre diem durare; domesticus otior. Haec est
Vita solutorum misera ambitione, gravique.
His me consolor victurum suavius, ac si
Quaestor avus, pater atque meus, patrusque fuisset.

mensa. Arnobius Adv. Gentes lib. 2 p. 91. edit. Lugd. Bat. 1651.: *Sacras facitis mensas salinorum appositu, et simulacris Deorum?* Bene Cannegiet. Monument. Dodenwerd. c. 6. p. 235. Hinc etiam patera, et guttus. Vid. IV. od. 5. 34.

124 *Natta* mss. omnes nostri, et fere omnes priscae editiones ante Aldum 1509. 1519., ubi *Naca*, et in nota ad edit. Argent. 1514.; inde *Nacca* Marsil. Baxt. Combe, pro vili aliquo fullone, ficto nomine; sed iam refutaverat Cruquius, notans, ab Horatio sordidum aliquem Romanum innui, ut habet Commentator Cruq. Acron, et Porphyrio; eumque non ignobili familia. Meminit Cicero pro L. Mur. 35. L. Nattae, privigni ipsius Murenae; et statuae Nattae, de Divin. II. 20. 21. 125 * *Aut ubi* Vr. G.

126 *fugio Campum, lusumque trigonem* Bentl. ex ms. Blandiniano apud Cruq., contra alios mss. omnes, et priscas editiones; etiam contra Acronem, et Porphyr.; sed probat. Sequitur Cun. Baxt. San. Phil. Valart, qui adducit alium ms., Oberl. Combe, Wakef. Al. *fugio rabiosi tempora signi.* 127 * *interpellat* V. D. I. M.a 1. m. N. Vr. K. 130 *victurus.* 131 *fuisset* Vr. C. G. Ch. B. a 2. m. An. B. Va. A., alii mss. apud Bentl. Val. Combe, edd. Venn. 1483. 1490. Loch.; restituit Bentl., a quo Cun. Baxt. San. Val. Oberl. Combe, Wakef. Stylus. Horatianus Vid. supra sat. 4. 15. Al. *fuissent.*

SATYRA VII.

Rupilii, et Persii rixam facete describit.

Proscripti Regis Rupilî pus, atque venenum,
Hybrida quo pacto sit Persius ultus, opinor
Omnibus et lippis notum, et tonsoribus esse.
Persius hic permagna negotia dives habebat
Clazomenis; etiam lites cum Rege molestas:
Durus homo, atque odio qui posset vincere Regem;
Confidens, tumidusque: adeo sermonis amari,
Sisennas, Barros ut equis praecurreret albis.
Ad Regem redeo. Postquam nihil inter utrumque
Convenit; (hoc etenim sunt omnes iure molesti,
Quo fortes, quibus adversum bellum incidit. Inter
Hectora Priamiden, animosum atque inter Achillem
Ira fuit capitalis, ut ultima divideret mors,
Non aliam ob caussam, nisi quod virtus in utroque
Summa fuit. Duo si discordia verset inertes;
Aut si disparibus bellum incidat, ut Diomedi
Cum Lycio Glauco; discedet pigrior, ultro
Muneribus missis) Bruto praetore tenente
Ditem Asiam, Rupilî et Persî par pugnat; uti non
Compositum melius cum Bitho Bacchius. In ius

6 *Dirus homo* edit. Ven. 1481. 6 *posset qui* Cuning. ex ingenio. 9 *nil inter* Cun. 12 *animosumque inter*. 15 *verset* Bentl. ex mss. Lambini; inde Cun. San. Phil. Val. Wakef. * *vexet inermes* Vr. I. 16 * *incidit* Vr. B. a 2. m. 17 *discedat pulchrior*. 20 *Compositum* V. C. Vr. B. Ch. A. a 1. m., alii mss. apud Bentl., qui praefert *compositi* ex alio ms., Porph. ms. Ch., Cun. Sanad. Phil. Val.

Acres procurrunt, magnum spectaculum uterque.
Persius exponit caussam; ridetur ab omni
Conventu: laudat Brutum, laudatque cohortem:
Solem Asiae Brutum appellat; stellasque salubres
Appellat comites, excepto Rege; canem illum,
Invisum agricolis sidus, venisse: ruebat
Flumen ut hibernum, fertur quo rara securis.
Tum Praenestinus salso, multoque fluenti,
Expressa arbusto regerit convicia; durus
Vindemiator, et invictus; cui saepe viator
Cessisset, magna compellans voce cuculum.
At Graecus, postquam est Italo perfusus aceto,
Persius exclamat: per magnos, Brute, Deos te
Oro! qui reges consuesti tollere, cur non
Hunc Regem iugulas? Operum hoc, mihi crede, tuorum est.

SATYRA VIII.

Canidiae, et Saganae veneficia describit ac detestatur,

Olim truncus eram ficulnus, inutile lignum:

Wakef. *Compositum* amoverunt Baxt. Gesn. Oberl. Combe; sed vulgatum *Compositus* aliorum mss. non improbat Bentleius. 20 *Bito*, *Bico;* sed communius in mss. et editis *Bitho;* est enim *Bithus*, ut notat Bentleius, in marmoribus occurrens nomen apud Grut. p. 702. 12. Malvas. Marm. Fels. p. 21.; ut et *Bachius* apud eumdem Grut. p. 903. 12. 21 *Acres concurrunt.* 28 *multoque* Vr. G. a 1. m. Ch. B. Va. C., alii mss. apud Torr. Talb. Bentl. Val., Porphyrio. Bentleius restituit; inde Cun. Baxt. San. Val. Oberl. Combe, Wakef. Al. *multumque. Mustoque* coniiciebat Dan. Heins., et magnos fautores reperit; sed refutat idem Bentleius.

30 * *et invicto* Vp. F. 32 * *percussus aceto* Vr. G.

Quum faber, incertus scamnum, faceretne Priapum;
Maluit esse Deum. Deus inde ego, furum, aviumque
Maxima formido; nam fures dextra coercet,
Obscaenoque ruber porrectus ab inguine palus.
Ast importunas volucres in vertice arundo
Terret fissa; vetatque novis considere in hortis.
Huc prius angustis eiecta cadavera cellis
Conservus vili portanda locabat in arca:
Hoc miserae plebi stabat commune sepulcrum,
Pantolabo scurrae, Nomentanoque Nepoti.
Mille pedes in fronte, trecentos cippus in agro

2 * *faceretve* Va. A. 3 * *unde ego* Va. A.

7 * *fissa.* Ita lego pro vulgata *fixa.* *Scissa* Vp. D. ex glossemate, quod supponit in textu *fissa.* *Scixa* Vr. E. a 1. m. *fixa* a 2. Arundine ostiarii monebant accedentes. Petron. c. 134.: *Arundinem ab ostio rapuit: iterumque nihil respondentem mulcavit; ac, nisi primo ictu arundo quassata verberantis ictum minuisset; forsitan etiam brachia mea, caputque fregisset.* Seneca de Const. sap. c. 14.: *Ille pusilli animi est, qui sibi placet, quod ostiario libere respondit; quod virgam eius fregit.* Haec *fissa*, seu *scissa* erat, ut concussa strepitu ipso terreret. Propert. IV. el. 7. 21.: *Nec crepuit fissa, me propter, arundine custos:* ubi eadem varietas in mss. et editis *fissa*, et *fixa;* quae pariter in Virg. IX. Æ. 413. Ovid. X. Met. 512. Vide, quae fuse notat Burmannus ad eumdem Propertii locum. 7 * *insistere* Vq. D. *consistere* V. K. a 1. m. Vr. K. Vp. A. 9 * *vilis* Vr. G. a 1. m. Vp. C. a 2. m.

11 *Pantalabo*, vel *Pantalabro.* 11 *Nomentanoque.* Vid. II. sat. 8. 23. 12 *in agro.* Formula sepulcralis, quae passim in marmoribus scriptis occurrit, apud Gruterum, aliosque. Al. *in agrum.* Ut plurimum in marmoribus formula legitur his notis: IN FR. IN AG. vel AGR.; sed passim etiam explicite IN FRONTE IN AGRO. Vid. prae ceteris Fabrett. p. 176. seqq. Indicat terminos sepul-

Hic dabat: heredes monumentum ne sequeretur.
Nunc licet Exquiliis habitare salubribus, atque
Aggere in aprico spatiari; quo modo tristes
Albis informem spectabant ossibus agrum.
Quum mihi non tantum furesque, feraeque suetae
Hunc vexare locum, curae sunt, atque labori;
Quantum carminibus quae versant, atque venenis,
Humanos animos: has nullo perdere possum
Nec prohibere modo, simul ac vaga Luna decorum
Protulit os, quin ossa legant, herbasque nocentes.
Vidi egomet nigra succinctam vadere palla
Canidiam, pedibus nudis, passoque capillo,
Cum Sagana maiore ululantem: (pallor utrasque

cro addictos, in fronte, quae respiciebat viam; in agro alia latera versus contiguum agrum, in quo sepulcrum exstructum. Apud Petronium, si recte se habet, c. 71. *in agrum* legitur: *Praeterea ut sint in fronte pedes centum, in agrum pedes ducenti. Omne genus etiam pomorum volo sint circa cineres meos, et vinearum largiter. Valde enim falsum est, vivo quidem domos cultas esse: non curari eas, ubi diutius nobis habitandum est; et ideo ante omnia adiici volo:* HOC. MONVMENTVM. HEREDEM. NON. SEQVATVR. 13 *sequeretur.* Eadem formula aeque frequens in marmoribus scriptis. Al. *sequerentur.* 14 *Exquiliis.* Vid. epod. od. 5. 100. 15 *qua* legit Bentl. invitis licet codicibus; eum sequuntur Cun. San. Zeun. Sed *qua* est, per quem locum; *quo* est, quo loci. Cic. contra Ant.: *Ut non esset locus tam sanctus, quo non adventus tuus crimen afferret.* 16 * *deformem* Vp. C. 17 * *feraeque solutae* V. G. 18 * *curae sint* V. C. Vp. C.

19 *vexant* V. B. Vr. I. Vp. D. F., alii mss. apud Burm. ad Ovid. II. Amor. 2. 29., et Combe. Vid. II. od. 9. 3.

20 * *Humanas animas* V. G. 21 *sparsoque* Vr. G. I.

Fecerat horrendas adspectu) scalpere terram
Unguibus, et pullam divellere mordicus agnam
Coeperunt: cruor in fossam confusus; ut inde
Manes elicerent animas, responsa daturas.
Lanea et effigies erat; altera cerea: maior
Lanea, quae poenis compesceret inferiorem.
Cerea suppliciter stabat, servilibus ut quae
Iam peritura modis. Hecaten vocat altera, saevam
Altera Tisiphonen. Serpentes, atque videres
Infernas errare canes; Lunamque rubentem,
Ne foret his testis, post magna latere sepulcra.
Mentior at si quid, merdis caput inquiner albis

Vp. C. a 2. m., alii mss. apud Val. Combe; ex glossemate. 27 * *divergere* V. E. *devellere* Vr. A. a 2. m. E. 27 *morsibus* ms. apud Combe. 28 *Coepere* Cun ex ingenio. 28 * *in fossa* Vr. G. *confossus* V. C. Vr. A. *diffusus* ms. apud Combe. 29 *Manes elicerent animas, responsa.* Sic distinguas; ut sint *animae manes*, id est *bonae: Manum enim antiqui bonum dicebant*, ut notat Serv. ad Virg. I. Æ. 139. III. 63.; et Apuleius, vel alius, apud eumdem Servium: *Manes, animae dicuntur melioris notae.* Festus v. *Manes.* Hinc in marmore apud Guther. de Iure Man. II. 16., et apud Grut. p. 786. n. 5.: ANIMAE. SANCTAE. COLENDAE . . . PETO. VOS. MANES. SANCTISSIMI. Praeter laudatum Gutherium, vide etiam Vossium Etym. v. Manes. Al. *Manes elicerent, animas.* 32 *ut quae* V. M. Vr. A. E. H. I. a 2. m. Ch. A. Va. C. Ba. A., alii mss. apud Pulm. Torr. Talb. Bentl., qui revocavit in textum; inde Cun. San. Val. Phil. Wakef. * *atque ut* V. D. Al. *utque.* Tacit. H. H. 71. de fugitivo quodam loquens: *Sumptum de eo supplicium in servilem modum.* Et IV. 11. de Asiatico Vitellii liberto: *Asiaticus malam potentiam servili supplicio expiavit.* Ut Psyche repraesentatur in Sarda Musei Florentini, apud Gorium tom. 1. tab. 79. 6.; flexis genibus, manibus post terga revinctis,

Corvorum; atque in me veniat mictum, atque cacatum
Iulius, et fragilis Pediatia, furque Voranus.
Singula quid memorem? quo pacto alterna loquentes
Umbrae cum Sagana resonarent triste, et acutum?
Utque lupi barbam variae cum dente colubrae
Abdiderint furtim terris; et imagine cerea
Largior arserit ignis; et ut, non testis inultus,
Obruerim voces Furiarum, et facta duarum?

tunica induta. 38 *veniant* V. A. I. K. Ch. B., edit. Flor. 1482. Ceteri mss. nostri, et aliae veteres editiones, *veniat;* quam lectionem merito restituit Bentleius ex mss. Pulm., et suis contra Lambinum. Sequuntur Cun. Baxt. San. Gesn. Val. Oberl. Combe, Wakef. Vide supra sat. 4. 132.

39 *Pedacia*, *Pedatia.*

40 * *alterna sequentes* Vr. B. a 1. m. 40 * *Qui memorem* V. N. 41 *resonarint* Bentleius ex ingenio contra mss. omnes, et editiones; ut cum sequentibus congruat, *Abdiderint*, *Arserit*, *Horruerim;* quippe, ait, tempus perfectum necessario requiritur. Immo imperfectum requiritur; quia umbrae, et Sagana alterne loquebantur per tempus continuatum, non finitum; id est saepius, non una vice; ut in aliis exemplis, ideo modi praeteriti. Bentleium sequuntur Cun. Baxt. San. Phil. Gesn. Oberl. Combe, Wakef.

43 * *Addiderunt* V. D. 43 * *ut imagine* Ch. A. a 2. m.; et ita coniicit Cun. in nota. 45 * *Obruerim voces* Vr. G. Per metaphoram, dissipaverim, confuderim, exturbaverim, compresserim, ut contextus exigit: et proprie, atque significanter dictum; pro vulgato *horruerim.* Cicero II. de Fin. 32.: *Nec enim absolvi beata vita sapientis, nec ad exitum perduci poterit, si prima bene ab eo consulta, atque facta, ipsius oblivione obruentur.* In Somnio Scip. c. 7.: *Sermo autem omnis ille et angustiis cingitur his regionum, quas vides; nec umquam de ullo perennis fuit; et obruitur hominum interitu, et oblivione posteritatis extinguitur.* Priapus de maleficis illis vindictam su-

Nam, displosa sonat quantum vesica, pepedi,
Diffissa nate, ficus: at illae currere in Urbem;
Canidiae dentes, altum Saganae caliendrum
Excidere; atque herbas, atque incantata lacertis
Vincula, cum magno risuque, iocoque videres.

SATYRA IX.

Molesti cuiusdam hominis importunam loquacitatem describit.

Ibam forte Via sacra, sicut meus est mos,
Nescio quid meditans nugarum; totus in illis:
Accurrit quidam, notus mihi nomine tantum;

mens, ut testis non inultus, etsi alias perdere antea nullo modo potuisset; has dissipavit, earumque opera obruit solo ventris crepitu. Voces, et facta illarum, non horrore commovere Deum debebant, ut refugeret; sed ad iram provocare, et ad vindictam deridiculam spectatoribus. 45* *ac facta* Vp. F.; et ita legit Cun. ex ingenio. *et fata* Vr. A. a 1. m., alii mss. apud Combe, edit. Ven. 1479. * *et dicta* Vr. I. 47 *Diffisa* V. D., edit. Argent. 1514. Basil. 1527.; et ita Cun. * *Discissa* Vp. A. *Difissa* Vr. A. *Difusa* V. I. a 1. m. *Defissa* a 2. m.

1 *Ibam ut forte* Bentl. inepte. 1 *sicut meus est mos.* Haec verba referantur ad sequentia; tum quia cum praecedenti *forte* stare nequeunt; tum quia hic Horatii mos, meditandi inter vias, confirmatur ex II. epist. 2. 70. seq.

2 *et totus* V. A. Vp. A. Ba. A., alii mss. apud Pulm.; ita Dacer. Baxt. Val. Gesn. Oberl. Combe; superflue, et inelegantius. 3 *Accurrit* V. A. K. Vr. E. H. I. a 1. m. Vp. A. Ch. A. An. B. Ba. A., alii mss. apud Pulm. Lamb. Cruq. Talb. Val. Combe, edit. Princ. Med. 1476. 1477. Venn. 1479. 1481. 1483. 1490. 1492. 1495. 1509. Flor. 1482. Aldus 1501. Argent. 1514. Frib. 1536. H. Steph. Lamb. Cruq.

Arreptaque manu: quid agis, dulcissime rerum? 4
Suaviter, ut nunc est, inquam; et cupio omnia, quae vis.
Quum adsectaretur: num quid vis? occupo. At ille:
Noris nos, inquit; docti sumus. Hic ego: pluris
Hoc, inquam, mihi eris. Misere discedere quaerens,
Ire modo ocius, interdum consistere, in aurem
Dicere nescio quid puero: quum sudor ad imos 10
Manaret talos, o te, Bolane, cerebri
Felicem! aiebam tacitus. Quum quidlibet ille
Garriret; vicos, Urbem laudaret; ut illi
Nil respondebam: misere cupis, inquit, abire,

Pulm. Torr. Talb. Chab. Dan. Heins. Desprez, Dacer. Bond, Bentl. Cuning. Baxt. San. Phil. Val. Gesn. Oberl. Combe, Wakef. Hoc certe verbum, ut notat Talbot, officioso, atque importuno magis convenit, quam *Occurrit* aliorum mss., et aliquot editorum inde ab Iunta 1503. Aldo 1519. Basill. 1527. 1531. 1580. Dion. ab Harsio Lugd. 1538. Venn. 1552. 1573. Gryph. 1566. Mur., aliorumque paucorum. 3 *Quidam.* Huiusmodi praedeambulatores vulgari ioco *Sacravienses* dictos, putat Baxterus; sed ii sunt *Sacravienses* iuxta Festum v. *October equus*, qui in Sacra via habitabant; praesertim artifices, dicti *a Sacra via* in marmoribus; quos recensuit Martorell. de Reg. Theca calam. pag. 248. Alia dabit Walchius in Act. Societ. Ienens. vol. IV. p. 60. seqq.

8 * *cupide discedere* V. A. a 2. m. 9 * *in aure* V. D.

11 *Bolane* V. A. B. E. M. Vr. A. D. F. H. Ch. B. An. A. Ba. B., alii mss. apud Torr. Apud Grut. p. 66. n. 2. p. 128. n. 5. p. 163. n. 7. est *M. Vettius Bolanus*, consul anno post C. N. 111.; et *Sextus Bolanius Quintianus* pag. 170. 1.; a Cicerone ad Fam. XIII. 77. memoratur *M. Bolanus*; alter *Bolanus* a Statio Silv. V. 2., alius a Tac. II. H. 65. XV. A. 3. *Bollane* in aliis mss. et editis. *Bolanus* a Bola, Aequorum urbe, de qua Virg. Plin., aliique apud Cluver. Ital. ant. lib. 2. c. 16. p. 782.

Iamdudum video: sed nil agis: usque tenebo;
Persequar. Hinc, quo nunc iter est tibi? Nil opus est te
Circumagi: quemdam volo visere, non tibi notum,
Trans Tiberim: longe cubat is, prope Caesaris hortos.
Nil habeo quod agam, et non sum piger; usque sequar te.
Demitto auriculas, ut iniquae mentis asellus,
Quum gravius dorso subiit onus. Incipit ille:
Si bene me novi, non Viscum pluris amicum,
Non Varium facies: nam quis me scribere plures,
Aut citius possit versus? quis membra movere
Mollius? invideat quod et Hermogenes, ego canto.
Interpellandi locus hic erat: est tibi mater?
Cognati, quis te salvo est opus? Haud mihi quisquam:
Omnes composui. Felices! nunc ego resto.
Confice; namque instat fatum mihi triste, Sabella
Quod puero cecinit divina mota anus urna:

16 *Persequar* V. A. B. C. D. K. N. Vr. A. a 2. m. C. E. G. H. Vp. A. D. Ch. B. Va. A. C. Ba. A. B., alii mss. apud Val., edit. Princ. Med. 1476. Venn. 1479. 1481. 1483. 1490. 1492. 1495. 1552. 1573. Flor. 1482. Basill. 1527. 1531. 1580. Frib. 1536. Dion. ab Harsio Lugd. 1538. Gryph. 1566. Lamb. Torr. Dan. Heins. Chab. Dacer. Baxt. Gesn. Oberl. Combe, innumerique alii. *Persequor* Vr. A. a 1. m., edit. Ven. 1509. *Prosequar* V. E. Vr. B. D. F. K. Vp. C. F. Ch. A. An. A. B., alii mss. apud Cruq. Bentl. Val., Aldus 1501. 1519. Iunta 1503. Argent. 1514. Frib. 1536.; reproduxit Bentl., inde Cun. San. Phil. Wakef. [Bodon.]: sed *prosequar* officiosius esset, quam contextus postulat in homine importuno: *persequar* est minarum praecedentium summa. Male etiam totum versum interpungunt. 20 * *ut mentis asellus iniquae* Va. A. 21 * *Dum gravius dorso.* Vp. F. 27 * *Quibus est te salvo opus* Vr. G. 28 * *compositi* Vp. D. 30 *mota divina anus* Bentl. ex coniectura Cruquii, et

Hunc neque dira venena, nec hosticus auferet ensis,
Nec laterum dolor, aut tussis, nec tarda podagra;
Garrulus hunc quando consumet cumque: loquaces,
Si sapiat, vitet, simul atque adoleverit aetas.
Ventum erat ad Vestae, quarta iam parte diei
Praeterita; et casu tunc respondere vadato
Debebat: quod ni fecisset, perdere litem.
Si me amas, inquit, paullum hic ades. Inteream, si
Aut valeo stare, aut novi civilia iura;
Et propero quo scis. Dubius sum, quid faciam, inquit,
Tene relinquam, an rem. Me, sodes. Non faciam, ille;
Et praecedere coepit. Ego, ut contendere durum
Cum victore, sequor. Maecenas quomodo tecum?
Hinc repetit. Paucorum hominum, et mentis bene sanae;

argutiis. Bene Dacer. exponit, *anus mota urna divina.* 34* *simul ac* V. I. a 1. m. Vr. B. G.

35 * *ad Vestam* Vr. F. Va. C. Vid. I. od. 2. 16. 36 * *casu tum* V. E. G. Vr. A. I. Vp. F. Ch. A. Va. A. 36 *vadatus* Laurenb. et Bentl. ex ingeniosis coniecturis, contra mss. et editores omnes, Acronem ipsum, nulla necessitate; quum ipse Bentleius fateatur, *vadatum* active, et passive sumi. Refutavit Dacer. Baxt. Gesn. Bentleium sequuntur, et male tuentur, Cuning. San. Phil. Wakef.

37 * *qui ni fecisset* V. G. 38 * *huc ades* Vr. I. Vp. A.

41 * *aut rem* Vr. I. 42-43 *durum Cum* V. A. M. Vr. H. Vp. C. sine *est:* melius. Ita et Bentl., et ab eo Cun. San. Wakef. 43 *tecum est?* Ch. A., et mss. 2. apud Val.

44 * *Hic repetit* Ch. B. a 2. m. Va. A. 44 * *hominum, mentis* V. E. *ut mentis* ms. apud Val. 48 *vivitur* Ch. B. a 1. m., et ex 3. mss. Bentleius; ab eo Phil. Val. Wakef. [Bodon.] *Isto non vivitur* Cun. ex ingenio: sequitur Sanad. *Vivimus*, cum aliis mss. et editoribus, rectius; quia

Nemo dexterius fortuna est usus. Haberes
Magnum adiutorem, posset qui ferre secundas,
Hunc hominem velles si tradere: dispeream, ni
Summosses omnes. Non isto vivimus illic,
Quo tu rere, modo: domus hac nec purior ulla est,
Nec magis his aliena malis; nil mî officit umquam,
Ditior hic, aut est quia doctior; est locus uni
Cuique suus. Magnum narras, vix credibile. Atqui
Sic habet. Accendis, quare cupiam magis illi
Proximus esse. Velis tantummodo, quae tua virtus,
Expugnabis: et est qui vinci possit; eoque
Difficiles aditus primos habet. Haud mihi deero:
Muneribus servos corrumpam: non, hodie si
Exclusus fuero, desistam; tempora quaeram:
Occurram in triviis; deducam. Nil sine magno
Vita labore dedit mortalibus. Haec dum agit; ecce
Fuscus Aristius occurrit, mihi carus; et illum
Qui pulchre nosset. Consistimus. Unde venis? et
Quo tendis? rogat, et respondet. Vellere coepi,

poeta de se, et de societate doctorum, et amicorum intelligit. 49 *non purior* ms. apud Combe. 50 *officit inquam* Bentl, ex aliquibus mss., quibus concinunt plures nostri, et aliorum; sequuntur Cun. San. Phil Wakef. [Bodon]. Sed cum Baxtero elegantiam non video, quam reperit Bentl. in voce *inquam*, praesertim toties repetita, ut recedamus a lectione *umquam* aliorum mss., et ipsius Acronis, et editorum usque ad Combe. Significantius etiam est dictum, ut indicet, nullo casu id evenire posse. 55 * *expugnabit* Vr. G. (sed ab eadem manu *expugnabis*) Va. A.

55 *poscit* I. Dousa; refutat Bentl. 55 *eo quod* V. K. a 1. m. Vp. C., edit. Med. 1477. 60 * *Haec dum ait* V. C. D. Vr. K. Vp. A. a 1. m. F. Ch. B. a 2. m. 62 * *unde venisset* Vr. C. Vp. A. Ch. B. *veniret* Vr. D. 63 * *Quo*

Et pressare manu lentissima brachia; nutans,
Distorquens oculos, ut me eriperet: male salsus
Ridens dissimulare; meum iecur urere bilis.
Certe, nescio quid secreto velle loqui te,
Aiebas, mecum. Memini bene; sed meliori
Tempore dicam: hodie tricesima sabbata: vin' tu
Curtis Iudaeis oppedere? Nulla mihi, inquam,
Relligio est. At mî: sum paullo infirmior, unus
Multorum: ignosces; alias loquar. Hunccine Solem
Tam nigrum surrexe mihi! Fugit improbus, ac me
Sub cultro linquit. Casu venit obvius illi
Adversarius: et, quo tu turpissime? magna
Inclamat voce: et, licet antestari? Ego vero

tendit Vr. C. D. Vp. A. 64 *pressare* V. A. B. C. G. I. K. N. Vr. B. a 1. m. C. D. E. F. G. K. Vp. A. Ch. A. B. a 1. m. Ba. A. An. A. Va. A., alii mss. apud Pulm. Lamb. Torr. Talb. Oberl. Lambinus restituit, sequitur Bond, fortasse solus. Praefero et ego vulgatiori *prensare*, quidquid dicant Cruquius, et Baxterus; utpote fortius, atque ad rem significantius; non enim *prensabat* ambitiose Horatius; sed *pressabat*; dissimulanter, et quasi latenter arrepta brachia lentissima, flexibilia, Aristii attrahebat, et tractim comprimebat: eo sensu, quo Virg. III. E. 18.: *Frustra pressabimus ubera palmis.* Propert. III. el. 17. 4.: *Et nova pressantes inquinet uva pedes.* Qui vellere coeperat, iam prehenderat.

68 *meliore* Vr. E. I. Va. C., alii mss. apud Pulm. Bentl. edit. Ven. 1490. Loch.; praetulit Bentl., ab eo Cun., ductus exemplis, quibus alia multa facile opponi possunt.

69 - *vis tu* Vp. D.; et ita Bentleius ex coniectura, invitis codicibus, ut ait. Vid. II. sat. 6. 92. 71 * *paulum* Vp. A. 73 * *Tam mihi surrexisse nigrum* An. A.

74 * *liquit* Va. C. 76 *Inclamat* V. M. Vr. D. F. H. Ch. B. Va. A, alii mss. apud Bersm. Bentl. Oberl., edit.

Appono auriculam: rapit in ius; clamor utrinque;
Undique concursus. Sic me servavit Apollo.

SATYRA X.

Suum de Lucilio iudicium tuetur, et quaedam scribendarum satyrarum praecepta adspergit.

Lucili, quam sis mendosus, teste Catone,
Defensore tuo, pervincam, qui male factos
Emendare parat versus. Hoc lenius ille,

Princ. Dan. Heins. Rutgers. Bentl., inde Cun. Sanād. Batt. Val. Wakef. Lucretianum verbum III. 967.: *Non merito inclamet magis, et voce increpet acri.* Et apud Plautum, Ciceronem, Livium, Ovidium, Plinium, A. Gellium V. 9., alios. Al. *exclamat, adclamat.* 76 *licet antestari?* Formula iuris etiam apud Plautum Curcul. V. 2., et late Brissonius de Form. l. 5. princ. p. 366. 77 * *Appono* V. G. Vr. I. Vix ex his duobus mss. vera eruitur lectio, quae hucusque fugit Interpretes; etsi altera vulgata *Oppono* stet sensu rei, et menti auctrois opposito. Qui enim opponit, renuit, resistit; ut notum, et vide I. od. 11. 5. III. od. 26. 7. 8. epod. 3. 21. II. sat. 2. 136. sat. 5. 94. 95. Atqui testis, interrogatus, praebebat aurem, quam velleret actor; eamque Horatius ei *ultro, libenter obtulit;* ut exponit Acron, et patet ex contextu. *Est in aure ima,* inquit Plinius H. N. X. 41. *memoriae locus, quem tangentes antestamur.* Muretus Var. lect. XII. 4. se vidisse scribit aureos nummos, in quibus viri duo insculpti erant, quorum unus alteri aurem vellebat: in orbem autem scriptum erat, MNHMONEYE, *memento.* Item testatur Lipsius Epistolic. quaest. lib. 5. n. 26. de lapillo, in quo sculptum caput, et manus aurem atterens, cum eadem allata inscriptione. Sic emendant eruditi apud Catonem de Re rust. c. 157. *apponito*, pro *opponito;* et apud A. Gell. VII. 9. *apponitur*, pro *opponitur*, ad mss. codices, et ad sensum.

Est quo vir melior: longe subtilior illo,
Qui multum puer et loris, et funibus udis
Exhortatus, ut esset, opem qui ferre poetis
Antiquis posset contra fastidia nostra,
Grammaticorum equitum doctissimus. Ut redeam
illuc:

Nempe incomposito dixi pede currere versus
Lucilî: quis tam Lucilî fautor inepte est,
Ut non hoc fateatur? At idem, quod sale multo
Urbem defricuit, charta laudatur eadem.
Nec tamen hoc tribuens, dederim quoque cetera; nam sic
Et Laberî Mimos, ut pulchra poemata, mirer.
Ergo non satis est, risu diducere rictum
Auditoris; et est quaedam tamen hic quoque virtus.

4 *ille* Vr. F. 6 *Exhortatus* V. A. I. Vp. A. D. An. A. a 1. m. Va. A., edit. Princ. ms. *Exoratus* V. G. Vr. C. D. K. Ba. B. 8 *illic* V. A. a 2. m. Octo versus, quos praefixos habet haec satyra, an Horatii vere sint, dubium: convenit tamen inter omnes emunctae naris criticos, praeter Lambinum, antiquitatem eos sapere, ac Horatianum stilum redolere. Idcirco nos quoque cum Gesnero, atque aliis, hìc adiiciendos eos putamus. Habentur in mss. nostris V. A. G. I. Vr. C. D. F. K. Vp. A. D. F. a 2. m. An. A. a 2. m. Ba. B. Va. A., et in editione Principe Bibliothecae Vaticanae, ubi scripti ab antiqua manu; et ex codice vetustissimo, dicuntur. Impressi fuerunt in prima Zaroti; inde in alia Mediol. 1486., ab Aldo 1501. Iunta 1503. Argent. 1514., et ab aliis sive in contextu, sive in notis, usque ad Combe. [Parmenses omiserunt.] Plura addit laudatus Gesnerus.

2 * *inepti est* Vr. E. a 1. m. 3 * *non haec* V. D. 5 *num sic, non sic, nec sic.* 7 * *deducere* Vr. G. Vp. A. 8 * *haec*

Est brevitate opus, ut currat sententia; neu se
Impediat verbis lassas onerantibus aures.
Et sermone opus est modo tristi, saepe iocoso;
Defendente vicem modo rhetoris, atque poetae;
Interdum urbani, parcentis viribus, atque
Extenuantis eas consulto. Ridiculum acri
Fortius et melius magnas plerumque secat res.
Illi, scripta quibus comoedia prisca viris est,
Hoc stabant, hoc sunt imitandi; quos neque pulcher
Hermogenes umquam legit, neque simius iste,
Nil praeter Calvum, et doctus cantare Catullum.
At magnum fecit, quod verbis Graeca Latinis
Miscuit. O seri studiorum! quine putetis
Difficile, et mirum, Rhodio quod Pitholeonti
Contigit? At sermo, lingua concinnus utraque,
Suavior, (ut Chio nota si commixta Falerni est)
Quum versus facias. Te ipsum percontor, an et quum
Dura tibi peragenda rei sit caussa Petilli,
Scilicet oblitus patriaeque, patrisque; Latine

quoque Vp. A. 11 * *tristi modo* An. A. 13 * *urbane* Vr. A. a 1. m. 15 * *ac melius* Vp. F., et ita Cun. ex ingenio.

19 * *Calvum, doctus* Vr. H. a 1. m. 20 * *Ac magnum* Vr. A. a 1. m. 20 *verbis quod* Cun. ex aure sua. 21 *putatis* V. A. I. Vr. F. a 2. m. Va. A., Aldus 1501. Iunta 1503. edit. Ven. 1509. 25 *et an cum* Vp. A., et ita mss. apud Cruq. 27 *patriae patrisque* Vr. E. Vp. A. 27 *Latine* ex duobus mss. Lambinus; inde Cruq. Turneb. Advers. XIV. 19., Torr., qui nihilominus asserit, veteres libros omnes habere *Latini*; Talb. Baxt. Cun. San. Batt.; ex aliis 4. mss. Val. *patrisque Latini* aliorum mss. et editionum, defendunt Mur. Desprez, Dacer. D. Heins. Bentl. Gesn.; sequuntur Phil. Oberl. Combe, Wakef. [Bod.] Lambinus hac adducitur ratione, quod *Latine* ad

Quum Pedius caussas exsudet, Poplicola, atque
Corvinus; patriis intermiscere petita
Verba foris malis, Canusini more bilinguis?
Atqui, ego quum Graecos facerem, natus mare citra,
Versiculos, vetuit me tali voce Quirinus,
Post mediam noctem visus, quum somnia vera:
In silvam non ligna feras insanius, ac si

verbum *exsudet* pertineat. Sed nemo rem tangit. *Latine* quidem legendum puto; quia hic est totius contextus sensus. Tu, inquit Horatius, oblitus patriae, et patris tui, qui Latine loquebatur; qui te loqui Latine docuit; quin etiam, dum Pedius, Poplicola, atque Corvinus caussas *exsudant Latine;* id est, anxie solliciti sunt, ne ullam, in caussis perorandis, extranearum vocum admixtionem sibi permittant; tu solus, seu primus, defendens caussam rei Petillii, (de quo supra sat. 4. 94.) in linguam patriam verba Graeca inferre, atque adeo illa intermiscere velis, ut videaris ore bilingui loqui, more Canusinorum? Hoc non admittebat poeta noster, nisi caute, et parce. Vid. de Arte poet. 46. seqq. Bentleius plane abutitur eruditione, quum de *patre Latino*, de quo Virg. VII. Æ. 61., hìc agi, probare conatur; quodque Gesnerus exponit, *patris Latini*, id est, originis ab illo rege, cuius et nomen debet commendare linguam. Rem quam alte repetunt! Mitto ceteras Bentleii argutias in *caussas*, quae post nostram expositionem evanescunt. Longe etiam a vero aberrat San., qui legere amaret *patrumque*, nempe avorum: sensu plane opposito poetae, qui de patre immediate praecedenti tantum intelligit. 28 *exsudat* Vp. A., mss. duo apud Bentl., et ita Zar. 31 *Atqui ego* Vr. G., mss. duo apud Combe; ita dedit Lambinus, nulla auctoritate, Gryph. 1566., et Cruquius; inde Bentleius eorum exemplo, et ex uno ms.; deinde Cun. San. Val. Wakef. Al. *Atque ego.* 32 *vetuit tali me* Bentl. ex uno ms. et ex auribus suis; licentius adhuc Cun. ex ingenio, *tali vetuit me voce.* 33 *Post mediam visus noctem* Cun. more solito. 34 *insanior* Cun.

Magnas Graecorum malis implere catervas.
Turgidus Alpinus iugulat dum Memnona, dumque
Defingit Rheni luteum caput; haec ego ludo,
Quae neque in aede sonent certantia, iudice Tarpa;
Nec redeant iterum, atque iterum spectanda theatris.
Arguta meretrice potes, Davoque Chremeta
Eludente senem, comis garrire libellos
Unus vivorum, Fundani: Pollio regum
Facta canit, pede ter percusso: forte epos acer,
Ut nemo, Varius ducit: molle, atque facetum
Virgilio annuerunt gaudentes rure Camenae.
Hoc erat, experto frustra Varrone Atacino,

35 *Graiorum* San. 37 *Defingit* V. D. E. M. Vr. B. G. I. a 2. m. Vp. A. F. Ch. B. a 2. m. An. A. a 2. m. Va. A. C., Porph., edit. Princ. Med. 1476. Venn. 1479. 1481. 1483. 1490. 1492. 1495. Aldus 1501. 1519. Basill. 1527. 1531. Frib. 1536. Dion. ab Harsio 1538. Gryph. 1566. Lamb. Cruq. Bentl. Cun. Baxt. San. Gesn. Phil. Val. Oberl. Combe, Wakef. Al. *Diffingit*, *Defigit*, *Depingit* in mss. et editis. Sed *defingit*, ironice, in poemate Alpinus caput luteum fluminis Rheni personificati; translate a sculptoribus, qui creta *defingunt*, *fingunt*, seu *formant* prius opera, quae postea aere fundunt, vel marmore sculpunt. Exemplum videas in anaglypho Villae Albanae apud Wink. Mon. ant. 186., Storia etc. t. 2. p. 5. Marini Inscr. Alb. p. 96. Plura de verbo *Defingo* dedi in Observationibus ad Virg. p. 87.

38 *quae neque* V. C. E. G. Vr. B. I. Vp. A. Ch. A. B., alii mss. apud Bentl. Oberl. Combe, edd. Venn. 1479. 1481. 1483. 1490. 1495. 1514. Flor. 1482. Bad. Ascens. Bentl., ab eo Cun. San. Val. Al *quae nec*, durius. 38 *in aede*. Vid. Carm. sec. 65. 39 *spectata*. 41 *comes*. 44 *Varius dictu molle* V. G. Vr. D. G., alii mss. apud Turn. Advers. XVIII. 11. *ductu molle* Vr. C., alii mss. apud Cruq. Combe, et ita Cun. *Varius dicit* Vp. A. C., alii mss. apud Pulm. 45 *annuerint*, *annuerant*.

Atque quibusdam aliis, melius quod scribere possem,
Inventore minor: neque ego illi detrahere ausim
Haerentem capiti cum multa laude coronam.
At dixi, fluere hunc lutulentum; saepe ferentem
Plura quidem tollenda relinquendis: age, quaeso
Tu nihil in magno doctus reprehendis Homero?
Nil comis tragici mutat Lucilius Accî?
Non ridet versus Ennî gravitate minores?
Quum de se loquitur, non ut maiore reprensis?
Quid vetat, et nosmet Lucilî scripta legentes,
Quaerere num illius, num rerum dura negarit
Versiculos natura magis factos, et euntes
Mollius; ac si quis, pedibus quid claudere senis,
Hoc tantum contentus, amet scripsisse ducentos
Ante cibum versus, totidem cenatus? Etrusci
Quale fuit Cassî rapido ferventius amni
Ingenium: capsis quem fama est esse, librisque
Ambustum propriis. Fuerit Lucilius, inquam,
Comis, et urbanus; fuerit limatior idem,

47 *possim, possum.* 49 *cum multa* V. B. C. D. G. Vr. C. D. E. F. K. Ch. A. Va. C., alii mss. apud Pulm. Torr. Talb. Bentl. Oberl. Combe, edit. Princ. Med. 1476. 1477. Venn. 1479. 1481.; probat Bentleius. Al. *multa cum.* 51 *age, quaero* Vr. E. G. I., alii mss. ap. Pulm. Combe. 52 *reprendis.* [Bod.]

53 *Acti, Atti.* 54 *Num ridet* V. D. Vp. A., alius. ms. apud Combe. 56 *Quis vetat* Vr. G., alius ms. apud Combe.

58 * *magis comptos* Vr. F. *magis altos*, vel *aptos* mss. apud Combe 59 *ac si* V. B. D M. Vr. A. C. D. E. K. Vp. F. Ch. A. a 1. m. Va. A., alii mss. apud Pulm. Torr. Bentl. Val. Combe, edit. Venn. 1479. 1509. Med. 1486. Iunta 1503. Cruq. Talb. Bond; probat Bentl., inde Cun.

Quam rudis, et Graecis intacti carminis auctor;
Quamque poetarum seniorum turba: sed ille,
Si foret hoc nostrum fato delatus in aevum,
Detereret sibi multa; recideret omne, quod ultra

Baxt. Gesn. San. Batt. Phil. Val. Oberl. Zeun. Combe, Wak. *An si quis* Dac.; refutat Bentl. 62 * *amne* Vp. A.

68 * *hoc vestrum* Vr. I. 68 *Dilatus* V. I. Vr. II., alii mss. apud Lamb. Pulm. Cruq. Talb. Val. Combe, Aldus 1509. edit. Basill. 1527. 1531. 1580. Frib. 1536. Dion. ab Harsio Lugd. 1538. Ven. 1552. Mur. Gryph. 1566. *Dilapsus* Ch. A. B., alii mss. apud Pulm. Oberl. Val. Combe, ed. Princ. Medd. 1476. 1477. 1486. Venn. 1479. 1481. 1483. 1490. 1495. Bos Animadv. p. 59. *Delapsus* ms. apud Pulm., Aldus 1501. Iunta 1503. edit. Ven. 1509. Argent. 1514. Bad. Ascens. *Delatus* V. M., alii mss. apud Lamb. Cruq. Torr. Lambinus praetulit *dilatus*, hoc est *reservatus*; inde receperunt Cruq. Chab. D. Heins. Torr. Talb. Dacer. Desprez, Bond, Bentl. Cun. San. Batt. Phil. Val. Zeun., alii [in his Bodon.]. *Delatus* placuit Baxtero; inde Gesn. Oberl. Combe, Wakef. Recte: nam Horatius supponit Lucilii praecedentem exsistentiam; et ipsum aevo suo ex improviso reviviscere. Tunc ipse, si poema suum, antea tot plausibus vulgo exceptum, ad regulas aevi Augustaei exigere vellet, detereret multa, recideret omne etc. Facit locus Ciceronis IV. de Fin. c. 22 n. 61.: *Quid si reviviscant Platonici illi, et deinceps qui eorum auditores fuerunt, et tecum ita loquantur? Nos cum te, M. Cato, studiosissimum philosophiae, iustissimum virum, optimum iudicem, religiosissimum testem audiremus, admirati sumus, quid esset, cur nobis Stoicos anteferres, qui de rebus bonis et malis sentirent ea, quae ab hoc Polemone Zeno cognoverat, nominibus uterentur iis, quae prima specie admirationem, re explicata risum moverent.* Dicitur autem Lucilius *fato delatus*, id est, translatus repente, Fortuna, vel Diis annuentibus, ab aevo suo ad aevum Horatii; ut apud eumdem Cicer. pro L. Mur. c. 31. n. 64.: *Hos ad magistros si qua te Fortuna, Ca-*

Perfectum traheretur; et in versu faciendo
Saepe caput scaberet, vivos et roderet ungues.
Saepe stylum vertas, iterum quae digna legi sint,
Scripturus: neque, te ut miretur turba, labores;
Contentus paucis lectoribus. An tua demens
Vilibus in ludis dictari carmina malis?
Non ego; nam satis est, equitem mihi plaudere; ut audax,
Contemptis aliis, explosa Arbuscula dixit.
Men' moveat cimex Pantilius? aut cruciet, quod
Vellicet absentem Demetrius? aut quod ineptus
Fannius Hermogenis laedat conviva Tigelli?
Plotius, et Varius, Maecenas, Virgiliusque,
Valgius, et probet haec Octavius optimus, atque
Fuscus; et haec utinam Viscorum laudet uterque:
Ambitione relegata, te dicere possum,
Pollio; te, Messala, tuo cum fratre; simulque
Vos, Bibule, et Servi; simul his te, candide Furni:
Complures alios, doctos ego quos, et amicos
Prudens praetereo; quibus haec, sint qualiacumque,

to, cum ista natura detulisset; non tu quidem vir melior esses, nec fortior, nec temperantior, nec iustior (neque enim esse potes); sed paullo ad lenitatem propensior.

70 *in versus* V. A. D. Vp. A., Aldus 1509.

78 * *Pantillius* Vp. A. Va. C. 78 * *Cruciat* V. C. Vp. F. Ch. A. Va. A. Al. *crucier*, quod merito reiecit Bentleius; quia in nullo codice, neque in priscis editionibus illud ipse invenerit. Sic de mss. nostris, et de priscis editionibus ante Aldum 1501., aeque testamur. Inter recentiores editores *crucier* retinent Dacer. Batt.

80 *Tigilli* V. A., edit. Ven. 1483. 82 *Octavius optimus.* Vid supra sat. 5. ad v. 27. 83 * *probet hoc* Vp. A.

84 * *possim* V. A. a 2. m.

Arridere velim; doliturus, si placeant spe
Deterius nostra. Demetri, teque, Tigelli,
Discipularum inter iubeo plorare cathedras.
I, puer; atque meo citus haec subscribe libello.

91 *discipularum* V. A. C. D. G. K. M. Vr. A. B. C. E. F. G. H. K. Vp. A. C. D. F. Ch. B. An. A. Ba. A. B. Va. A. C., alii mss. apud Lamb. Pulm. Val., Porph., ed. Princ. Med. 1476. Venn. 1479. 1481. 1483. 1490. 1495. 1509. 1514. Flor. 1482. Aldus 1501. Iunta 1503. Argent. 1514. Lamb. Pulm. Cruq. edit. Basil. 1580. Torr. D. Heins. Talb. Rutgers. Desprez, Bond, Dacer. Bentl. Cun. San. Baxt. Phil. Batt. Gesn. Val. Oberl. Combe, Wakef. Recte; ob mollitiem discipulorum Demetrii, et Tigelli; vel etiam, quia puellas ipsi docerent musicam, et cantiunculas amatorias flebili voce decantare, *plorare;* nam cathedrae erant illarum propriae, ut et aliarum feminarum. In anaglypho Villae Albanae, apud Wink. M. I. 187. Marin. I. Alb. p. 78., sedet in cathedra Cl. Italia, annorum XXX., uxor defuncta Cl. Hermiae, laeva sustinens volumen, in quo scriptum: ΠΑΣΗΣ ΜΟΥΣΙΚΗΣ ΜΕΤΕΧΟΥΣΑ, *omnem musicam edocta.* Al. *discipulorum* post Aldum 1509., edd. Basill. 1527. 1531. Dion. ab Harsio Lugd. 1538. Mur. Chab. edit. Ven. 1573., alii.

92 * *citus hoc* V. C. Vr. E. a 2. m. Vp. A. Ch. A. Va. A.

Q. HORATII FLACCI

SATYRARUM

LIBER SECUNDUS.

SATYRA I.

Fingit se cum Trebatio Iurisconsulto deliberare, utrum a scribendis satyris abstineat.

Sunt, quibus in satyra videor nimis acer; et ultra
Legem tendere opus: sine nervis altera, quidquid
Composui, pars esse putat; similesque meorum

1 *videor* V. A. D. Vr. D. F. G. Vp. D. Ch. B. Ba. A. B., alii mss. apud Lamb. Bentl. Val.; et ita legit Baxt. Cun. San. Phil. Val. Gesn. Oberl. Combe, Wakef. Rectius cum indicativo, quia positivum, non dubitativum; ut v. 3. *putat*. Favet Acron, exponens *alii dicunt*. Al. [Bodon.] *videar*. 2 *intendere* V. N. Vp. A., alii mss. apud Lamb.; quam lectionem praetulit Nic. Heins. et Cun., inde San. Phil. Sed quum translate hoc dictum sit a nervis, seu fidibus nimium intentis, ut notat Lambinus; et *tendere barbiton* dixerit idem Horatius I. od. 1. 34., et *tendere arcum* I. od. 29. 9. II. od. 10. 19.; *tendere catapultas*, *balistas* Tac. XII. A. 56.; quid innovemus, etiam durius, contra mss. reliquos, aliosque editores? *Lex* hìc non est lex Decemviralis *contra* famosos libellos, ut putat Rutgersius, sed modus et numerus ipsius concentus, lex harmoniae, quam

Mille die versus deduci posse. Trebati,
Quid faciam, praescribe. Quiescas. Ne faciam, inquis,
Omnino versus? Aio. Peream male, si non
Optimum erat: verum nequeo dormire. Ter uncti
Transnanto Tiberim, somno quibus est opus alto;
Irriguumque mero sub noctem corpus habento.
Aut, si tantus amor scribendi te rapit, aude
Caesaris invicti res dicere; multa laborum
Praemia laturus. Cupidum, pater optime, vires
Deficiunt: neque enim quivis horrentia pilis
Agmina, nec fracta pereuntes cuspide Gallos,
Aut labentis equo describat vulnera Parthi.

acriter, et aspere violamus, nimium tendendo chordas. Cic. IV. de Fin. c. 27.: *Ut in fidibus plurimis, si nulla earum ita contenta numeris sit, ut concentum servare possit, omnes aeque incontentae sunt.* Ludit tamen Horatius dilogia, verbo pariter iuridico cum Iurisconsulto; ut perpetuo in hoc sermone. *4 diduci.* Vid. de Art. poet. 129. *5 perscribe. 5 * Quiescam?* Vr. D. K.

9 *Irriguumve* ms. Mus. Brit. apud Combe; ita Rutgers. Val. 10 *te capit* ex uno ms. Bentl., et argutiis; alius ms. a 2. m. apud Oberl. *Rapit* ardentem amorem exprimit scribendi carmina, de quo infra sat. 3. 322. II. epist. 2. 90. Vid. III. od 8. 27. 14 *neu fracta* Vr. I., et Cun. San.

15 *describat* V. A. D. E. K. Vr. F. K. Vp. C. D. F. Ch. A., alii mss. apud Lamb. Pulm. Cruq., edit. Princ. Med. 1476. Venn. 1479. 1483. 1490. 1495. 1509. 1514. 1552. 1573. Flor. 1482. Argent. 1514., Lambinus, Gryph. 1566., Muret. H. Steph. Cruq. Chab. Dan. Hein. Desprez, Bond, Talb. Dacer. Cun. Baxt. San. Gesn. Phil. Val. Oberl. Combe. *describit* V. C. G. H. I. N. Vr. A. B. C. D. E. G. I. Vp. A. Ch. A. Ba. A. Va. C., alii mss. apud Pulm. Combe. Aldus 1501. Iunta 1503.; praetulit Bentl. Wakef. *describet* Vr. H. Ch. B., alii mss. apud Lamb. Pulm., edit. Ven. 1481. Aldus 1509. Basill. 1527. 1531. 1580. Frib. 1536. Dion. ab

Attamen et iustum poteras, et scribere fortem;
Scipiadam ut sapiens Lucilius. Haud mihi deero,
Quum res ipsa feret. Nisi dextro tempore, Flacci
Verba per attentam non ibunt Caesaris aurem:
Cui male si palpere, recalcitret undique tutus.
Quanto rectius hoc, quam tristi laedere versu
Pantolabum scurram, Nomentanumque nepotem:
Quum sibi quisque timet; quamquam est intactus, et odit.
Quid faciam? saltat Milonius, ut simul icto

Harsio Lugd. 1538. Pulm. Torrent. * *Scribebat* V. B. Primam lectionem tenui, quia difficultatem et periculum scribendi innuit; et fere imperativo modo, et vetantis; ut etiam stylo totius sermonis congruat. *Non quivis describit*, non quoscumque; sed plures scribere innueret; quod ex sequentibus non videtur probabile. Vid. I. epist. 3. 7. II. epist. 1. 250. seqq 18 * *Dum res* V. A. Vr. D. E. a 1. m. Ba. A.

19 *attentas-aures* V. N., alius ms. Mus. Brit. apud Combe. 20 *Qui*, *male*. 20 *palpare* V. D. a 1. m. N. Vr. B. Vp. F. Ba. B., alius ms. apud Bentl. 20 *palpere recalcitret* Vr. B. a 1. m. An. A., alius ms. apud. Bentl., qui adoptavit. eo quod melius utrumque verbum eodem efferatur. *Recalcitret* etiam modestius dictum, ut possibile. Al. *recalcitrat*. 21 * *tristi quam* V. M.; et ita coniicit in nota Cuning. 22 *Nomentanumve* V. A. N. a 2. m. Vr. A. B. C. D. E. Ch. A. Va C., alii mss. apud Bentl., qui admisit in textum; inde Cuning. San. [Bod.] Rectius *Nomentanumque* cum aliis omnibus mss., et editoribus, quia unitim cum Pantolabo; ut I. sat. 8. 11. * *Nomentanumne* Ba. A.

24 *Millonius* Vr. H., alius ms. apud Bentl. Est et *Millonius Auctus* apud Grut. p. 54. 1. Sed standum ceteris mss., et editis, qui *Milonius*. *Milonia Apollonia* apud Murat. p. 1380. 3. Uterque *Milonius*, et *Milonia* fortasse a *Milonia* Marsorum urbe, de qua Cluver. Ital. ant. lib.

Accessit fervor capiti, numerusque lucernis.
Castor gaudet equis; ovo prognatus eodem,
Pugnis: quot capitum vivunt, totidem studiorum
Millia. Me pedibus delectat claudere verba
Lucilî ritu, nostrum melioris utroque.
Ille, velut fidis arcana sodalibus, olim
Credebat libris: neque, si male cesserat, umquam

2. c. 15. p. 772. 24 * *ut simul* V. N. Sic legendum potius, quam vulgatum *ut semel*, praeter ms., suadere videtur Porphyrio ms. Vo. et Ch., et editus, quum exponit: *Saltat Milonius, scurra illorum temporum, qui simul ebrius fuisset, statim saltare incipiebat.* Fere ut Cicero ad Fam. VI. 18: *Simul ut accepi a Seleuco tuo litteras; statim quaesivi e Balbo per codicillos.* II. de Fin. c. 11. n. 33.: *Omne animal simul ut ortum est, et seipsum, et omnes partes suas diligit.* IV. Acad. c. 16. n. 51.: *Itaque simul ut experrecti sumus, visa illa contemnimus.* Plin. H. N. XI. 49.: *Urso quoque simul ut spiraverit, cornescere aiunt genitalia.* Saepe Horatius *simul* habet pro *simul ut.* Vid. II. od. 8. 5. IV. od. 7. 10. I. sat. 1. 36. I. epist. 7. 90. et alibi. Eadem variatio *semel*, et *simul* habetur II. sat. 8. 24. 25 *capiti fervor* Cun. 28 * *verbum* Ba. A.

31 *cesserat* V. A. Vr. A. E., edit. Argent. 1514. Ven. 1514. Basill. 1527. 1531. Frib. 1536. Dion. ab Harsio 1538. Hinc patet, quam confidenter Valart scribat, omnes mss. et editiones ante Lambinum exhibere *gesserat*; et Baxterus, Bentleium arbitrio suo, pro *gesserat*, posuisse *cesserat*. Hanc lectionem probavit Lambinus; adoptavit H. Steph. Chab. Desprez, Bond, laudavit Nic. Heins. ad Ovid. II. Fast. 380., confirmavit Bentleius; inde Dacer. Cun. San. Phil. Batt. Wakef.; quidquid, praeter Baxterum, mutiant Torr. Talb. Gesn. Aliorum scriptorum locos abunde attulit Bentleius. Neque hìc de vita, de operibus, aut rebus gestis, vel gerendis a Lucilio agitur; sed de versibus eius, quos sive male, sive bene tornatos, numquam ipse revocabat ad incudem, contentus effutiisse:

Decurrens alio; neque si bene: quo fit, ut omnis
Votiva pateat veluti descripta tabella
Vita senis. Sequor hunc, Lucanus, an Appulus, anceps:
Nam Venusinus arat finem sub utrumque colonus;
Missus ad hoc, pulsis (vetus est ut fama) Sabellis;
Quo ne per vacuum Romano incurreret hostis;
Sive quod Appula gens, seu quod Lucania bellum
Incuteret violenta. Sed hic stylus haud petet ultro

quod vitium illius iam reprehenderat Horatius I. sat. 10, 64. seqq. *Si quid vitiose scripserat*, recte exponit Acron; quod probat, ipsum legisse *cesserat*. Eodem sensu, quo *cesserat*, Cicero pro C. Rab Post. princ.: *Quamquam hoc plerumque facimus, ut consilia eventis ponderemus; et, cui bene quid processerit, multum illum providisse; cui secus, nihil sensisse dicamus.*

31 *umquam* V. A. B. C. I. K. Vr. A. B. C. a 2. m. K. Ch. A. B. a 1. m. Ba. A. An. A. a 2. m. B., alii mss. apud Lamb. Pulm. Cruq. Talb. Val. Combe, Aldus 1501. 1509. Iunta 1503. Basill. 1527. 1531. Frib. 1536. Dion. ab Harsio Lugd. 1538. Muret. Gryphius 1566. edit. Ven. 1573. Chab. Bond. Al. [Bod.] *usquam decurrens alio;* quam lectionem praeferunt recentiores editores. Non video, quid hìc sit *usquam*, id est, *ullo in loco:* quomodo conveniret illi, qui discurreret? vel, si pro *ullum in locum* sumatur, idem erit ac *alio;* ut notum ex ipso Tursellino Partic. Lat. orat. c. 207. 34 *Sequor hunc.* Verum huius loci sensum iam fuse exposui in Anthol. Rom. anni 1796. n. 35. seqq.

35 *finem sub utrumque.* Hoc dictum puto, ut ab Apuleio Apol. p. 28 edit. Paris. 1635.: *De patria mea vero, quod eam sitam Numidiae, et Getuliae in ipso confinio, meis scriptis ostendistis, quibus memet professus sum, cum Lolliano C. V. praesente publice dissererem, Seminumidam, et Semigaetulum; non video, quid mihi sit in ea re pudendum: haud minus, quam Cyro maiori, quod genere mixto fuit, Semimedus, ac Semipersa.* Ideo Ho-

Quemquam animantem; et me veluti custodiet ensis
Vagina tectus: quem cur destringere coner
Tutus ab infestis latronibus? O pater, et rex
Iupiter, ut pereat positum robigine telum;
Nec quisquam noceat cupido mihi pacis! At ille,
Qui me commorit, (melius non tangere, clamo)
Flebit, et insignis tota cantabitur Urbe.
Servius iratus leges minitatur, et urnam;
Canidia Albuti, quibus est inimica, venenum;

ratius *anceps*, *Lucanus*, *an Appulus;* quia Venusia eius patria in confinio utriusque provinciae sita.

41 *destringere* V.B. D. K. N. Vr. B. E. Vp. A F. Ch. A. Ba. B. Va. C., alii mss. apud Palm. Torr. Val., edit. Venn. 1481. 1509. Lamb. Cruq. Bentl. Cun. Baxt. Sanad. Phil. Gesn. Oberl. Combe, Wakef. Al. [in his Parmenses] *distringere*. Vid. I. od. 35. 39. III. od. 1. 17. 42 * *o pater, o rex* Vp. A.

43 *robigine*. Vid. III. od. 23. 7. 47 *Servius* Vr. B. a 1. m. F.; ita Mur. Chab. Bond, Desprez, Dacer. Al. *Cervius*. Hunc, quocumque nomine dicatur, accusatorem fuisse, et calumniatorem, notat Acron, aliique Interpretes. Servium illum fuisse non dubito, de quo Coelius Ciceroni ad Fam. VIII. 12.: *Postea non destitit arcessere palam Servium accusatorem, inire cum Domitio consilia: quibus quum parum procederet, ut ulla lege mihi ponerent accusatorem, compellari ea lege me voluerunt, qua dicere non poterant. Insolentissimi homines summis Circensibus ludis meis postulandum me lege Scantinia curant.* Et idem Cicero Q. fratri, ibid. II. 13.: *Vereor, ne homo teter, et ferus, Pola Servius ad accusationem veniat: nam noster Coelius valde oppugnatur a gente Clodia.* 47 * *legem* V. N. Vp. A.

48 *Albuti*, alii [velut Parm.] *Albuci*. Utriusque nominis plures occurrunt apud Grut. et alios. In homine alias ignoto, cum Acrone, et Porphyrione lego potius *Albuti*.

Grande malum Turius, si quid, se iudice, certes.
Ut, quo quisque valet, suspectos terreat; utque
Imperet hoc natura potens; sic collige mecum.
Dente lupus, cornu taurus petit, unde, nisi intus
Monstratum? Scaevae vivacem crede nepoti
Matrem; nil faciet sceleris pia dextera: mirum!
Ut neque calce lupus quemquam, neque dente petit bos;
Sed mala tollet anum vitiato melle cicuta.
Ne longum faciam: seu me tranquilla senectus
Exspectat, seu mors atris circumvolat alis;

An hic pater, vel maritus fuerit Canidiae, iam disputabant veteres apud Acronem. Absurde prorsus Baxterus, quem sequitur Oberlinus, scribit, Canidiam minitari venenum Albutii; nempe venenum, quo Albutius uxorem interemit, iuxta veterem Scholiastam. Latine *Canidia Albutii*, est illius coniux; ut in monumento suo sepulcrali, apud Grut. pag. 377. 7., *Metella Crassi*, est Crassi uxor; sic *Elissa Sichaei*, Ovid. epist. VII. 193.: *Marcia Catonis*, Lucan. II. 343. Canidiae patrem fuisse crederem Canidium, cuius meminit Coelius inter epistolas Ciceronis ad Famil. VIII. 9., et Plancus X. 21. Vid. epod. od. 5. (A). 49 *si quid*, *se iudice*, *certes* Vr. A., alii mss. apud Bentl. Val., edit. Ven. 1481.; probat. Bentl., inde Cun. Baxt. San. Phil. Val. Gesn. Oberl. Combe, Wakef. Al. *si quis-certet.* vel *si quid certet.* * *si quis te iudice certet* Ba. A. 51 * *imperat* Ba. A. *imperitet* ms. apud Val., Cun. San. ex ingenio. 53 * *monstratum est* Vr. A.; sed puto, ex nota irrepsisse in textum. 54 * *nil faciat* V. N. * *dextera mirum est* V. A. Ba. A., edit. Ven. 1509. *dextera verum* Vr. C. D. *nec dente* Cun. 55 *petat bos* An. A., alii mss. apud Bentl. 56 * *Sed male* Vr. A. a 2. m. E.; et ita Cuning. ex ingenio, sequitur San.

56 * *tollat* Vr. B. a 1. m. 58 * *expectet* V. A. 58 *circumvolet* V. A., alius ms. apud Val., edit. 1495. 59 *seu sors.*

Dives, inops; Romae, seu, Fors ita luserit, exsul;
Quisquis erit vitae, scribam, color. O puer, ut sis
Vitalis, metuo; et maiorum ne quis amicus
Frigore te feriat. Quid? quum est Lucilius ausus
Primus in hunc operis componere carmina morem;
Detrahere et pellem, nitidus qua quisque per ora
Cederet, introrsum turpis; num Laelius, et qui
Duxit ab oppressa meritum Carthagine nomen,
Ingenio offensi? aut laeso doluere Metello?
Famosisque Lupo cooperto versibus? Atqui
Primores populi arripuit, populumque tributim:
Scilicet uni aequus virtuti, atque eius amicis.
Quin ubi se a vulgo, et scaena, in secreta remorant
Virtus Scipiadae, et mitis sapientia Laeli;

59 * *ita luserit* V. A. ab eadem manu in margine, Ch. A. a 1. m. Ba. A. a 1. m. *lusserit* V. C. Egregia lectio, paullatim corrupta in *lusserit*, deinde in vulgatam *iusserit*. Et eleganter more Horatiano II. od. 1. 3. III. od. 29. 50. infra sat. 8. 62. Sen. epist. 74.: *Hanc imaginem animo tuo propone, ludos facere Fortunam; et in hunc mortalium coetum honores, divitias, gratiam excutere.* Petron. c. 13.: *O lusum Fortunae mirabilem!* 65 *non Laelius*, mss. apud Pulm. Combe; et Iac. Cuiacius Observ. XII. 18. 65 *et qui* V. A. C. Vr. A. I., alii mss. apud Torr. Bentl., Oberl.; probat Bentl., inde Baxt. Cun. San. Val. Gesn. Oberl. Combe, Wakef. Al. *aut qui*.

68 *Famosisve* Cun. San. 71 *scaena*. De hac orthographia satis dictum a Manutio, et Harles ad Cellar. Orthogr. Lat. h. v. edit. Altenb. 1768. t. 1. p. 350., et a Norisio Cenot. Pis. Diss. 4. c. 6., et post Cellar. cit. t. 2. p. 278. Unam addam Musei Vaticani inscriptionem in marmore, in qua SCAENARIVM. Inde *obscaenus*. Vid. epod. 5. 98. Al. *scena, scoena*. 72 *Scipiadae*. Publius Cornelius Scipio Africanus Aemilianus, de quo vide IV. od. 8. 17.

Nugari cum illo, et discincti ludere, donec
Decoqueretur olus, soliti. Quidquid sum ego, quamvis
Infra Lucilî censum, ingeniumque; tamen me
Cum magnis vixisse invita fatebitur usque
Invidia; et fragili quaerens illidere dentem,
Offendet solido: nisi quid tu, docte Trebati,
Dissentis. Equidem nihil hinc diffindere possum.

77 * *fragili cupiens* V. K. a 1. m. ex glossemate.

77 * *dente* V. A.

78 * *offendat* V. B. 78 *ni quid* Cuning. ex ingenio.

79 *diffindere*. Longum nimis, et inutile esset, mss. codices omnes, et editiones numerare, in quibus variantes lectiones habentur huius verbi. Verba recitare sufficiat: *Diffundere*, *diffidere*, *defingere*, *defindere*, *diffingere*, *diffigere*, *defringere*. Nostrorum mss., et priscarum editionum pars maior dat *diffingere*; alii numero pauciores *diffidere*. *Diffingere* longis rationibus defendere nititur Bentleius, quem sequuntur Cun. San. Phil. Batt. Wakef. [Bodon.] Praefero ego *diffindere*. Iam Politian. Miscell. c. 42. ostenderat, hoc verbum iuridicum esse pro *differre*, *transferre litem* in alium diem: ut Horatius translate ludat etiam in hoc verbo cum Iurisconsulto. Vulgo indubium est, *diffindere* idem significare, ac findere, dividere in duas, vel plures partes, ut III. od. 16. 13., apud Cic. de Univ. c. 7. Cat. de Re rust. c. 41. Varr. de Re rust. l. 1. c. 40. Colum. l. 2. c. 4. Virg. IX. Æ. 118. [?] Apul. IX. Met. pag. 189. ed. Pric.: *His, et huiusmodi suadelis validum addens cuneum, qui rigentem prorsus servi tenacitatem violenter diffinderet.* Idem, ac partem a toto divellere; ut I. sat. 2. 113. *inane abscidere soldo.* Et poetae sensus est, ut exponunt Acron, et Porphyrio: Adeo aequa, et vera sunt quae dicis, ut ea infirmare, et contradicere nequeam; ne verbum quidem reiicere, avellere a toto, ne hilum quidem dissentire. Et verbo ludit aeque iuridico, quod in diem alium caussae definitionem transferre, et ferme in duos dies dividere, significat: nempe ut dicat, lis statim decisa est, ut reproponi non debeat. *Dif-*

Sed tamen, ut monitus caveas, ne forte negoti
Incutiat tibi quid sanctarum inscitia legum:
Si mala condiderit in quem quis carmina, ius est,
Iudiciumque. Esto, si quis mala: sed bona si quis
Iudice condiderit? Laudatur Caesare. Si quis

findere ex nostris mss. V. B. Vr. G. a 2. m. K.; et sic ediderunt ex recentioribus Baxt. Val. Oberl. Combe. *Defringere* adoptavit Zeun. cum Wielandio, ut ad antecedentia referatur, de eo, qui quaerit fragili dentem illidere; sed insipienter. Lectioni *Diffindere* addas etiam *hinc*, non *hic* cum Baxtero; quia *hinc* est: ab hoc sermone. Vid. I. sat. 5. 93. 80 *ut caveas monitus* edit. Ven. 1509.

84 *laudatur Caesare* V. A. B. C. D. E. G. Vr. C. a 2. m. G. Vp. A. C. F. Ch. A. Ba. B. An. B., alii mss. apud Pulm. Combe, ed. Princ., et aliae usque ad Bentleium, qui praetulit *laudatus*; inde Cuning. Baxt. San. Oberl. Wakef. Sed Phil. Gesn. Batt. Val. Combe retinuerunt *laudatur*. * *laudetur* V. I. Legem XII. Tabularum contra famosos libellos renovavit Augustus, teste Svet. c. 55.: *Id modo censuit cognoscendum posthac de iis, qui libellos, aut carmina ad infamiam cuiuspiam suo, vel alieno nomine edant.* Si poeta, qui carmina scripserat, iudicio lacessitus, non solum ab iudice absolutus erat; sed bona carmina, id est, quae vera vitia carperent, condidisse iudicatus; a Caesare ipso, legis auctore, laudabatur; qui et carmina scribebat, et poetas amabat. Vid. II. epist. 1. 214. seqq. 85 *Opprobrio* mss. apud Lamb. 85 *laceraverit* mss. apud Lamb.; quam lectionem ipse admisit in textum; et operoso molimine conatus est probare Bentleius, quem vix unus Wakef. sequutus est. Refutavit plenius Oudinus in Miscell. observ. crit. nov. anni 1744. Amstel. p. 426. Eleganter, et satyrice dictum *latraverit*. Ex glossemate Acronis ortum *laceraverit*; quam lectionem ex nostris mss. unus tantum habet V. K. Quod vero addit Bentleius, ordinem esse: *Si quis, ipse integer, op-*

Opprobriis dignum latraverit, integer ipse? 85
Solventur risu tabulae, tu missus abibis.

SATYRA II.

Luxuriosam vitam insectatur, frugalitatem commendans.

Quae virtus, et quanta bonis sit vivere parvo;
(Nec meus hic sermo est; sed quae praecepit Ofellus
Rusticus, abnormis sapiens, crassaque Minerva)
Discite, non inter lances, mensasque nitentes;

probriis laceraverit dignum; putidius est, quam ut refutari mereatur. 86 * *tum missus* An. A.

1 *bonis* V. C. D. I. a 2. m. Vr. D. E. a 1. m. Vp. C. D. Ch. A. B. Ba. A. a 2. m. B. An. A. a 1. m. B. Va. A., alii mss. apud Cruq. Torr. Val., Acron, edit. Princ. Med. 1476. 1477. 1502. Venn. 1478. 1479. 1481. 1483. 1486. 1490. 1492. 1495. 1509. 1514. 1573. Flor. 1482. Aldus 1501. Iunta 1503. Argent. 1514. Frib. 1536. Bad. Ascens. Gryph. 1566. Mur. Georg. Fabr. Basil. 1580.; laudat Marcil. *boni* in pluribus mss. nostris, et aliorum; et in editis ab Aldo 1509. Basil. 1527. 1531. Dion. ab Harsio Lugd. 1538. Lamb., post quem fere omnes usque ad Wakef.; vocandi casu. Male omnes; est enim *bonis hominibus*, ut exponit Acron; et *bonus est*, *qui vivit contentus parvo*, ut bene Landinus: viri boni, integri, probatisque moribus; Ital. *persone dabbene:* praesertim rustici. Hinc Sen. epist. 88.: *Simus hoc titulo rusticiore contenti: O virum bonum!* Æque decepti sunt Interpretes in vocativo casu III. od. 2. 1. 2 *sed quae* Vr. D. E., alii mss. ap. Torr. Val.; laudat Torr., probat Bentl. Baxt., inde Cun. San. Oberl. Combe., Wakef. Al. *sed quem.*

3 *abnormi*, *anormis.* 4 *non lances inter* Cun. ex ingenio.

Quum stupet insanis acies fulgoribus, et quum
Acclinis falsis animus meliora recusat:
Verum hic impransi mecum disquirite. Cur hoc,
Dicam, si potero. Male verum examinat omnis
Corruptus iudex. Leporem sectatus, equove
Lassus ab indomito; vel si Romana fatigat
Militia adsuetum graecari; seu pila velox,
Molliter austerum studio fallente laborem;
Seu te discus agit; pete cedentem aera disco.
Quum labor extuderit fastidia; siccus, inanis
Sperne cibum vilem: nisi Hymettia, mella Falerno

5 * *Dum stupet* Vr. K. 6 *Adclinus* Cun. eodem. Alii *acclivis;* reiecit Lamb. Turn. Advers. III. 19. 13 * *aget* Vr. E. H. Ch. B. a 1. m. 14 *extuderit* V. B. a 2. m. C. a 2. m. N. Vr. B. a 2. m. C. a 1. m. D. Vp. C. D. Ch. A. B. An. A. Va. A., Acron, edit. Princ. Med. 1476. Venn. 1478. 1479 1481. 1483, 1486. 1490. 1492. 1495. 1509. 1514. 1552. 1573. Flor. 1482. Iunta 1503. Aldus 1509. Basil. 1527. Frib. 1536. Dion. ab Harsio Lugd. 1538., inde fere omnes editiones. *Extulerit*, quod in aliis mss. nostris, et aliorum plurimis, praetulit Aldus 1501. edit. Arg. 1514. Bas. 1531., aliique pauci. *Extuderit* perperam sollicitavit suis argutiis Bentleius, eique substituit *expulerit*, ex quodam glossemate. Sed non vidit elegantiam, et vim verbi *extundere*, quod hic idem valet, ac *retundere*, reprimere, enervare. Quinctil. Inst. Orat. I. 3.: *Sunt quidam, nisi institeris, remissi; quidam imperia indignantur; quosdam continet metus; quosdam debilitat; alios continuatio extundit; in aliis plus impetus facit.* Terent. Heaut. V. 1. 12.: *Ut eius animum, qui nunc luxuria, et lascivia diffluit, retundam.* Cic. ad Fam. XII. 14.: *Quorum improbitatem aliquando retundi, et non pati impunitate augeri, non solum utile est Reipublicae nostrae; sed etiam necessarium.* Phaedr. IV. fab. 23. 21.: *Satis profecto retudi superbiam.* 15 * *vilem; et nisi* Vr. A.

Ne biberis diluta: foris est promus, et atrum
Defendens pisces hiemat mare; cum sale panis
Latrantem stomachum bene leniet. Unde putas, aut
Quî partum? Non in caro nidore voluptas
Summa; sed in te ipso est. Tu pulmentaria quaere
Sudando: pinguem vitiis, albumque, neque ostrea,
Nec scarus, aut poterit peregrina iuvare lagois.
Vix tamen eripiam, posito pavone, velis quin
Hoc potius, quam gallina tergere palatum:
Corruptus vanis rerum; quia veneat auro
Rara avis, et picta pandat spectacula cauda:
Tamquam ad rem attineat quidquam. Num vesceris ista,
Quam laudas, pluma? cocto num adest honor idem?
Carne tamen quamvis distat nil haec magis illa;
Imparibus formis deceptum te patet. Esto:
Unde datum sentis, lupus hic Tiberinus; an alto

19 *caro non in nidore* Cun.: quam grate auribus! 21 *nec ostrea* V. I. N. Vp. C. D., Aldus 1501. Iunta 1503. Argent. 1514., aliique ante Bentleium, qui restituit *neque*; et inde Baxt. Cuning. Gesn. Val. Oberl. Combe, Wakef.

24 * *turgere* Vr. K. Ba. B. 26 * *pandit* Va. A. 28 *coeto nec* Vr. I. K. Ch. B. a 2. m., alii mss. apud Bentl.; ita Aldus 1501. Multa hìc miscent Interpretes, ut locum mutent, praesertim Torr. Talbot, Bentl. Baxt. Cuning.

29 * *nil haec magis illa* V. A. C. Ba. A. Nimirum: quamvis haec caro pavonis (de qua immediate dictum) nihil magis distat, excellit, illa gallinae; patet, te deceptum potius specie, pulchritudine eiusdem pavonis antequam coqueretur; cui etiam carnis coctae saporem responsurum tibi fingebas. Hoc recte ad mentem poetae, qui pavonis carnem praefert carni gallinae. Ita etiam evanescunt tot difficultates, et mutationes a Marcilio, Torrentio, Bent-

Captus hiet, pontesne inter iactatus; an amnis
Ostia sub Tusci? Laudas, insane, trilibrem
Mullum, in singula quem minuas pulmenta necesse est.
Ducit te species, video: quo pertinet ergo,
Proceros odisse lupos? Quia scilicet illis
Maiorem natura modum dedit, his breve pondus,
Ieiunus raro stomachus vulgaria temnit.

leio, aliisque excogitatae, ut verba, et corum sensum deforment. Al. *distat nihil hac magis illa.* Audacter Cun. *distat nil hic magis illa.* * *nihil hac distet magis illa* Vr. G. 32 * *pontesve* Ba. B. Sunt pontes Sublicius, et Senatorius, inter quos Cloaca maxima sordes antiquae Urbis egerebat; ibique attrahebat pisces. Quod sumpsisse Horatium ex Lucilio, patet ex Macrob. Sat. III. 16. Iuven. V. 104. seqq.: *Aut glacie adspersus maculis Tiberinus, et ipse Vernula riparum pinguis torrente cloaca; Et solitus mediae cryptam penetrare Suburae.* 35 *Quid* vel *quod pertinet.* 38 *Ieiunus raro stomachus* mss. nostri omnes; item omnes Lamb. Pulm. Torr. Talbot; Acron, et editiones ante Aldum 1501. Iuntam 1503. Argent. 1514., aliosque, qui habent *Ieiunus stomachus raro*, usque ad Lambinum, qui restituit veram lectionem; sequuti sunt Pulm. Cruq. Chab. Torrent. Talb. D. Heins. Desprez, Bond, Bentl. Cun. Wakef. Nihilominus Baxterus verborum ordinem vulgatae retinet; sed abutens opinione alicuius grammatici apud Acronem, pro *raro* legit *rare:* sequitur Oberl. Quod vero oblitus omisit hìc Bentleius; ad v. 337. de Arte poet. dixit; hunc versum reiiciendum tamquam spurium; et revera indubitanter eiecerunt San. Val. At ilium tamquam apodosin versui proxime praecedenti iungendum, optime dixit Gesnerus. Nostrae lectionis sensus, ut notant Lamb. et Torr., accipiendus est de eo, qui raro ieiunus est; id est, qui fere semper satur, et confertus cibo, vulgares cibos contemnit, atque fastidit: sententiose cohaerens praecedentibus. Apud Hildebert. Mor. phil. oper. col. 986. le-

Porrectum magno magnum spectare catino
Vellem, ait Harpyiis gula digna rapacibus. At vos
Praesentes, Austri, coquite horum obsonia; quamquam
Putet aper, rhombusque recens, mala copia quando
Aegrum sollicitat stomachum; quum rapula plenus,
Atque acidas mavult inulas. Nec dum omnis abacta
Pauperies epulis regum; nam vilibus ovis,
Nigrisque est oleis hodie locus. Haud ita pridem
Gallonî praeconis erat acipensere mensa
Infamis. Quid? tum rhombos minus aequora alebant?
Tutus erat rhombus, tutoque ciconia nido;
Donec vos auctor docuit praetorius. Ergo,
Si quis nunc mergos suaves edixerit assos;
Parebit pravi docilis Romana iuventus.
Sordidus a tenui victu distabit, Ofello
Iudice; nam frustra vitium vitaveris illud,
Si te alio pravum detorseris. Avidienus,

gitur hoc modo: *Ieiunus raro stomachus vulgaria tempsit.* 39 * *in magno* Vr. A. a 2. m. 41 *quamvis.* 44 * *abacta est* Vr. I. 48 *tunc* V. B. Vr. K. Ch. A., alius ms. apud Oberl. 48 *aequora alebant* V. E. I. M. Vr. B. Vp. A. C. Ch. A. B. a 2. m. An. A. Ba. B. Va. A., alii mss. apud Pulm. Bentl. Oberl., Porphyrio, et editiones omnes, quas vidi, ante Lambinum, qui legit ex aliis mss. *aequor alebat:* eum sequuti sunt non pauci, et inter recentiores Dacer. Baxt. Gesn. Phil. Batt. Oberl. Combe. Iterum primam lectionem revocavit Bentl., sequuntur Cun. San. Val. Wakef. Rectius; ut indicet poeta, plura aequora alere rhombum, piscem non rarum. 50 * *Donec nos* Ba. B.

53 *distabat* mss. plures ex nostris, et alii apud Pulm. Cruq. Talb. Bentl. Oberl. Sed rectius *distabit,* quia sententiose, non historice dictum. 55 *pravus* ex ms. et argutiis Bentl. 55 *detorserit.* 55 * *Aufidienus* V. N.

Cui Canis, ex vero ductum, cognomen adhaeret,
Quinquennes oleas est, et silvestria corna;
Ac, nisi mutatum, parcit defundere vinum; et,
Cuius odorem olei nequeas perferre, (licebit
Ille repotia, natales, aliosve dierum
Festos albatus celebret) cornu ipse bilibri
Caulibus instillat, veteris non parcus aceti.

56 *ex vero ductum* Vr. B. a 2. m., alius ms. apud Pulm. Cruq. Talb., ed. Gryph. 1566.; laudat, sed non recipit, Lamb.; adoptavit ex suo ms., et ut etiam litaret Lambino, Cruquius; Chab. Desprez, Talb. Bentl., qui probat, Cun. Baxt. Sanad. Gesn. Oberl. Combe, Wakef. Cic. I. Acad. c. 11. n. 41.: *Sed, quum acceptum iam, et approbatum esset, comprehensionem appellabat, similem iis rebus, quae manu prehenderentur: ex quo etiam nomen hoc duxerat.* Al. *ex vero dictum.* [Sic Bodon.]. 56 *adhaesit* Vr. H., alius ms. apud Pulm. Sed recte *adhaeret;* quia de Avidieno vivo, et comedente loquitur poeta; ut adnotat Bentl. 56 * *At nisi* V. N. 58 *defundere* V. C. Vr. A. E. F. K. Vp. F. Ch. B., alii mss. apud Lamb. Pulm. Cruq. Val.; ita Lamb. Pulm. Gryph. 1566. Chab. Torr. Dan. Heins. Talb. Desprez, Bond, Dacer. Baxt. Bentl. Cun. San. Phil. Batt. Val. Gesn. Oberl. Combe, Wakef. * *perfundere* Vr. C. D. *diffundere* alii mss. plures nostri, et aliorum; priscae editiones, aliaeque multae. Vina, quum deferbuerunt, *diffunduntur* in cados, aut amphoras, vasaque minora e doliis; ut in illis maneant, donec usus caussa probentur; iuxta Proculum in l. penult. ff. de Trit. vin. et oleo leg., Plin. H. N. XIV. 16.; deinde vel dietim, vel propter repotia, dies festos, et natales *defunduntur;* ut amicis, aliisque propinentur, iterum *diffundantur* partite in pocula. Cicero II. de Fin. c. 8. n. 23: *Quibus vinum defusum e pleno sit oenophoro, ut ait Lucilius:* quomodo ibi legunt doctiores; *diffusum,* ut alii: id est, haustum. Facit etiam Turn. Advers. I. 1. Vid. IV. od. 5. 34. 59 *oleum* mss. apud Torr. Vid. Bentleium. 62* *non largus* Vr. F. a 2. m.

Quali igitur victu sapiens utetur? et horum
Utrum imitabitur? Hac urget lupus, hac canis angit.
Mundus erit, qua non offendat sordibus; atque
In neutram partem cultùs miser: hic neque servis,
Albutî senis exemplo, dum munia didit,

64 *canis angit* mss. omnes nostri, alii apud Talb. Combe; Porphyrio ms. et editus, et editiones omnes priscae, quas vidi, excepta Principe Romana; et fortasse omnes ante Lambinum, qui ex aliquot mss. dedit *aiunt;* deinde alii multi, praesertim recentiores Dacer. Baxt. Bentl. Cun. San. Phil. Gesn. Val. Oberl. Combe, Wakef; ac si ita magis proverbium sapiat. Proverbium revera est, ut infra sat. 3. 59. 65 *offendet*, *offendit*. *Qua* Bentl. ex Acrone; id est, *quatenus*. Recte. Sensus est: sapiens mundus erit eatenus, quatenus ipse non offendat sordibus: neque inclinans in nimiam, et supervacuam munditiem; neque in victum immundum, et sordidum. Hinc, neque erit saevus in servos delinquentes in munditie; neque nimium simplex, praebebit aquam unctam. Aurea mediocritas, de qua Horatius II. od. 10. 5. Sen. epist. 110.: *Turpe est, beatam vitam in auro, et argento reponere: aeque turpe est in aqua, et polenta. Qua*, magis poetice, et ad sensum; quidquid contra dicat verbis Baxterus: et solita, ac facilis amanuensium aberratio in voculis *qui, qua, quae, quis, quid, quod;* ut passim vidimus. Bentleium sequuntur Cun. San. Wakef. 66 *cultu miser* Aldus 1501. Iunta 1503. 67 * *dum munia adibit* Vr. E. a 2. m. Ch. A. a 1. m. Speciosa lectio, quae commode accipi posset de magnificis conviviis, splendidisque epulis, quas exhibebant illi, qui munera publica, seu magistratus ingrediebantur; de quibus fuse Stuckius Antiq. conviv. lib. 1. c. 20.: sed exemplum senis Albutii ostendit, hìc potius de privatorum conviviis agi, in quibus paterfamilias acrius saeviret, castigaret servos, qui peccarent in officiis sibi commissis pro laute ac diligenter apparando convivio; de quorum officiorum distributione est locus Plauti Pseud. I. 2. 28., Iuven. XIV. 60., Sen. de Brev. vitae, 12. Vid. infra sat. 8. 65.

Saevus erit: neque, sic ut simplex Naevius, unctam
Convivis praebebit aquam: vitium hoc quoque magnum.
Accipe nunc, victus tenuis quae, quantaque secum
Afferat. In primis valeas bene: nam variae res
Ut noceant homini, credas; memor illius escae,
Quae simplex olim tibi sederit. At simul assis
Miscueris elixa, simul conchylia turdis;
Dulcia se in bilem vertent, stomachoque tumultum
Lenta feret pituita. Vides, ut pallidus omnis
Cena desurgat dubia? Quin corpus onustum
Hesternis vitiis animum quoque praegravat una,

seqq. Ridendus Scholiastes Cruquianus, laudatus a Baxtero. qui *munia didit* exponit, *quae quisque agat, ut pote: Tu rus ibis, Tu boves pasces, Tu granaria curabis.* 68 * *neque sic ut* V. N. Al. 69 * *praebebat* V. N. Vr. B. 70 * *tenuis quae secum, quantaque victus* Vr. I.

72 * *credes* Ch. B. a 1. m. 73 * *ac simul* Vr. B.

79 *affligit* V. C. Vr. G. I. Ceteri mss. nostri, et aliorum omnes, teste Bentleio, et veteres editiones ante Lambinum, *affigit.* [Sic et Parmenses, qui sibi non constant in hoc genere. Cf. Sat. 2, 4, 62. etc.]. Lambinus, ut ipse notat, ex 12. mss. praetulit novam lectionem; eamque reproduxit Baxt., et multis probare nititur Bentleius, quem sequuntur Oberlin. Combe, Wakef.: ut sensus sit: *Corpus hesterna crapula onustum, animum quoque, divinae aurae particulam, una secum praegravat, et humo affligit.* Quid irrationabilius; quid, quod magis non animam, sed inanimatum sapiat! affligere humo animam; id est, cum vi, et impetu terrae illidere? Hoc de corpore, eiusque membris dici potest; ut probant loci auctorum ab ipso Bentl. allati; de capite Tac. IV. A. 45.; et de poculis Sen. de Ira I. 16.: sed de anima, *affigit* suadent loci Platonis in Phaed., Plut. Sympos. VIII. 2., et S. Hieron. contra Iovin. lib. 2. n. 8. ab eodem Bentleio allati; quorum primus inquit: *Omnis voluptas, ac dolor animum*

Atque adfigit humo divinae particulam aurae.
Alter, ubi dicto citius curata sopori
Membra dedit, vegetus praescripta ad munia surgit.
Hic tamen ad melius poterit transcurrere quondam;
Sive diem festum rediens advexerit annus;
Seu recreare volet tenuatum corpus; ubique
Accedent anni, tractari mollius aetas
Imbecilla volet: tibi quidnam accrescet ad istam,
Quam puer, et validus praesumis, mollitiem; seu
Dura valetudo inciderit, seu tarda senectus?
Rancidum aprum antiqui laudabant; non quia nasus
Illis nullus erat: sed, credo, hac mente; quod hospes
Tardius adveniens, vitiatum commodius, quam
Integrum edax dominus consumeret. Hos utinam inter
Heroas natum tellus me prima tulisset!
Das aliquid famae, quae, carmine gratior, aurem
Occupat humanam? Grandes rhombi, patinaeque
Grande ferunt una cum damno dedecus: adde

corpori, *quasi clavo*, *et fibula affigit.* Hebetat nempe crapula, et quasi materiae partem efficit animam. Sen. epist. 60.: *Ventri obedientes animalium loco numeramus.* Vid. I. sat. 1. 81. Ondend. ad Sil. I. 674. 80 * *citius dicto* Vr. H. a 1. m. 83 *adduxerit.* 85 * *Accedant* Vr. B. a 1. m. *Accedunt* Vr. A. E. a 1. m. 85 *anni*, *tractari* V. A. M. Vr. B. E. H. I. K. Ch. A. B. An. A. Va. C., omnes mss. Pulm. et Bersm., plures Torr., Bentl. Oberl., et priscae editones, sine *et*, quod retinet Bentleius; sed in versu praecedenti emendat ex ingenio, et exemplis longe diversis, *ubive:* sequuntur Cun. San. Phil. Val. *Et* ex aliquo glossemate, omnino impedit, ac dividit sensum. Vid. de Art. poet. 175. seq. 86 * *addatur ad istam* Vr. B. a 1. m. ex glossemate. 87 * *mollitiam* Vr. A. An. A. a 1. m. Ba. A. Va. A. 95 *occupet.*

Iratum patruum, vicinos, te tibi iniquum;
Et frustra mortis cupidum, quum deerit egenti
Aes, laquei pretium. Iure, inquit, Trausius istis
Iurgatur verbis: ego vectigalia magna,
Divitiasque habeo tribus amplas regibus. Ergo,
Quod superat, non est melius quo insumere possis?
Cur eget indignus quisquam, te divite? quare
Templa ruunt antiqua Deùm? cur, improbe, carae
Non aliquid patriae tanto emetiris acervo?
Uni nimirum tibi rectae semper erunt res?
O magnus posthac inimicis risus! Uterne
Ad casus dubios fidet sibi certius? hic, qui
Pluribus adsuerit mentem, corpusque superbum;
An qui contentus parvo, metuensque futuri,
In paee, ut sapiens, aptarit idonea bello?
Quo magis his credas: puer hunc ego parvus Ofellum,

99 *As, laquei pretium*, lectionem aliquot mss. nostrorum, et aliorum, et editionum recentiorum, defendit Bentl. exiguis argumentis; sequuntur Baxt. Cuning. San. Phil. Gesn. Oberl. Combe, Wakef. [Bod.] Quis credat assem praecise laquei pretium? 99 *inquit*, *Trausius* V. B. M. Vr. B. a 2. m. C. a 2. m. E. F. H. Ch. A. a 2. m. B. Va. A. C., alii mss. apud Cruq. Bentl.; edit. Princ. Medd. 1476. 1477. Venn. 1479. 1481. 1483. Flor. 1482. Bentleius probat etiam ex marmoribus apud Grut. p. 744. 3., aliisque. Sequuntur Cun. San. Gesn. Phil. Val. Batt. Oberl. Combe, Wakef. Al. *Trasius*, *Trallius*, *Transius*, *Traustius*, *Travius*, *Traxius*, *Rausius*, *Tranlius*, *Tosius*, *Tralius*. Baxterus perperam asserit, Bentleium ex sola coniectura legisse *Trausius*.

105 * *magno emetiris* Vp. A. *ex magno metiris* V. D. e *tanto* ed. Princ. Cun. ex ingenio. 106 *recte tibi.* — *eunt* Bentl. ex coniectura. 108 * *certior* Vr. A. a 2. m. B. a 2. m.

Integris opibus novi non latius usum,
Quam nunc accisis. Videas metato in agello
Cum pecore, et gnatis, fortem mercedo colonum,
Non ego, narrantem, temere edi luce profesta
Quidquam praeter olus fumosae cum pede pernae.
At mihi seu longum post tempus venerat hospes,
Sive operum vacuo gratus conviva per imbrem
Vicinus; bene erat, non piscibus urbe petitis;
Sed pullo, atque haedo: tum pensilis uva secundas,
Et nux ornabat mensas, cum duplice ficu.
Post hoc ludus erat, culpa potare magistra;

113 *non lautius* Vr. G. a 2. m., Henr. Stephanus ex coniectura, quam laudat Cruquius in nota; refutat Bentleius. *Latius uti*, Ital. *largheggiare*. Opponitur *anguste*. Vid. III. od. 2 1. 114 *accissis*, *abscissis*, *abscisis*, *succisis*. 117 *fumoso* Ch. B. a 2. m. Aldus 1501. 118 *At mihi seu longum* V. A. I. N. Vr. B. E. I. K. Vp. A. D. Ch. B. a 1. m. Va. A., alius ms. apud Pulm. * *Ac mihi post longum tempus seu* Vr. G. *Ac mihi seu longum* lectio vulgata [sic et Bod.]: *si longum* An. B. *cum longum* edit. Basil. 1531. Frib. 1536. Dion. ab Harsio Lugd. 1538. Gryph. Ven. 1552. *quum* Henr. Steph. *At mihi cum longum* Mur. Bentleius miratur, unde malum huc pedem intulerit illud *cum*; cum omnes codices, et editiones haberent *seu*. *Ac mihi seu longum tempus post* Iunta 1503. *longo post tempore* San. ex coniectura quorumdam apud Lamb., non vero post Cun., ut ipse asserit San. *Ac*, et *at* etiam in mss. Virg. I. G. 50., ut ibi notat Burm.; et apud alios passim. 119 *imbres*.

121 * *tunc pensilis* V. I. Ch. B. 123 * *Post haec* V. I.

123 *cuppa potare magistra* Lamb. ex ingenio; id est, ut ipse explicat, nullo alio bibendi magistro adhibito, nisi ipsa *cuppa*; suo scilicet arbitratu quisque potabat; seu grandia mallet pocula, sive modica, ut infra sat. 6. 67. seqq.: *cuppam* pro poculo, calice, cyatho, accipiendo.

Ac venerata Ceres, ita culmo surgeret alto,
Explicuit vino contractae seria frontis.
Saeviat, atque novos moveat Fortuna tumultus;
Quantum hinc imminuet? quanto aut ego parcius, aut vos,

Sed bene probat Bentleius, *cuppam*, non poculum esse; sed iugens vas vinarium, instar dolii; et *cupa*, hoc sensu, legit Theod. Marcilius. Quo posito, quisque pro lubitu bibisset *vinum defusum e pleno oenophoro*, ut inquit Cicero, supra adductus ad v. 58.; vel *totum oenophorum sitiens*, ut apud Iuvenal. VI. 426 seq.: quod quis credat, intemperanter adeo, permissum pro ludo in frugali cena Ofelli? Æque exsibilanda alia ipsius Bentleii [quem sequuntur Parmenses] lectio *cupa*; id est muliere, quae vinum e taberna vendebat: quod ipse intelligit; Ofellum non domi e cella sua; sed forte e taberna venale vinum petiisse, quo hospitem suum lautius, et prolixius acciperet; et mulierem illam potandi fuisse magistram. Atqui cetera iam exposita alimenta Ofellus, non foris; sed e proprio penario depromere gloriatur. Quidni et vinum? Et qui locus mulieri saltatrici, et crotalistriae de taberna inter laudatos *bonos*, honestosque familiares? En quibus ineptiis lectiones omnium mss., et editionum veterum sollicitantur, atque e sede moventur magno, speciosoque verborum apparatu. 124 *ita culmo surgeret* V. A. B. C. D. E. G. N. Vr. B. C. D. E. H. a 1. m. K. Vp. A. C. E. Ch. A. B. An. A. Va. C. Ba. A., alii mss. apud Pulm., edit. Princ. Med. 1476. 1477. Venn. 1478. 1479. 1481. 1483. 1486. 1490. 1495 1509. 1514. Flor. 1482. Aldus 1501.; restituit Bentl., inde Baxt. Cun. San Phil. Gesn. Oberl. Combe, Wakef. *ita culmo ut* Vr. A. D. F. G. H. a 2. m., Iunta 1503. Aldus 1509. 1519. Argent. 1514. Basill. 1527. 1531. Frib. 1536. Dion. ab Harsio Lugd. 1538. Venn. 1545. 1552. 1566. 1573. Chab. Torr. D. Heins. Desprez, Dacer. Batt. * *ita culmo surgeret alto ut* V. D. F. *uti culmo* Lamb. Cruq. Bond; obliti, ut notat Bentl., vocabulum *uti* posteriorem syllabam semper producere.

127 * *Quantum aut imminuet?* V. C. N. Vr. A. a 2. m.

O pueri, nituistis, ut huc novus incola venit?
Nam proprie telluris herum natura neque illum,
Nec me, nec quemquam statuit: nos expulit ille;
Illum aut nequities, aut vafri inscitia iuris;
Postremùm expellet certe vivacior haeres.

B. D. F. G. a 1. m. H. Vp. A. D. F. Ch. A. B. An. A. Va. C. Sed recte *hinc* ceteri mss. et editi, cum Acrone. *imminuat* Vr I. *hinc eminuet* ex quibusdam mss. apud Lambinum Cun et San., novo verbo: ita et ms. unus apud Val.

128 *vixistis* Vr. I., alius ms. apud Pulm. 129 * *proprium* Ch. A. a 2. m. *proprie* plures mss., et edit. Venn. 1495. 1509. Vulgo *propriae;* facili errore amanuensium, qui diphthongos omittebant, vel intrudebant casu, non ratione. Eruditi grammatici, seu editores, vocem spectare ad *tellurem* existimantes, illam eodem gignendi casu exhibuerunt. Sed *propria* dici nequit *tellus*, dum huiusmodi proprietas denegatur. Rectius ergo *proprie;* hoc est, privatim, peculiariter; cui opponitur publice, promiscue, communiter. Cic. ad Fam. IX. 15.: *Quod me amas, est tibi commune cum multis: quod tu ipse tam amandus es, tamque in omni genere iucundus, id est proprie tuum.* II. Agrar. 31.: *Si campus Martius dividatur, et unicuique vestrum bini pedes assignentur; tamen promiscue toto, quam proprie parva parte frui malletis.* Livius XXXIV. c. 2. n. 5. sub fin.: *Quod in rebus ad omnes pariter viros, feminasque pertinentibus fecisse eas nemo miratus est; in causa proprie ad eas pertinente miramur fecisse?* Celsus lic. 7. c. 26. sect. 4.: *Illae curationes in feminis quoque similes sunt: de quibus parum, proprie tamen quaedam dicenda sunt.* Iam Lucilius apud Nonium c. 4. n. 346.: *Quum sciam, nihil in vita proprium mortali datum esse.*

132 *Postremo* Vr. H. Vp. A. a 2. m. Lamb. Cruq. Mur. edit Ven. 1573. Chab. Bond, Desprez, Talb. Baxt. Gesn. Val. Phil. Batt. Oberl. Combe. Ceteri mss. et edd. *Postremum.*

Nunc ager Umbreni sub nomine, nuper Ofelli
Dictus erat; nulli proprius: sed cedit in usum

133 *Umbreni.* Homo negotiator, celeber in coniuratione Catilinaria. Vid. Sallust. Cat. 41. 134 *Dictus erat; nulli* V. D. E. I. K. M. Vr. B. a 1. m. Vp. A. C. E. Ch. B. a 1. m. An. A. B. Va. C., alii mss. apud Bentl., edit. Ven. 1481., Aldus 1501. Iunta 1503. Bentleius revocavit in textum, merito; inde Baxt. Gesn. Oberl. Combe. Ordo est: Ager, qui nunc vulgo notus est *sub nomine* Umbreni, paullo ante *dicebatur* Ofelli. *Sub nomine*, et *dictus erat* tantum; quia non proprius. Al. *erit.* 134 * *proprius nulli* V. K.

134 *cedit* Vr. F., alius ms. apud Bentl., qui scite admisit in textum; sequuntur editores, qui supra. Al. *cedet. In usum*, quia tunc Ofellus colonus vere erat; et quia ex Stoicorum dogmate nemo dominus; sed omnes coloni, usuarii, vel usufructuarii: ideo ager *dicebatur* Umbreni, vel Ofelli; quia proprie neuter credebatur dominus; et Umbrenus *novus incola* erat tantum. Epictetus Enchirid. c. 15. Delphis 1723.: *Numquam te quicquam perdidisse dicito; sed reddidisse. Filiolus obiit? Redditus est. Praedium est ereptum? Annon id quoque est redditum? At improbus est, qui eripuit. Quid id tua refert, per quem is, qui dederat, abs te repetierit? Sed quamdiu concesserit, tamquam alienum id curato, ut cauponam viator.* Sen. epist. 88.: *Doces me, quomodo nihil perdam ex finibus meis? At ego discere volo, quomodo totos hilaris amittam. Paterno agro, inquit, et avito expellor. Quid? ante avum tuum quis istum agrum tenuit? Cuius, non dico hominis, sed populi fuerit, expedire potes? Non dominus isto, sed colonus intrasti. Cuius colonus es? Si bene tecum agitur, heredis. Negant Iurisconsulti, quidquam usucapi, quod publicum est: publicum est hoc, quod tenes; et quidem generis humani.* Eamdem sententiam expressit Lucianus in epigrammate Graeco, ita Latine verso a Marcilio ad hunc locum: *Nuper agellus Achaemenidae, nunc deinde Menippi; Hunc quoque mox mutabo, atque alium, atque alium. Ille ratus nuper,*

Nunc mihi, nunc alii. Quocirca vivite fortes, 135
Fortiaque adversis opponite pectora rebus.

SATYRA III.

Omnes insanire, etiam ipsos Stoicos, dum hoc docent.

Sic raro scribis, ut totó non quater anno
Membranam poscas, scriptorum quaeque retexens;
Iratus tibi, quod vini, somnique benignus
Nil dignum sermone canas. Quid fiet? Ab ipsis
Saturnalibus huc fugisti. Sobrius ergo,

nunc hic me retur habere; At proprie nullus, Fors nisi forte, tenet. [Bodon.: *Dictus erit*, n. p.; s. *cedet* etc.]

135 * *nunc aliis* Vr. F. K. 136 *Martiaque* San. ex ingenio audaci, quia eius aurem ferit repetitio.

1 *Si raro scribes* Bentl. ex aliquibus mss. et argutiis. Sequuntur Cun. San. Phil. [Bod.: D. *Sic* —. et 16.: H. *Di* —, et sic porro, i. e. Damas. et Horat.] 2 *recensens* V. A. Ch. B., alii mss. apud Val. ex glossemate. * *retentes* V. K. Bene *retexens;* quod est translate, recensere. Manil. IV. 218. seq.: *Non alio potius genitus sit Servius astro, Qui leges potius posuit, quam iura retexit.* 4 * *canis* An. A. a 1. m.

4 *at ipsis* Vr. C. a 1. m.; atque ita introduxit in textum Bentl. ex aliis mss.; sequuntur Baxt. Cun. Sanad. Phil. Gesn. Oberl. Combe, Wak. Male. *Ab ipsis*, ut in ceteris, est ante *initium Saturnaliorum;* seu, fugisti ipsa Saturnalia. *Ipsis*, sine praepositione *ab*, esset, intra dies Saturnaliorum. Sic Augustus Caesar libro 2. de vita sua, apud Serv. ad Virg. I. G. et Plin. H. N. II. 25.: *Iis ipsis ludorum meorum diebus, sidus crinitum per septem dies in regione Caeli, quae sub Septentrionibus est, conspectum.* Horatius fugit illorum dierum strepitum, in villam se recipiens. Vid. infra sat. 7. 4. 5 *fugisti. Sobrius ergo.*

Dic aliquid dignum promissis: incipe. Nil est!
Culpantur frustra calami, immeritusque laborat
Iratis natus paries Dis, atque poetis.
Atqui vultus erat multa, et praeclara minantis,
Si vacuum tepido cepisset villula tecto.
Quorsum pertinuit stipare Platona Menandro,
Eupolin Archilocho, comites adducere tantos?
Invidiam placare paras virtute relicta?
Contemnere, miser: vitanda est improba Siren,
Desidia; aut, quidquid vita meliore parasti,

Sic interpungas: non enim fugit sobrius ante Saturnalia; sed in villa longe a Saturnalibus sobrius est, illa abhorrens. Ad hunc sensum referenda erant illa Senecae, epist. 18., de ipsis Saturnalibus loquentis: *Hoc multo fortius est, ebrio, ac vomitante populo, siccum, ac sobrium esse.* Iuven. VII. 96.: *Tunc par ingenio pretium, tunc utile multis Pallere, et vinum toto nescire decembri.* Bentl. aliter probare nititur *fugisti sobrius.* Pro *ergo*, V. A. a 2. m. habet *esto;* quod ex alio ms. Cruquii laudat idem Bentl., et inclinat praeferre.

7 * *Frustra culpantur* V. D. *Culpantur calami frustra* Ch. B. 9 *multa ac praeclara* Cun. ex ingenio: vere auribus suavis tot *a a a a a a a* concursus. Unus amplexus est San., novitatum venator acer. 10 *tepido lecto* coniicit in nota Bentl., lecto scilicet lucubratorio. Anne lecto huiusmodi contentus esse poterat in villa Horatius, qui, impatiens frigoris, ad mare descendebat, ut ipse fatetur I. epist. 7. 10. seq.? 12 *Archilocho* V. E. Vr. B. a 1. m. Vp. F. Ita legit Bentleius ex uno ms. Reginensi a 2. m. Nunc tutius admitti potest elegantior lectio. Bentleium sequitur Wakef. 12 *comites adducere* Vr. H. Praefero lectionem venustiorem, et propriorem contextui; nempe *huc*, ut v. 5. * *et ducere* V. N. Vp. A. Al. *educere.* 12 *tantos.* Rutgersius argutiis emendare amaret, *quid? tu.* Laudat, sed reiicit Bentl. in nota. 13 *pares* ms. apud Va-

Ponendum aequo animo. Di te, Damasippe, Deaeque,
Verum ob consilium, donent tonsore: sed unde
Tam bene me nosti? Postquam omnis res mea Ianum
Ad medium fracta est, aliena negotia curo,
Excussus propriis: olim nam quaerere amabam,
Quo vafer ille pedes lavisset Sisyphus aere;

lart, cui placet. 16 *Damasippe.* De hoc Damasippo Iuven. VIII. 185. seq. De eodem, uti emace, et vendace loqui videtur Cicero ad Famil. VII. 23.: de alio, et de illius satellitibus Sallustius in Fragm. lib. 1. cap. 13. oper. tom. 1. pag. 27. edit. Haverc. 1742.; et de illius divitiis, ac de fine in Cat. 51.: *Nostra memoria victor Sulla, cum Damasippum, et alios huiusmodi, qui malo Reipublicae creverant, iugulari iussit; quis non factum eius laudabat? Homines scelestos, factiosos, qui seditionibus Rempublicam exagitaverant, merito necatos aiebant. Sed ea res magnae initium calamitatis fuit. Nam uti quisque domum, aut villam, postremo aut vas, aut vestimentum alicuius concupiverat, dabat operam, uti in proscriptorum numero esset. Ita illi, quibus Damasippi mors laetitiae fuerat, paullo post ipsi trahebantur: neque prius finis iugulandi fuit, quam Sulla omnis suos divitiis explevit.*

18-19 *Ianum ad medium.* Vid. I. epist. 1. 54. 20 *excussis* Vr. B., alius ms. apud Oberl. 21 * *Quo faber* Vp. F. a 1. m. Ch. A.: et *faver*, quod in aliquibus membranis invenit Torr., stat pro *faber;* non pro *vafer*, ut ipse ait. Idem pro *amabam*, invenit *habebam;* pro quo suspicatur *uvebam.* 21 *aere. Æra* dicebantur opera Corinthia, seu ex metallo Corinthio. Vid. I. epist. 6. 17., Iunium de Pict. vet. III. 11. §. 3. Quinctil. VIII. 2.: *Idem, quod commune est et aliis nomen, intellectu alicui rei tribuitur, ut Urbem, Romam accipimus: et venales, novitios: et Corinthia, aera, etc.* Sen. de Brev. vitae, 12.: *Corinthia, paucorum furore pretiosa, anxia subtilitate concinnat; et maiorem dierum partem in aeruginosis lamellis consumit.*

Quid sculptum infabre, quid fusum durius esset.
Callidus huic signo ponebam millia centum:
Hortos, egregiasque domos mercarier unus
Cum lucro noram; unde frequentia Mercuriale
Imposuere mihi cognomen compita. Novi,
Et miror morbi purgatum te illius. Atqui
Emovit veterem mire novus; ut solet, in cor
Traiecto lateris miseri, capitisve dolore;
Ut lethargicus hic, quum fit pugil, et medicum urget.
Dum ne quid simile huic, esto ut libet. O bone, ne te
Frustrere: insanis et tu, stultique prope omnes;

22 *scalptum* Vr. C. E., Aldus 1509. Arg. 1514. Basill. 1527. 1531. Frib. 1536. Dion. ab Harsio Lugd. 1538. Ven. 1552. Muret. Inscite reproduxit Baxterus, inde Oberl. Combe. Vid. III. od. 11. 52. 23 *Callidus*. Cicero Parad. VI. 3.: *Isti callidi rerum aestimatores, prata, et areas quasdam magno aestimant.* 25 *Mercuriali* editio Gryphii. Sequuntur San. Val. Wakef.; contra mss. omnes, et contra ipsum Acronem. 27 *Et miror morbi* V. B. D. E. G. M. Vr. A. D. E. F. G. H. K. Vp. D. F. Ch. A. B. An. B. Ba. A. Va. C., alii mss. apud Pulm. Torr. Bentl. Val. Oberl. Combe, edit. Princ. Med. 1476. Venn. 1478. 1481. 1483. 1486. 1490. 1492. 1514. Flor. 1482. Aldus 1501.; restituit Bentl.; sequuntur Cun. San. Val. Al. *Et morbi miror*: minus liquide. 28 * *Evomit* V. N. a 2. m. Vp. A. F. *Evomuit* An. B. 29 * *Transiecto* Vp. A. 29 *capitisve* V. N. Vr. H. Vp. A. D. Ch. B., alii mss. apud Bentl. Val. Combe, edit. Venn. 1478. 1481. 1483. 1486. 1490. 1492. 1514. Flor. 1482.; restituit Bentl., sequuntur Cun. San. Batt. Val. Wakef.; renuentibus Baxt. Phil. Gesn. Oberl. Combe, qui retinent *capitisque*. Disiunctiva opus est, ne simul concurrant lateris, atque capitis dolor. Nam de cardiacis scribit Celsus lib. 1. cap. 8.: *Stomachum autem infirmum indicant pallor, macies, praecordiorum dolor, nausea, et nolentium vomitus; in ieiuno dolor capitis.*

32 *ut lubet te ne.*

Si quid Stertinius veri crepat: unde ego mira
Descripsi docilis praecepta haec, tempore, quo me
Solatus iussit sapientem pascere barbam;
Atque a Fabricio non tristem ponte reverti.
Nam, male re gesta, quum vellem mittere operto
Me capite in flumen, dexter stetit; et, cave faxis
Te quidquam indignum: pudor, inquit, te malus angit,
Insanos qui inter vereare insanus haberi.
Primum nam inquiram, quid sit furere: hoc si erit in te
Solo; nil verbi, pereas quin fortiter, addam.
Quem mala stultitia, et quemcumque inscitia veri
Caecum agit; insanum Chrysippi porticus, et grex
Autumat. Haec populos, haec magnos formula reges,
Excepto sapiente, tenet. Nunc accipe, quare
Desipiant omnes, aeque ac tu, qui tibi nomen
Insano posuere. Velut silvis, ubi passim
Palantes error certo de tramite pellit;
Ille sinistrorsum, hic dextrorsum abit: unus utrique

33 *verum.* Vide I. sat. 5. 102.

35 * *crescere barbam* Vp. C. a 1. m. ex glossemate.

38 * *dextra* Vr. K. 39 *angit* V. B. Vr. B. a 2. m. E. a 2. m. H. Vp. D. Ch. B. An. A. Va. C., alii mss. apud Pulm. Cruq. Bersm. Torr. Bentl. Oberl., edit. Princ.; restituit Bentl., sequuntur Cun. Baxt. San. Phil. Gesn. Val. Oberlinus, Combe, Wakef. Al. *urget*, forte ex v. 30.

40 * *haberi?* Vr. C. H. 41 *sit furor* V. A. Vr. K. Vp. C. a 2. m. Ba. A., alii mss. apud Lamb. 43 *quaecumque. Cuiusque* Cun. audacter; ab eo San. 44 * *et porticus* V. D. 46 * *qua re* V. A.

48 * *Insani* Ba. B. 49 * *de certo tramite* Vr. I. 50 *utrisque. Utrimque* mss. apud Val.; Cun. ex ingenio, inde

Error; sed variis illudit partibus: hoc te
Crede modo insanum; nihilo ut sapientior ille,
Qui te deridet, caudam trahat. Est genus unum
Stultitiae, nihilum metuenda timentis; ut ignes,
Ut rupes, fluviosque in campo obstare queratur.
Alterum, et huic varum, et nihilo sapientius, ignes
Per medios, fluviosque ruentis: clamet amica,
Mater, honesta soror cum cognatis, pater, uxor:

Sanad. 52 * *nihil ut* Vr. A. 53 * *trahit* V. D. E. M. N. Vp. A. An. B. Ba B. Va. C. Recte *trahat;* nempe sit tamquam pecus, ut bene exponit Acron; et de pecudibus palantibus intellexit poeta v. 48. seqq. Caudam fictam piscis trahebat Plancus, personatus ut Glaucus, maris Deus; ut de eo Vell. Paterc. II. 83.: *Quum caeruleatus, et nudus, caputque redimitus harundine, et caudam trahens, genibus innixus, Glaucum saltasset.* Similiter Horatius, hominem divitem sub metaphora asinum, vel equum I. epist. 10. 48. dixit: *Tortum digna sequi potius, quam ducere funem.* Porphyrio huc advocat ludum puerorum, qui non sentienti caudam pecudis a tergo suspendunt irrisionis caussa. Vide infra v. 299. Dacerius Turnebum, Pulmannum, aliosque refutat, qui caudam trahere exponunt, superbe incedere. Cruquius putat *trahat*, pro *contrahat*, ut infra sat. 6. 26.; metaphora ducta a brutis, quae quum timent, caudam contrahunt. Sed hoc nimium.

56 *et huic varum* Vr. E. Ch. A. An. A. a 1. m., alii mss. apud Val. Oberl.; ita Acron, et Porphyrio, ex quibus revocavit in textum Baxterus, Gesn. Oberl. Combe: et est *oppositum*, *diversum*. Vid. I. sat. 3. ad v. 47. Al. [in his Bodon.] *varium*.

57 * *clamat* Vr. G. 57 *clamet amica, Mater.* Ita distinguas, ut *amica* sit diversa a *matre*. *Amica*, ut I. sat. 3. 38. I. epist. 1. 20. 15. 21. Cicero II. Phil. c. 24. n. 58.: *Reiecta mater, amicam impuri filii, tamquam nurum, sequebatur.* Al. *amica Mater.*

Hic fossa est ingens, hic rupes maxima; serva!
Non magis audierit, quam Fufius ebrius olim,
Quum Ilionam edormit; Catienis mille ducentis,
Mater, te appello! clamantibus. Huic ego vulgus
Errori similem cunctum insanire docebo.
Insanit veteres statuas Damasippus emendo;
Integer est mentis Damasippi creditor? Esto.
Accipe, quod numquam reddas mihi, si tibi dicam;
Tune insanus eris, si acceperis? an magis excors,
Reiecta praeda, quam praesens Mercurius fert?
Scribe decem a Nerio: non est satis; adde Cicutae

59 * *hinc rupes* Vr. B. E. a 2. m. Ch. A. a 1. m. An. B.

60 *Fufius* V. A. B. Vr. A. C. E. H., alii mss. apud Pulm. Torr. Val., edit. Princ. Ven. 1476. (*Sufius* Ven. 1479); revocavit Bentl., inde Cun. San. Phil. Gesn. Oberl. Wakef. Gens *Fufia* apud Theup. Mus. Theup. t. 1. p. 54.; item saepe *Furii* apud Gruterum, Reinesium, Murat., alios; nullibi *Fusii*. Eadem varietas apud Ciceronem saepe, ubi doctiores legunt *Fufium*. Ita variatur in *Fusidio*, et *Fufidio* I. sat. 2. 12. 62 *inclamantibus* Cun. 62 *vulgus* Vr. A. B. a 1. m. E. a 1. m. H. Ch. B. a 1. m. An. B., alii mss. apud Pulm. Bentl., edit. Princ. Med. 1474. Ven. 1509.; restituit Bentl., inde Cun. San. Phil. Val. Wakef. Quod ut intelligas, ordo est, vulgus cunctum insanire errorem similem huic; ut notant Sanad. Gesn.: similiter ac vitam vivere, furorem furere, dolorem dolere; non *vulgum similem*; quod fortasse caussam erroris dedit vel amanuensibus, vel grammaticis. 61 * *Damasippus emendo?* Vr. H. 69 *Decem Nerio* V. E. Ba. A. a 2. m. Ch. B., edit. Flor. 1482. Venn. 1483. 1486. 1490. 1495. 1509. 1514. 1552. 1573. Aldus 1501. 1509. 1519. Argent. 1514. Basill. 1527. 1531 Frib. 1536. Dion. ab Harsio Lugd. 1538., Muret.; ita Acron, Porphyrio, vetus Scholiastes Persii ad sat. II. 14, et Servius ad Virg. VII. Æ. 422. Inde a Lambino praevaluit *a Nerio*, vulgatum; quod iam aliquos legisse aevo

Nodosi tabulas centum; mille adde catenas :
Effugiet tamen haec sceleratus vincula Proteus.
Quum rapies in ius malis ridentem alienis;
Fiet aper, modo avis, modo saxum; et, quum volet, arbor.

suo, testantur Acron, et Porphyrio. Et recte: est enim sensus: *scribe te accepisse tot a Nerio.* Debitor scribebat, ut apud Modestinum in l. 41. §. 2. ff. de Usur.: *Ille scripsit, me accepisse, et accepi ab illo mutuos, et numeratos decem: quos ei reddam Calendis illis proximis cum suis usuris placitis inter nos*: apud Scaevolam in l. Ex pluribus 89. princ. de Solut. et liber.: *Titius Maevius dico, me accepisse, et habere, et accepto tulisse Gaio Titio reliquum omne, ratione posita eius pecuniae, quam mihi Stichus Gaii Titii servus caverat.* Vel ut apud Paulum in l. 40. princ. de Reb. credit.: *Lucius Titius scripsi me accepisse a Publio Maevio quindecim mutua numerata mihi de domo.* Plura Brisson. de Formul. lib. 6. p. 597. ed. Paris. 1583. Facit locus apud S. Lucam XVI. 6.: *Quantum debes domino meo? At ille dixit: Centum cados olei. Dixitque illi: accipe cautionem tuam; et sede cito: Scribe quinquaginta.* Vid. II. epist. 1. 105., ubi multa Bentleius pro vulgata lectione.

70 * *centum tabulas* V. I. 72 * *Quum rapias* V. M.

72 *in ius malis* Vr. E. a 1. m. H. Vp. D. Ch. B., alii mss. apud Lamb. Cruq. Talb., edit. Princ., Porphyrio. Defendunt Turn. Advers. XXIII. 5. Canter. Nov. lect. lib. 2. c. 16., inde Lamb. Talb.; sequuntur alii editores fere omnes. *Malis* intellige *maxillis*, non *damnis;* quo sensu ultimo ductus aliquis grammaticus, ad metrum sarciendum *iura* substituit. *Malis alienis* ridere dicitur, qui invitus laetitiam simulat, ut apud Val. Flacc. VIII. 164: *Errantesque genae, atque alieno gaudia vultu.* Ad Homeri locum Odyss. XXIII. 374. respexisse Horatium, notarunt praedicti, Chabot etiam, Dacerius; atque in proverbio fuisse, testatur Eustathius ad eumdem Homeri locum, ab iisdem allatus.

Si male rem gerere, insani est; contra bene, sani;
Putidius multo cerebrum est, mihi crede, Perillî,
Dictantis, quod tu numquam rescribere possis.
Audire, atque togam iubeo componere, quisquis
Ambitione mala, aut argenti pallet amore;
Quisquis luxuria, tristive superstitione,
Aut alio mentis morbo calet. Huc propius me,
Dum doceo insanire omnes, vos ordine adite.
Danda est hellebori multo pars maxima avaris:
Nescio an Anticyram ratio illis destinet omnem.
Heredes Staberî summam incidere sepulcro:
Ni sic fecissent, gladiatorum dare centum
Damnati populo paria, atque epulum, arbitrio Arrî;
Frumenti quantum metit Africa. Sive ego prave,
Seu recte; hoc volui: ne sis patruus mihi. Credo,
Hoc Staberî prudentem animum vidisse. Quid ergo
Sensit, quum summam patrimonî insculpere saxo
Heredes voluit? Quoad vixit, credidit ingens
Pauperiem vitium; et cavit nihil acrius: ut, si
Forte minus locuples uno quadrante perisset,

74 *insani, contra bene sani est ex* 2. mss. Bentl., quem sequitur Wakef. *insani est, contra bene sani est* Cuning. 75 *mî crede* Cuning. 75 *Perelli.* * *Parelli* V. A.

84 *summam incidere sepulcro.* Ita in sepulcro Trimalchionis apud Petron. c. 71.: EX. PARVO. CREVIT. SEXTERTIVM. RELIQVIT. TRECENTIES.

86 *Arrî, et* Bentl. ex ingenio. 88 * *volui hoc* An. A.

88 * *neu sis* An. A. 89 *iussisse* ex ingenio Lambinus, sequutus phrasin iuridicam, ut inquit Cruquius.

90 *inscalpere* edd. Venn. 1483. 1552. Vid. supra ad v. 22.

91 * *quod ad vixit* Va. A. 92 *nil acrius* V. A. N. ed. Ven. 1490. Iunta 1503. Cuning. 93 *perisset* V. B. K. M.

Ipse videretur sibi nequior. Omnis enim res,
Virtus, fama, decus, divina, humanaque pulchris 95
Divitiis parent: quas qui construxerit, ille
Clarus erit, fortis, iustus. Sapiensne ? etiam rex;
Et quidquid volet. Hoc, veluti virtute paratum,

Vr. E. a 2. m. F. K. Ch. A., alii mss. apud Pulm. Cruq. Bentl. Val. Ita legisse videtur Acron, dum exponit *reliquisset.* Probat Bentl. in nota; adoptarunt Baxt. Cun. San. Bos, Gesn. Val. Oberl. Combe, Wakef. *Perisset-videretur;* ut I. sat. 6. 79. *vidisset crederet.* Al. *periret.*

96 *construxerit* V. B. E. Vr. A. H. Vp. D. Ch. B. a 1. m. An. A. a 2. m. B. Va. C., alii mss. apud Cruq. Talb. Oberl. Combe, edit. Princ. Med. 1476. Venn. 1479. 1483. 1486. 1490. 1495. 1509. Flor. 1482. Iunta 1503. Aldus 1509. Arg. 1514. Frib. 1536. Basil. 1580. Dion. ab Harsio Lugd. 1538. Lamb. Cruq., et inde fere omnes. *Contraxerit* in mss. aliis, aliisque editis; adoptat Baxterus, eamque ait elegantiorem lectionem; et aliam ex interpretamento ortam. At parum Latine sapit, qui talia periculo suo asserit. Nedum verbum Horatianum est hoc sensu *construere* I. sat. 1. 44., ut *exstruere* II. od. 3. 19. Petron. c. 84.: *Qui solas exstruere divitias curant;* Festus v. Struere; sed primum passim apud omnes. Cic. II. Phil. c. 38. n. 97. *Itaque tanti acervi nummorum apud istum construuntur, ut iam appendantur, non numerentur pecuniae.* I. contra Rull. 5.; *Videtis iam, P. C., omnibus rebus, et modis constructam, et coacervatam pecuniam decemviralem.* Idem quod exaggerare. Phaedr. III. prol. 24. et seq.: *Qui magnas opes Exaggerare quaerit omni vigilia.* At vero *contrahere* est in unum colligere, redigere, vel corripere pecunias sive multas, sive paucas; quin in acervum construantur: quo sensu Apul. IX. Met. p. 182. ed. Pric.: *Ad istum modum, divinationis astu captioso, contraxerant non parvas pecunias.* Baxterum sequitur Combe. 97 *Sapiensne* Vr. B. Vp. D., mss. omnes Lambini alii apud Pulm. Cruq. Torr. Talb. Ita cum interrogatione Vr. B., aliqui apud Lamb. Pulm. Talbot; Bentl. Baxt. Cun.

Speravit magnae laudi fore. Quid simile isti
Graecus Aristippus, qui servos proiicere aurum
In media iussit Libya, quia tardius irent
Propter onus segnes? Uter est insanior horum?
Nil agit exemplum, litem quod lite resolvit.
Si quis emat citharas, emtas comportet in unum;
Nec studio citharae, nec Musae deditus ulli:
Si scalpra, et formas non sutor; nautica vela
Aversus mercaturis: delirus, et amens
Undique dicatur merito. Quì discrepat istis,
Qui nummos, aurumque recondit, nescius uti
Compositis; metuensque velut contingere sacrum?
Si quis ad ingentem frumenti semper acervum
Porrectus vigilet cum longo fuste; neque illinc

San. Oberl. Combe, Wakef.; quasi hoc verbo, ut notat Talb., Damasippi oratio a Flacco interrumpatur; festive satis quaerente, an etiam sapientiam conciliare possint divitiae? Hanc particulam agnoscit Priscianus XVI. ap. Putsch. c. 1032., qui tamen non interrogativam; sed confirmativam esse ait. Sic sine? ex nostris mss. Vp. D., alii apud Lamb. Pulm. Talb.; sequitur Lambinus, Cruquius, Torrentius, aliique non pauci. * *Sapiensve* V. E. Vp. F. *sapiensque* V. N. Vr. K. An. A. a 2. m. Va. C., alius apud Pulm. *sapiens*, *nae etiam rex* Iunta 1503. Alii mss., et editi plurimi, [ut Bod.] continuato Damasippi sermone, *sapiens etiam*, *et rex*. Sed *etiam rex* V. D. E. N. Vr. G. H. K. Vp. F. An. A. a 1. m. Va. A. C. Ba. A, edit. Venn. 1479. 1481. 1483. 1485. 1490. 1495. 1514. Pariter Hildebert. Mor. phil. col. 990.: *Sapiens*, *etiam rex*. * *Sapiens. iustusque*, *etiam et rex* V. M. *Et* videtur redundare.

99 * *simile istis* Vr. F. a 1. m.

104 *quod litem*. 105 * *citharae studio* An. B. 108 *quid discrepat*. 108 *discrepat iste* Vr. E. a 1. m. G. Ch. A., alii mss. tres apud Cruq. 112 *Proiectus* Bentl. ex conie-

Audeat esuriens dominus contingere granum;
Ac potius foliis parcus vescatur amaris:
Si positis intus Chii, veterisque Falerni
Mille cadis; nihil est: tercentum millibus; acre
Potet acetum: age; si et stramentis incubet, unde.
Octoginta annos natus, cui stragula vestis,
Blattarum, ac tinearum epulae, putrescat in arca:
Nimirum insanus paucis videatur; eo quod
Maxima pars hominum morbo iactatur eodem.
Filius, aut etiam haec libertus ut ebibat heres,
Dis inimice senex, custodis? ne tibi desit?
Quantulum enim summae curtabit quisque dierum,
Ungere si caules oleo meliore, caputque
Coeperis impexa foedum porrigine? Quare,

ctura, et meris argutiis; quem tamen sequitur Cuning. Ait, *porrectos* iacere, qui in molli lectulo; hunc nostrum *proiectum* dici, quia omnium Euclionum miserrimus, in nudo solo, vel vili stramine vigilabat. Quid hac ratione miserius? *Proiectus* recte dicitur ille, qui casu, temere iacet; ut apud Stat. Theb. V. 587.: *Viridi nam cespite terrae Proiectum temere.* Non qui consulto extentus iacebat, ut aditum intercluderet ad granarium. Numquid Tityos *proiectus* eo modo, aut *porrectus* in molli culcitra, apud Tibull. I. el. 3. 75.: *Porrectusque novem Tityos per iugera terrae?* Numquid Serpens in Septentrione apud Vitruv. IX. 6.: *Item Serpens est porrecta; e qua stella, quae dicitur Polus, plus elucet circum caput maioris Septentrionis. Namque quae est proxima Draconem, circum caput eius involvitur; una vero circum Cynosurae caput iniecta est fluxu, porrectaque proxime ejus pedes?* Vid. II. epist. 1. 268. Miror, Burmannum secundum ad Propert. II. el. 7. 21. hanc Bentleii novitatem laudasse. Vid. III. od. 10. 3. 12 *longo cum fuste* Cun, more suo. * *nec illinc* Vr. G.

116 *nil est* Cun.

Si quidvis satis est, periuras, surripis, aufers
Undique? Tun' sanus? Populum si caedere saxis
Incipias; servosve tuos, quos aere pararis;
Insanum te omnes pueri, clamentque puellae;
Quum laqueo uxorem interimis, matremque veneno,
Incolumi capite es? Quid enim? neque tu hoc facis Argis;
Nec ferro, ut demens, genitricem occidis, Orestes.
An tu reris eum occisa insanisse parente,
Ac non ante malis dementem actum Furiis, quam
In matris iugulo ferrum tepefecit acutum?
Quin, ex quo est habitus male tutae mentis Orestes,

127 *aufers*. Cic. Parad. VI. 1.: *Si quotidie fraudas, decipis, poscis, pacisceris, aufers, eripis.*

129 *servosque tuo* Vr. B. E. An. A. Ba. A. a 1. m.; ita septem editiones Ascensianae; et ex coniectura T. Faber, quam laudat Dacer., sed non sequitur; inde Bentl. Baxt. Cun. San. Phil. Batt. Gesn. Val. Oberl. Combe, Wakef. Ceteri nostri, et, ut videtur, aliorum omnes, cum aliis editionibus, *tuos*: quod retinendum puto. Inepta est enim Bentleii ratio: *Si semel tuos dixeris, nihil attinet illa adiicere, quos aere pararis.* Ignorabatne ille, servos pluribus modis tunc acquisitos? Petron. c. 47.: *Emptitius, an domi natus es? Neutrum, inquit cocus; sed testamento Pansae tibi relictus sum.* Solemus autem pluris habere, et carius id, quod aere nostro acquisivimus. Vid. II. epist. 2. 5. 129 * *parasti* An. A. Va. A. 131 * *uxorem perimis* Vr. G. 132 *Quidni? neque enim hoc facis Argis* Bentl. argutiis. *Quid ni?* solus amplexus est Wakef. Vid. I. sat. 1. 7.

133 *occidis* V. N. Vr. G. II. Ch. B., alii mss. apud Pulm. Bersm. Bentl. Val., edit. Princ. Zar. 1474.; Bentl. restituit: sequuntur Baxt. Cun. San. Val. Oberl. Gesn. Combe, Wakef. Al. *occidit.* 137 *tutae male mentis* Cun.

Nil sane fecit, quod tu reprehendere possis:
Non Pyladen ferro violare, aususve sororem
Electram: tantum maledicit utrique; vocando
Hanc Furiam; hunc aliud, iussit quod splendida bilis.
Pauper Opimius argenti positi intus, et auri,
Qui Veientanum festis potare diebus
Campana solitus trulla, vappamque profestis,
Quondam lethargo grandi est oppressus; ut heres
Iam circum loculos, et claves laetus, ovansque
Curreret. Hunc medicus, multum celer, atque fidelis,
Excitat hoc pacto: mensam poni iubet, atque
Effundi saccos nummorum; accedere plures
Ad numerandum: hominem sic erigit: addit et illud:
Ni tua custodis, avidus iam haec auferet heres.
Men' vivo? Ut vivas igitur, vigila: hoc age. Quid vis?
Deficient inopem venae te, ni cibus, atque
Ingens accedit stomacho fultura ruenti.
Tu cessas? agedum, sume hoc ptisanarium oryzae.
Quanti emptae? Parvo. Quanti ergo? Octussibus.
Heu, heu!

138 *reprendere.* 139 *aususque.* 139 *sororem est* Vr. H.: ex aliis duobus mss. admisit in textum Bentleius; sequuntur Cuning. San. Val. 141 * *quod iussit* V. G. Va. A.

143 *Veientanum.* Vid. II. epist. 2. 167. 148 * *mensam apponi* Vr. A. ex glossemate. 150 * *aegrum sic erigit* Va. A. 151 *iam iam* Cun. 154 *accedit* Vr. B. E. F. H. I. Vp. C. F. Ch. A. An. A. Ba. A. B., alii mss. apud Pulm. Bersm. Bentl. Val. Combe; revocavit in textum Bentl.; sequuti Cun. San. Phil. Val. Wakef. Ad rem urgentior est vulgata *accedat;* ut paullo ante v. 151. et II. sat. 7. 118. * *accessit* Ch. B. a 1. m., a 2. *accedat.* 155 *Quid cessas?* Muret.; refutat Talbot. Ita mss. apud Val. 156 *octo assibus* Lambinus ex coniectura; inde alii pauci.

Quid refert, morbo, an furtis, pereamve rapinis?
Quisnam igitur sanus? Qui non stultus. Quid avarus?
Stultus, et insanus. Quid, si quis non sit avarus;
Continuo sanus? Minime. Cur, Stoice? Dicam.
Non est cardiacus, Craterum dixisse putato,
Hic aeger. Recte est igitur, surgetque? Negabit;
Quod latus, aut renes morbo tentantur acuto.
Non est periurus, neque sordidus. Immolet aequis
Hic porcum Laribus. Verum ambitiosus, et audax.
Naviget Anticyram: quid enim differt, balatroni

157 * *Quid referet* Vp. C. 157 *pereamve* V. B. M. Vr. E. Vp. C. An. A. Ba. A. B., alii mss. apud Bentl., qui probat; sequuntur Baxt. Oberl. Alii mss. nostri, et aliorum, priscae editiones, et vulgo plures, usque ad Wakef., *pereamque. pereamne* Ch. B. a 2. m., Aldus 1501. 1509. 1519. Iunta 1503. Argent. 1514. Basill. 1527. 1531. 1580. Frib. 1536. Dion. ab Harsio Lugd. 1538. Muret. Pulm. Torr. Audacter, et gutturi insultantes, Cun. et San., *peream, anne rapinis.* 158 * *quis avarus* Vr. G. 162 * *surgetne* Ch. A. a 1. m. 163 * *latus, et renes* V. A. N. Vr. B. H. Ch. B. An. B. Sed bene *aut* disiunctivum; sunt enim morbi diversi. Vid. I. epist. 6. 28., et Celsum IV. 6. 10.

163 *tentantur* V. B. D. E. M. N. Vr. G. K. Vp. D. F. Ch. B. Ba. A. B., alii mss. apud Pulm. Cruq. Bentl., edit. Med. 1476. Venn. 1479. 1483. 1486. 1490. 1514. Flor. 1482., Priscianus apud Putsch. c. 691., Porphyrio; probat Bentl., inde Cun. San. Val. Wakef. 165 *Hic porcam* Cuning. ex ingenio, inde San. Vid. II. epist. 1. 143. 166 *balatroni.* Hanc lectionem, et alias, *barathrone*, vulgatiorem; *balatrone*, *baratroni*, et *barathroni*, sive mss., sive editionum, fuse discutit Bentleius; qui tandem requiescit in *balatrone.* Sed Latine a *balatro* est *balatroni*, dandi casu. Ita iam dederant Acron, et Porphyrio; ita mss. 2. apud Bersm., Cun. San. *Balatro* dicebatur homo luxuriosus, nequam, ganeo, decoctor: et hoc cognomine dictum quemdam Servilium Horatio coaevum, asserit Acron.

Dones quidquid habes; an numquam utare paratis?
Servius Oppidius Canusî duo praedia, dives
Antiquo censu, natis divisse duobus
Fertur; et haec moriens pueris dixisse vocatis
Ad lectum: Postquam te talos, Aule, nucesque
Ferre sinu laxo; donare, et ludere vidi:
Te, Tiberi, numerare; cavis abscondere tristem:

Huius furfuris homines designari ab Horatio; non vero *barathrum* dici, quod esset in ventrem, et ingluviem profundere, patet ex opposito. Nempe ait poeta, eodem peccare, qui abstinet paratis omnino, recondens omnia; ac ille, qui prodigus omnia donat alicui luxurioso; ut qui donat mimae fundumque, laremque I. sat. 2. 56.: neutro modo ipse gaudet quaesitis. At qui donat ventri, si Latine dicitur, nimirum gaudet. *Balatrones* pariter dicti loco modo citato v. 2. Ex mss. nostris *balatrone* habet Ba. A. a 1, m.; *baratroni* An. B. a 2. m. 170 *et hoc.*

172 *et perdere vidi* Bentl., ex ingenio intemperanti, et inscite; inscitius adhuc Cun. *donare, credere;* quem sequitur, speciosi auceps, San. Sane argutiis Bentleius, quas videas; inscitius Cuning., quia contra sensum auctoris. Vis, et elegantia est in *sinu laxo;* quod est, abundanter, copia immodica, sinu amplo, referto talis, et nucibus, quibus luderet ipse, et aliis daret ad ludendum; ut poeta notet excessivum ludendi amorem in puero; unde grandior factus, eo procederet, quo illi apud Iuven. I. 89.: *Neque enim loculis comitantibus itur Ad casum tabulae; posita sed luditur arca.* Huic oppositus frater, nuces, res tenues, numerabat, et cavis abscondebat; quod animum avarum, et sordidum praenunciabat: inde metus futurae discordiae. His fratribus oppositum par aliud fratrum v. 244. *Sinu soluto* eodem sensu dixit Sen. de Benef. IV. 24.: *Non recipit sordidum virtus amatorem; soluto ad illam sinu veniendum est;* id est, plena liberalitate, copia effusa. Scutica dignior Wakef., qui emendat, *donare, effundere, vidi.*

Extimui, ne vos ageret vesania discors;
Tu Nomentanum, tu ne sequerere Cicutam.
Quare, per Divos oratus uterque Penates;
Tu cave, ne minuas; tu, ne maius facias id,
Quod satis esse putat pater, et natura coercet.
Praeterea ne vos titillet gloria, iure-
Iurando obstringam ambo: uter aedilis, fueritve
Vestrum praetor; is intestabilis, et sacer esto.
In cicere, atque faba, bona tu perdasque lupinis,
Latus ut in Circo spatiere, aut aeneus ut stes;
Nudus agris, nudus nummis, insane, paternis?
Scilicet ut plausus, quos fert Agrippa, feras tu;
Astuta ingenuum vulpes imitata leonem?
Ne quis humasse velit Aiacem, Atrida, vetas cur?
Rex sum. Nil ultra quaero plebeius. Et aequam
Rem imperito: ac, si cui videor non iustus, inulto
Dicere, quod sentit, permitto. Maxime regum,

180 *fuerit*, *vel* Iunta 1503. Aldus 1509. 1517. edit. Argent. 1514. Basill. 1527. 1531. Frib. 1531. Dion. ab Harsio Lugd. 1538.; inde alii multi. 183 *laetus*. 183 *et aeneus ut stes* Bentl., sed non probat; sequuntur Cun. Sanad. Phil. Wakef. [Sic et Bodon., nisi quod habet *aheneus*.] *Aut* disiunctiva facit ad sensum; non *et* coniunctiva. * *Et ut aeneus astes* V. A.

186 *ingenium* An. A., edit. Ven. 1495. * *ingenio* Vr. G. *ingenium . . . leonum* Vr. B. a 1. m. 187 *Atride* Vid. Bentl., qui *Atrida* defendit. 187 *vetas? cur?* aliqui mss. nostri, et edit. Flor. 1482. 188 * *non ultra* Vr. G. 188 *Quaere* Canter. Nov. lect. lib. 4. c. 12. Bentl. ex ms. et argutiis. Pugnaret cum v. 190. 189 * *aut si* Vr. G. I. *At si* V. K. ms. unus apud Cruq., duo apud Val.; ita Baxt. Oberl. Combe, Wakef. Refutat Bentl. 190 *quod sentit* V. B. D. E. I. M. N. Vr. B. C. E. F. I. K. Vp. F. Ch. A. B. An.

Di tibi dent capta classem deducere Troia.
Ergo consulere, et mox respondere licebit?
Consule. Cur Aiax, heros ab Achille secundus,
Putescit, toties servatis clarus Achivis? 194

A. B. Va. C. Ba. A., alii mss. apud Pulm. Bentl. edit. Venn. 1478. 1479. 1481. 1483. 1486. 1490. 1495. 1514. Flor. 1482.; restituit Bentleius. et probat; inde Baxt. Cun. San. Val. Oberl. Combe, Wakef. * *quid sentit* V. A. Vr. H. Vp. D. *quae sentit* edit. Princ. Med. 1476. Aldus 1501. 1509. 1519. Iunta 1503. Argent. 1514. Basill. 1527. 1531. Frib. 1536. Dion. ab Hars. 1538. Lamb. Mur.; inde vulgata usque ad Bentl. 191 *deducere* Vr. F. Ch. B. a 2. m., Porph. ms. et editus, edit. Flor. 1482. Venn. 1483. 1486. 1490. 1492. 1495. 1514. 1552. 1573. Aldus 1501. 1509. 1519. Argent. 1514 Basill. 1527. 1531. Frib. 1536. Dion. ab Harsio 1538. Gryph. 1566. Mur. Chab. Desprez, Dan. Heins. * *classem capta deducere* V. K. a 1. m., a 2. *reducere*. *Reducere* Lamb. ex aliis mss.; sic, vel *redducere*, alii editores multi usque ac Bentl., qui primam restituit. Recte; quia haec in Asia dicebantur, ubi in agro Troiano insepultus iacuit Aiax: *deduci* igitur inde debuit classis, ut postea ad Graeciam appelleret. Sertinius Agamemnoni auguratur, ut voti compos fiat. Bene igitur *deducere*. Ita etiam ante bellum eidem praedixit Calchas, apud Apuleium De Deo Socr. pag. 158. t. edit. Aldi 1521.: *Enimvero in Aulide desidentibus obsessis, ac retro ventis abnuentibus, difficultas belli, et facultas itineris, et tranquillitas maris, et clementia ventorum per fibrarum notas, et alitum vias, et serpentium escas explorata sunt. Tacent nempe muta duo illa sapientiae Graecae summa cacumina, Ithacensis, et Pylius. Calchas autem longe praestabilis ariolus simul alites, et altaria, et arborem contemplatus est actutum sua divinatione; et tempestates flexit, et classem deduxit, et decennium praedixit.* 194 *Putescit* V. A. B. D. Vr. C. E. F. G. H. I. K. Vp. D. Ch. A. B. a 1. m. An. A. a 2. m. Ba. A. a 1. m. B. Va. C. alii mss. apud Pulm., Cruquii omnes, alii apud Torr. Bentl.; defendunt Cruq. Torr.; sequuntur Baxt. Gesn. Oberl. Combe, Wa-

Gaudeat ut populus Priami, Priamusque inhumato;
Per quem tot iuvenes patrio caruere sepulcro?
Mille ovium insanus morti dedit; inclytum Ulyssem,
Et Menelaum una mecum se occidere clamans.
Tu, quum pro vitula statuis dulcem Aulide gnatam
Ante aras; spargisque mola caput, improbe, salsa;
Rectum animi servas? Quorsum? Insanus quid enim Aiax
Fecit, quum stravit ferro pecus? Abstinuit vim
Uxore, et gnato: mala multa precatus Atridis;
Non ille aut Teucrum, aut ipsum violavit Ulyssem.
Verum ego, ut haerentes adverso littore naves
Eriperem: prudens placavi sanguine Divos.
Nempe tuo, furiose. Meo; sed non furiosus.
Qui species alias veri, scelerisque, tumultu
Permixtas, capiet; commotus habebitur; atque
Stultitiane erret, nihilum distabit, an ira.
Aiax, quum immeritos occidit, desipit, agnos:

kef. Optime. Putrescunt et quae malum odorem non emittunt; et quae sub terra; at hic Aiax *putescere* dicitur, quia *inhumatus*: quod horrorem, et commiserationem excitabat. Al. *Putrescit*, quod male defendunt Lamb. et Bentl.; sequuntur Cun. San. Batt. Val.; et est vulgatior cum priscis etiam editionibus. Eadem varietas infra sat. 4. 66. 199 * *natam* V. A. Vr. H. Vid. supra ad v. 191. 201* *Quorsum insanis?* V. D. Vr. G. 203 *Atridi* V. N. a 2. m.

208 *alias veris*. 211 *Aiax cum immeritos* V. B. D. E. K. N. Vr. G. I. Ch. B. An. B., alii mss. apud Pulm.; alios laudat Lamb.; restituit Bentl., sequuntur Baxt. Cun. San. Gesn. Val. Oberl. Combe, Wakef. *Aiax immeritos cum occidit* V. A. G. Vr. E. F. H. Vp. F., edit. Venn. 1479. 1486. 1514. Aldus 1501. Arg. 1514. Frib. 1536. * *Aiax dum immeritos* An. A. *inmeritos dum* Vr. K. Ch. A. An.

Quum prudens scelus ob titulos admittis inanes,
Stas animo? et purum est vitio, tibi quum tumidum est cor?
Si quis lectica nitidam gestare amet agnam;
Huic vestem, ut gnatae, paret; ancillas paret, aurum;
Rufam, aut Pusillam appellet; fortique marito
Destinet uxorem: interdicto huic omne adimat ius
Praetor; et ad sanos abeat tutela propinquos.
Quid? si quis gnatam pro muta devovet agna,
Integer est animi? ne dixeris. Ergo ubi prava
Stultitia, hic summa est insania: qui sceleratus,

A., edit. Princ. Med. 1476., Iunta 1503. inde aliae multae; et est vulgata.

212 *Tu-cum admittis* Bentl. ex ingenio: *committis* V. N. An. A., alii mss. apud Bentl., Porph. 213 *tumidum cor* V. N. Vr. G. I. K. Va. A. a 1. m., edit. Venn. 1479. 1483. 1486. 1490. Flor. 1482. 215 *ancillam.* 216 *aut Posillam* Bentl. meris argutiis, inde Cuning. Wakef. *et Rufillam* Despauter. Art. versif. lib. 3. Baxt. Oberl. Combe. *Pupam*, *aut Pupillam*, ex quibusdam Lambini mss. San. Val.; alii aliter: sed omnes desipiunt qui in hisce vocibus nomina propria puellarum divinant. Cognomina hominibus, feminis, et bestiis imposita novimus per lasciviam, et iocos, aut blanditiis, quae aliquando in vera cognomina adoptata sunt; sed cum bestiis, vel cum pueris blandiendo, eos nominibus appellamus etiamnum fictis, vel ab aliqua re deductis, quae postea tralatitia evaserunt; ut infra v. 259. Certe mss. omnes nostri habent ut in textu; paucis exceptis, in quibus *Ruffam* et *Pussillam.* Plautus in Asin. III. 3. 76. et 103. et seq.: *Dic igitur me anaticulam*, *columbam*, *vel catellum*, *hirundinem*, *monedulam*, *passerculum*, *putillum.*

219 * *quod si* V. A. C. a 2. m. *si qui* Bentl. Cun. * *natam* V. A. Vr. H. 220 *ubi parva.* 221 * *est hic summa insania* V. A. 221 * *quis sceleratus* Vr. C. Va. A.

Et furiosus erit: quem cepit vitrea fama;
Hunc circumtonuit gaudens Bellona cruentis.
Nunc age; luxuriam, et Nomentanum arripe mecum:
Vincet enim stultos ratio insanire nepotes.
Hic simul accepit patrimonî mille talenta,
Edicit, piscator uti, pomarius, auceps,
Unguentarius, ac Tusci turba impia vici,
Cum scurris fartor, cum Velabro omne macellum,
Mane domum veniant. Qui quum venere frequentes,
Verba facit leno. Quidquid mihi, quidquid et horum
Cuique domi est, id crede tuum; et vel nunc pete, vel cras.
Accipe, quid contra iuvenis responderit aequus.
In nive Lucana dormis ocreatus, ut aprum
Cenem ego: tu pisces hiberno ex aequore vellis:

224 *cepit quem* Cun. 225 *Vincit* Vr. E., edit. Venn. 1479. 1483. 1486. 1490. 1514. Aldus. 1501. Lamb. Muret., alii. 230 *Qui cum* V. E. K.; ita Bentl. ex ingenio; inde Wakef.: nunc liceat ex mss. *quid enim* Vp. F., alii duo mss. apud Torr., inde Cun. San. * *quid tunc* Vr. I * *quid tu* V. I. N. Recte Bentl.: quorsum enim incidere, et interturbare orationem, quasi res inexspectata sequeretur, velut I. sat. 1. 7.; sive legas *quid enim?* sive cum vulgata *quid tum?* Neque haec sive Damasippo, sive Horatio convenire possunt: neque mirum, si turba illa nebulonum *venere* frequentes ad lucrum.

231 * *quidquid eorum* V. N. 233 * *contra hoc* V. K. Vr. A. B. Ch. A. *contra hic* Va. A. *contra haec* V. A. B. E. G. M. N. Vr. G. H. I. K. Vp. D. F. Ch. B. An. A. B. Ba. A. Va. C., alii mss. apud Pulm. Torr. Val. Combe. Sed omnia redundant ex glossemate. 234 *Tu nive* Bentl., ineptiis; inde Cuningamius, Sanad. Wakef. 234 *duras ocreatus* Marklandus ad Stat. Silv. V. 1. pag. 248. Audacter, et inscite more suo. Vid. I. epist. 6. 58.

235 *verris* Lamb. ex paucis mss.; quamvis *vellis* fa-

Segnis ego, indignus qui tantum possideam: aufer:
Sume tibi decies: tibi tantumdem; tibi triplex,
Unde uxor media currit de nocte vocata.

teatur vulgatum: item defendit Bentl.; quos sequuti sunt multi, praesertim recentiores, Torr. Desprez, Talbot, Dac. Cun. San. Phil. Gesn. Batt. Val. Wakef. [Bodon.] Sed *vellis*, praeter mss. nostros V. B. E. Vr. E. a 1. m. H. Vp. F. a 1. m. Ch. B. An. C. a 1. m. Ba. A. Va. A., et aliorum multos, et editiones ante Lambinum, etiam Acron; licet alios *verris* habere dicat: et, ex recentioribus, Muret. D. Heins. Baxt. Oberl. Combe. Recte; quod magis hiberno mari id conveniat, ut notavit Torr. Id advertendum erat Bentleio, qui exemplis nititur communibus; et Gesnero, qui inconsiderate proprium verbum asserit *verrere*; quia inde *verriculum*, et *everriculum*. Tranquillo mari *verrere*, hoc est trahendo, contrahendo retia funditus, et undequaque quoscumque pisces corripere, comprehendere liceat; ut apud Manil. IV. 285.: *Et placidum inductis everrere retibus aequor:* alio sensu Ovid. XIII. Met. 961.: *Caesariemque meam, quam longa per aequora verro.* Sic, ut in venatione ferarum, et volucrum aequo tempore. Sil. Ital. XIV. 262.: *Seu silvis sectere feras, seu retibus aequor Verrere, seu caelo libeat traxisse volucrem.* Sive, ut Stat. V. Theb. 309.: *Non arva viri, non aequora verrunt;* et de ventis Virg. I. Æ. 58. seq.: *Maria, ac terras, caelumque profundum Quippe ferant rapidi secum, verrantque per auras.* Late, et quaquaversus. Quo sensu verbum *verrere* ipse Horatius usurpavit I. od. 1. 10. At hoc impossibile est *hiberno tempore*, mari tempestatibus agitato; quam difficultatem innuere voluit Horatius, ut notat Acron; quemadmodum de venatore, qui ocreatus dormit in nive Lucana, ut aprum venetur, hìc, et dicta od. 1. 25. Tunc *vellis* proprie dictum; quia piscator tractim hac, illac; vel alio etiam, quam retibus, modo, evellit, extrahit magno labore, ac periculo electos pisces, quibus helluones cenent; de qua significatione vide I. sat. 3. 133. II. epist. 1. 46. 238 *currat* Vr. E., Aldus 1509. 1519. edit. Basill. 1527. 1531. 1580. Frib.

Filius Aesopi detractam ex aure Metellae,
Scilicet ut decies solidum exsorberet, aceto
Diluit insignem baccam: quî sanior, ac si
Illud idem in rapidum flumen, iaceretve cloacam?
Quincti progenies Arrî, par nobile fratrum,
Nequitia, et nugis, pravorum et amore gemellum;
Luscinias soliti impenso prandere coemptas,

1536. Dion. ab Harsio Lugd. 1538. Venn. 1552. 1573. Gryph. 1566. Lamb. Torr. D. Heins. Desprez, Bond, Dac. Phil., aliique non pauci; sed recte *currit* cum ceteris mss. nostris, et omnibus Cruquii, et Torr. summo consensu, ut ipsi asserunt; aliis apud Pulm. Talb. Val.; inde Bentl. Baxt. Cun. Val. Oberl. Combe, Wakef.; nempe, uxor, quae solita est *currere*; moecha; non quae tunc pacta esset: quod repugnaret aequitati iuvenis, qui imo prohibet. *Decurrit nocte* Vr. I., duo mss. apud Torr. 238 * *nocte citata* Ba. A. a 2. m., Porphyrio.

239 *Metellae.* Caeciliae Metellae Metelli filiae, ait Acron, de qua supra ad II. sat. 1. 48. 240 *exsorberet* V. G. Vr. B. G. Ch. A. a 1. m., alii mss. apud Pulm. Val. Oberl., edit. Princ. Med. 1476. Venn. 1478. 1479. 1481. 1483. 1486. 1490. 1496. 1514. Flor. 1482. Aldus. 1501. Iunta 1503., et inde vulgata usque ad Bentl., qui praetulit *absorberet* ex aliis mss.; sequuntur Cun. San. Wakef. Sed nimis genericum *absorbere*, quod est late *consumere*. *Exsorbere*, proprius *ebibere* liquefactum unionem; ut constat ex Plin. H. N. IX. 35. Macrob. Sat. II. 13., ubi etiam legere mallem *exsorbuit*. Cicero II. ad Att. 71.: *Gustaras civilem sanguinem, vel potius exsorbueras.* II. Tuscul. c. 8. n. 20.: *Iam decolorem sanguinem omnem exsorbuit.* I. de Orat. c. 52. n. 225.: *Ne iniquo iudicio exsorbeatur sanguis tuus.* Ovid. VI. Fast. 145. de strigibus: *Pectoraque exsorbent avidis infantia linguis.* Plin. H. N. XXVIII. 2.: *Ut quisque ova exsorbuerit.* Alii passim. *Obsorberet* Ba. B., alii mss. apud Pulm. Bentl. Vid. infra 8. 24. 241 * *qui insanior* V. N. 242 * *in fluvium rapidum* Va. A. 244 *Nequitie et nugis* Cun. ex aure sua, et San.

Quorsum abeant? sanin' creta, an carbone notandi?
Aedificare casas, plostello adiungere mures,
Ludere par impar, equitare in arundine longa,
Si quem delectet barbatum; amentia verset.
Si puerilius his ratio esse evincet amare;
Nec quidquam differre, utrumne in pulvere, trimus
Quale prius, ludas opus; an meretricis amore
Sollicitus plores: quaero, faciasne, quod olim
Mutatus Polemon? ponas insignia morbi,
Fasciolas, cubital, focalia; potus ut ille

246 *sani creta*, *sani an creta*, *sani ut creta*; *sanine creta* Vr. K., alius ms. apud Pulm., et ita Bad. Ascens.; * *sanii creta* V. A. Vp. A. *sanii* mss. duo apud Bentl. Vulgata, *abeant sani? creta. Abeant? sanin' creta* Bentl. ex coniectura: et *notati*, pro *notandi*; quod habent mss. ab ipso adducti, et plures ex nostris. Ex *sanine*, probo cum Bentl. et Cun. *sanin'*; et cum interrogatione cum San. Phil. et Val. Sed *notati* dandum Bentl. et Cun. [quos sequuntur Parmenses.]; nam male ita primus exponit: *Non enim* abeunt *ablegati ad insanos*, notandi *carbone*; *sed iam tum* notati *illuc deportantur*. Alio sensu *abeant* accipiendum est: nempe, qua via; dextrorsum, an sinistrorsum, ex v. 50.; ut ex alterutra notentur. Baxterus praefert *sani ut creta*; et cum eo Oberl. Combe, Wakef. [Bod.] 249 *delectat*. 249 * *versat* V. B. D. M. N. *vexet* V. A. Vp. F. a 2. m.; alii mss. apud Lamb. 150 * *Sed puerilius* V. G. Vr. G. Al. *Sic puerilius*.

253 * *faciesne* Va. C. 254 *Palemon* plures mss. Sed bene *Polemon*, Gr. Πολέμων. De eo plenius Val Maxim. VI. 9. ext. 1. Diog. Laert. IV. 16. *Polemo* Cuning. San. Phil.

255 *cubital* Porph. ms. Ch., Lamb.: recte, etsi contra mss. omnes, et priscas editiones, per apocopen, ut *toral*; de quo vide I. epist. 5. 22.: quia *cubitale* non patitur carminis lex: nam prima nominis *focalia* syllaba producitur;

Dicitur ex collo furtim carpsisse coronas,
Postquam est impransi correptus voce magistri?
Porrigis irato puero quum poma, recusat.
Sume, citelle; negat: si non des, optat: amator
Exclusus quì distat, agit ubi secum, eat, an non, 260

cum a *faucibus* sint appellata. Nec a *foco* dici potest *focale*, ut *focillo*, et *refocillo*, cum Cruquio, qui opinatur, *focale* etiam accipi posse pro ferro ad crispandos crines apparato; aut ligneis, vimineisque orbiculis, qui igni, atque flammae opponi solent contra ardorem. Nam certum est, *focale* ad vestem pertinere, et a faucibus derivari; ut a *collo collare;* Ital. *corvatta:* et patet ex Sen. NN. QQ. IV. 13.: *Vides, inquam, quosdam graciles, et palliolo, focalique circumdatos, pallentes, et aegros.* Quinctil. I. O. XI. 3.: *Palliolum, sicut fascias, quibus crura vestiuntur, et focalia, et aurium ligamenta sola excusare potest valetudo. Sed haec amictus observatio, dum incipimus . . . Laevam a faucibus, ac summo pectore adducere licet.* Martial. XIV. ep. 142. 2 : *Hoc focale tuas asserat auriculas.* 257 *correctus* V. A. Ch. B. a 2. m., alii mss. apud Lamb., qui ita dederat in prima editione. Vid. I. ep 15. 37. 258 * *recuset* Vr. K. a 2. m. Ba. B. 259 *sume citelle* V. B. a 1. m. N. Vp. A. Ch. A. a 2. m. B. a 2. m. Ba. A., edit. Venn. 1486. 1490. 1492. 1495. 1498. 1514. Flor. 1482. Bad. Ascens. * *cirelle* V. I. *catille* Vp. F. [Bod. *catelle.*] *Batelle* Iunta 1503. Unus vidit Ascensius, etiamnum Italos hac voce blandiri pueris; et est vulgo Romae, *buon zitello;* cuius etymon non bene asseruere Ferrarius, et Menagius Orig. della Ling. Ital. v. Citto. Alio sensu de mulierculis S. Hieron. ad Eustoch. epist. 22. n. 29. op. t. 1. col. 112.: *Istiusmodi hortari solent, et dicere: Mi* (?) *catella, rebus tuis utere, et vive dum vivis: et num quid filiis tuis servas?* quem locum huc adducunt Torr. et Bentl.

259 * *neget* Vr. G. 260 * *quid distat* Vr. I. 260 *ait ubi secum* V. B. An. A. Va. C., Aldus 1501. 1509. 1519.

Quo rediturus erat non arcessitus; et haeret
Invisis foribus? Ne nunc, quum me vocat ultro,
Accedam? an potius mediter finire dolores?
Exclusit; revocat: redeam? Non, si obsecret. Ecce
Servus, non paullo sapientior: o here, quae res
Nec modum habet, neque consilium; ratione, modoque
Tractari non vult. In amore haec sunt mala; bellum,
Pax rursum: haec si quis tempestatis prope ritu
Mobilia, et caeca fluitantia sorte, laboret
Reddere certa sibi; nihilo plus explicet, ac si
Insanire paret certa ratione, modoque.

261 *non accersitus* V. D. K. M. N. Vr. B. I. K. Vp. A. D. F. Ch. A. B. An. A. Ba. A. B. Va. A. B. C., alii mss. apud Pulm., edit. Princ. Bad. Ascens. edit. Frib. 1536. [Bod.] Alii mss. nostri, et aliorum solita varietate, et editores, praesertim post Lambinum, habent *arcessitus*. Vid. I. ep. 5. 6. Locus, de quo in textu, desumptus est ex Terent. in Eun. I. princ., ubi Phaedria: *Quid igitur faciam? non eam? ne nunc quidem, Quum arcessor ultro? An potius ita me comparem, Non perpeti meretricum contumelias? Exclusit; revocat: redeam? Non, si me obsecret.* Imitatus est quoque Persius V. 112.: *Nunc ferus, et violens: at si vocet, haud mora, dicas. Quidnam igitur faciam? ne nunc quum arcessor, et ultro Supplicat, accedam?* 262 * *ne nunc* V. A. Vr. E., alii mss. apud Bentleium; et ipse Bentleius, qui probat; Baxt. Cun. San. Val. Oberl. Combe, Wakef. *nae cum* Aldus 1501. Iunta 1503. * *nec non cum* Va. A. *me cum* Vr. I. Al. *nec nunc.* 263 * *ac potius* Vr. H. *et potius* V. D. M. *aut potius* Vr. K. 263 *labores*. Vide ad epod. 17. 64.

265 *o here*. Idem Terent. l. c. 12. seqq.: *Here, quae res in se neque consilium, neque modum Habet ullum, eam consilio regere non potes;* et quae sequuntur.

268 *si qui* Cun. 270 *nihilo magis*.

Quid? quum, Picenis excerpens semina pomis,
Gaudes, si cameram percusti forte; penes te es?
Quid? quum balba feris annoso verba palato,
Aedificante casas qui sanior? Adde cruorem
Stultitiae, atque ignem gladio scrutare. Modo, inquam,
Hellade percussa Marius, quum praecipitat se,
Cerritus fuit? an commotae crimine mentis
Absolves hominem; et sceleris damnabis eumdem,
Ex more imponens cognata vocabula rebus?
Libertinus erat, qui circum compita siccus
Lautis mane senex manibus currebat; et, unum,
(Quid tam magnum? addens) unum me surpite morti!
Dis etenim facile est, orabat: sanus utrisque
Auribus, atque oculis; mentem nisi litigiosus
Exciperet dominus, quum venderet. Hoc quoque vulgus

272 * *qui cum* Vr. H. a 1. m. *Picenis.* Vide infra 4. 70. 273 * *cameram.* Refert Charis. lib. 1. p. 55. edit. 1551., Verrium Flaccum *camaram* scribere, non *cameram* per *e:* sed Lucretium scripsisse *cameram;* ideoque scribi posse promiscue. Apud Vitruvium VII. 3. *camera* legitur: apud Petron. c. 30. 40. 73. *camara;* ubi vide quae adnotant Schefferus, N. Heinsius, Burmann.; etiam pro aliis scriptoribus, apud quos hoc verbum occurrit. Apud Reines. cl. 1. n. 105. in marmore: CONCAMARATIO. In mss. et editis Horatii nulla varietas. 279 * *absolvens* Vp. A.

282 * *lotis* V. N. a 2. m. 283 *Quid tam magnum?* V. A. E. Vr. A. a 2. m. B. a 2. m. E. a 1. m. F. a 1. m. Vp. D. Ch. A. a 1. m. B. a 1. m. Ba. B. a 1. m., alii mss. apud Pulm. Cruq. Torr. Talb. Bentl., qui probant; Cun. San. Phil. Batt. Sandby, Wak.: laudat Torr. ex suis, sed non adoptat. *Quoddam magnum* Dion. ab Harsio 1538. Mur. Vulgata (*Quiddam magnum addens*), quam non bene defendit Gesnerus. 284 * *litigiosi* V8. G. 286 * *vulgi*

Chrysippus ponit fecunda in gente Menenî.
Iupiter, ingentes qui das, adimisque dolores!
(Mater ait pueri menses iam quinque cubantis,)
Frigida si puerum quartana reliquerit; illo
Mane die, quo tu indicis ieiunia, nudus
In Tiberi stabit. Casus, medicusve levarit
Aegrum ex praecipiti; mater delira necabit
In gelida fixum ripa, febrimque reducet.
Quone malo mentem concussa? timore Deorum.
Haec mihi Stertinius, sapientum octavus, amico
Arma dedit; posthac ne compellarer inultus.
Dixerit insanum qui me, totidem audiet; atque
Respicere ignoto discet pendentia tergo.
Stoice, post damnum sic vendas omnia pluris;
Qua me stultitia (quoniam non est genus unum)
Insanire putas? ego nam videor mihi sanus.

Ch. A. *vulgo* Vp. F. a 1. m.

287 *Chrysippi.* 288 *qui dasque adimisque labores* Cun. *dasque, adimisque dolores* San. *minuisque* Zar. 291 *Magne die* aliqui mss.; quod esset, *magne Iupiter.* Sed bene *mane die.* Plin. VIII. epist. 21.: *Forte accidit, ut eo die mane in advocationem subitam rogarer.* * *quando indicis* Vr. G. Va. A.

292 *medicusque.* * *levarat* Vr. A. 294 *febremque.*

294 * *reducit* Ch. A. 299* *pendentia collo* Vr. H. a 1. m.

301 *Quam me stultitiam* Cruquius unius ms. auctoritate, et Lamb. coniectura fretus; sequitur Bentl., hellenismi servandi studio; Cun. San. Wak. Male: nam *qua stultitia* est ablativus causae; ut apud Plinium H. N. X. 37.: *Harum* (columbarum) *amore insaniunt multi*; alio sensu a v. 63. supra, et I. epist. 1. 101., et Seneca de Vita beata, c. 12.: *Plerisque contingit, hilarem insaniam insanire.*

Quid? caput abscissum manibus quum portat Agave
Gnati infelicis, sibi tum furiosa videtur?
Stultum me fateor, (liceat concedere veris)
Atque etiam insanum: tantum hoc edissere, quo me
Aegrotare putes animi vitio. Accipe: primum
Aedificas; hoc est, longos imitaris, ab imo
Ad summum totus moduli bipedalis; et idem
Corpore maiorem rides Turbonis in armis
Spiritum, et incessum: quî ridiculus minus illo?
An quodcumque facit Maecenas, te quoque verum est,

303 *caput abscisum* V. A. B. D. G. M. Vr. A. B. E. G. H. I. K. Vp. F. Ch. A. An. A. Va. A. C. Ba. A. B., alii mss. apud Pulm. Bentl. Oberl., edit. Venn. 1495. 1514. Sed tanta codicum multitudine despecta; aliorum, et editorum vulgatum *abscissum* retinendum est; nec pro levi habenda utriusque verbi differentia, ut putat Bentleius, in hoc loco; nam Agave non ferro caput filio amputavit; quod esset *abscisum*, ab *abs*, et *caedo*; sed manibus discerpsit, dilaniavit: *abscissum*, a *scindo*, et *ab*. Testis Theocr. Idyll. XX. 26. seqq. Plaut. in Merc. II. 4. 1.: *Pentheum diripuisse aiunt Bacchas*. Ovid. III. Met. 732: *Sunt membra viri manibus direpta cruentis*; aliique omnes Graeci, et Latini. Vid. epod. 16. 35. 303 *manibus* Vr. E. a 2 m. Ch. B. a 2. m. Va. B. a 2. m., et antiqua manus ex ms. in ora exemplaris Aldini 1519. in Bibliotheca Angelica; alius ms. apud Pulm., alius apud Cruq., edit. Medioll. 1470. 1474. Zarot.; revocavit in textum Bentleius, et probat ex Eurip. in Bacch. 967. 1137. 1275. Sen. in Theb. 363. seqq.: *Felix Agave facinus horrendum manu, Qua fecerat, gestavit; et spolium tulit Cruenta nati Maenas in partes dati.* Ovid. l. c. 725. seqq.: *Visis ululavit Agave, Collaque iactavit, movitque per aera crinem; Avulsumque caput digitis complexa cruentis, Clamat, Io!* etc. Al. *demens*. * *portet* Vp. E. 304 * *sibi tunc* V. B. K. Vr. G. I. Vp. F. Ch. A. Va. C. Ba. A.

Tanto dissimilem, et tanto certare minorem?
Absentis ranae pullis vituli pede pressis,
Unus ubi effugit, matri denarrat, ut ingens
Bellua cognatos eliserit: illa rogare,
Quantane? num tandem, se inflans, sic magna fuisset?

313 *Tantum dissimilem* Bentl. ex duobus mss. Cruquii: addere poterat editionem Venetam Gryphii 1552.; sed non probat. *Tanto* hìc Latinum est, et unice ad rem; quod ipse negat: nam comparativi loco est post *dissimilem;* et cum subsequenti iungitur. *Tantum*, accipi posset hìc pro *solum*, *tantummodo*, *dumtaxat:* quod notum satis. Bentleium sequuntur pedibus Cun. San. Phil. Wakef. * *Dissimilem tanto* An. A. 315 * *uti ingens* V. K.

317 *num tandem , se inflans , sic magna fuisset?* Primus in haec verba insurrexit Cruq., ex suis mss. emendans: *num tantum*, *sufflans se*, *magna fuisset?* Hanc emendationem deinde verbis multis propugnavit Bentleius; sequuti sunt Baxt. Cun. Phil. Oberl. Combe, Wakef. [Bod.] Audacius adhuc ex ingenio San. dedit, *magna fuit? Tum;* eumque laudat, et sequitur Val. At hi non emendant; sed pervertunt auctoris sensum, et verba inscite, nec Latine. Ubinam scriptorum *tantum* pro *tam* in compositione: *tantum magna?* ubi in hoc contextu *sufflare se*, pro *se inflare?* Ex mss. nostris unus Vr. B. habet *tantum.* Ceteri *tandem;* ut etiam Porphyrio, ante omnes mss., quod ipse pro *tam* positum asserit. Rectius dices cum Tursellino, hoc adverbium vim habere instandi vehementius. Cic. I. de Leg. c. 1. n. 5.: *Quorsum tandem, aut cur ista quaeris?* III. Tusc. c. 4. n. 8.: *Quonam tandem modo?* Pro Flacco c. 10. n. 24.: *Utrum hìc tandem disceptationem, et cognitionem veritatis; an innocentiae labem aliquam, aut ruinam fore putatis?* I. de Nat. Deor. c. 38. n. 105.: *Hoc, per ipsos Deos, de quibus loquimur, quale tandem est?* Pro Rab. Post. c. 4. n. 38.: *Quod genus tandem est istud ostentationis, et gloriae?* Ac si diceret rana mater: *Finalmente, alla fin fine, quanto mai sarà grande questa bestia? Ebbene?*

Maior dimidio. Num tanto? Quum magis, atque
Se magis inflaret; non, si te ruperis, inquit,
Par eris. Haec a te non multum abludit imago.
Adde poemata nunc; hoc est, oleum adde camino:
Quae si quis sanus facit; et sanus facies tu?
Non dico horrendam rabiem. Iam desine. Cultum
Maiorem censu. Teneas, Damasippe, tuis te.

sarà mai così grande? Phaedrus in hac eadem fabula I. 24. 4. dixit: *Rana Rugosam inflavit pellem.* Et vv. 9. 10.: *Novissime indignata, dum vult validius inflare sese.* Quidni Horatius *se inflans;* quum paullo post repetat, *se inflaret?* Illud *se inflans*, quod in nullo codice reperit Bentl., videre poterat in uno apud Pulm., in alio apud Talbot; alios supponunt Lamb. et Torr.; ita in Vr. K. Ch. B. Ba. A., in uno a 2. m. apud Oberl. Denique, dici *sic* pro *tam*, nemo ignorat. Prudenter saltem asserit Torr., huius versus lectionem se non habere, quam receptae anteponat. 318 *Maior pernimio* coniicit Bentleius in nota: inde: *Num tantum?* ex ms. Cruq. *Maior dim. Num tantum?* Cuning. et Sanad.

322 *facit, et sanus facies tu?* Vr. B. Vp. D. F. Ch. A. An. A. Va. B., alii mss. apud Lamb. Pulm. Cruq. *facit, et sanus facias tu* Va. A., quod placet Torrent. in nota ex duobus suis. *facias tu* Ba. A. a 1. m. In aliis mira varietas; sed, *sanus facies tu* etiam V. D. M. N. Vr. A., alius ms. apud Cruq. Vulgatum: *fecit, sanus facis et tu?* etiam inde a primis editionibus. [Sic et Bod.]

323 *Non dicam* V. N. Vr. H. Vp. A. Va. B., alius ms. apud Pulm., ed. Princ. Venn. 1481. 1483. 1486. 1490. 1495. Flor. 1482.

324 *Teneas tuis te.* Nempe *tuis vitiis*: cura te ipsum; ut patet ex v. ult.; et bene Porphyrio, Bond, alii: non ut Bad. Ascensius: *inter tuos, et tui similes;* vel *cura res tuas*, ut Dac. San. Batt. *Tenere se suis* Latine genericum est; et supplendum ex contextu, vel ex eo intelligendum. Sic apud Cic. III. de Fin. 1.: *Quare illam qui-*

Mille puellarum, puerorum mille furores.
O maior, tandem parcas, insane, minori.

SATYRA IV.

Catii Epicurei philosophi fatuitatem irridet, qui summam hominis felicitatem in arte culinaria poneret.

Unde, et quo Catius? Non est mihi tempus aventi
Ponere signa novis praeceptis; qualia vincunt
Pythagoran, Anytique reum, doctumque Platona.
Peccatum fateor, quum te sic tempore laevo
Interpellarim: sed, des veniam bonus, oro.
Quod si interciderit tibi nunc aliquid, repetes mox;

dem dimittamus, et suis se finibus tenere iubeamus. At apud Petron. c. 64.: *Osculatique mensam, rogamus nocturnas* (sagas, seu veneficas), *ut suis se teneant, dum redimus a cena;* subintelligas *sociis;* id est, *insimul exspectent:* non *finibus*, vel *sedibus*, ut Burm. contendit.

2 *vincunt* V. E. Vr. A. a 1. m. C. a 1. m. E. a 2. m. F. K. Vp. D. F. Ch. A., alii mss. apud Lamb. Cruq. Talb., editiones priscae fere omnes usque ad Lamb., qui ex aliquibus mss. praetulit *vincant;* inde iterum propugnavit Bentl., sequuntur Cun. San. Phil. Batt. Sandby, Wakef. [Bod.] Etiam ex nostris ita exhibent V. A. Vr. A. a 2. m. Ba. A. Va. C., alii apud Cruq. Talb. Alii vero ex nostris, et aliorum, *vincent.* Sed vulgatum *vincunt* retinendum est cum Cruquio, Talbot, Baxtero, aliisque innumeris; tum quia Epicurei arrogantiam melius exprimit, ut ait Cruquius, et Talbot; tum quia praecepta illa actu vincebant; non futura cum illorum philosophorum praeceptis collatione: ac si Catius veram felicitatem in culina reperisset, ad quam nova haec praecepta recens didicerat; exultans fere ut Archimedes de sua inventione, apud Vitruv. IX. 3. 6 * *Quin si* An. B.

Sive est naturae hoc, sive artis; mirus utroque.
Quin id erat curae, quo pacto cuncta tenerem;
Utpote res tenues, tenui sermone peractas.
Ede hominis nomen: simul et, Romanus, an hospes.
Ipsa memor praecepta canam; celabitur auctor.
Longa quibus facies ovis erit; illa memento,
Ut succi melioris, et ut magis alba rotundis,
Ponere: namque marem cohibent callosa vitellum.
Caule suburbano, qui siccis crevit in agris,
Dulcior; irriguo nihil est elutius horto.

7 * *munus* V. I. a 1. m. 10 *simul an.* 11 *ipse memor.* [Ita et Bod.] * *Ipse canam praecepta memor* V. I. 13 *magis alma* Bentl. ex argutiis; ut sit, *bene alentia, bene nutrientia;* vel, ut notat Gesn. ex Varr. de Re rust. II. 11. 3., *alibilia:* sequuntur Oberl. Wakef. Peius adhuc Cun. *alta*, id est *nutrita;* quam novitatem amplexati sunt Phil. Val. Oberl. [Bod.]; sed laudibus effert Sanad., et vertit *plus nourris.* Unde hoc? Ovane rotundiora inania sunt, aut macra? Quin imo ipse vulgatam lectionem *alba*, omnium mss., et editorum, ridiculam dicit. Qui ridicula, si Latine sapias, et ad illius aevi opinionem? *Ova magis alba* illis erant, quae *magis abundant albumine;* seu *albiora* iuxta Acronem. Haec, iuxta Catium, interprete etiam Plin. H. N. X. 74. *quae oblonga sunt ova, gratioris saporis putat Horatius Flaccus. Feminam edunt, quae rotundiora gignuntur; reliqua marem.* Ita opinabantur Romani etiam apud Columellam VIII. 5.; et ita hodiedum mulierculae, quae ideo rotundiora ova ab oblongis separant, ut pro lubitu vel feminas, vel mares obtineant; contra quam asserebat Aristoteles Hist. anim. VI. 2. Sed hanc distinctionem derident recentiores physici; et repetitis observationibus praesertim O'Reilly Annal. des arts et manuf. tom. 21. p. 208. Paris. 1804. Albumine primum nutriuntur pulli, deinde luteo. Vid. Aristot. de Gen. anim. III. 1. Plin. X. 52. Nonnum de Re cib. II. 37.

15 *Cole.* 15 *siccis qui* Cun. 15 * *in arvis* Va. A.

Si vespertinus subito te oppresserit hospes;
Ne gallina malum responset dura palâto,
Doctus eris vivam musto mersare Falerno:
Hoc teneram faciet. Pratensibus optima fungis
Natura est: aliis male creditur. Ille salubres
Aestates peraget, qui nigris prandia moris

17 *oppresserit.* Ita Cicero at Attic. XIII. 38.: *Equidem vereor maxime, ne in Tusculano opprimar: in turba haec essent faciliora.* 19 *musto mersare Falerno* Bentleius ex coniectura; sed multo ante Castellanus: sequuntur Cun. Sanad. Phil. Val. Wakef.; illisque est accedendum, licet invitis omnibus mss.; facili etiam lapsu, in *misto*, vel *mixto*, pro *musto*. Nam *mixto Falerno* esset, vino Falerno aqua diluto; quod *miscere* significabat tum apud Latinos, tum apud Graecos, et Hebraeos; ut multis probat Stuckius Antiq. convival. III. 11. p. 530.: idque contra rei veritatem, et mentem auctoris. Vinum Falernum aevo Horatii omnium optimum habebatur, teste Varr. de Re rust. I. 2. 6.: dictum *severum* I. od. 27. 9. 10., *ardens* II. od. 11. 19., *forte* hic v. 24. At in *musto* eiusdem vini suffocabatur gallina, quia et actuosius, et dulcissimum eiusdem carnes laxabat, et mollefaciebat; ut generaliter vini dulcis proprium est enervare, et emollire potantes; gravius, et inflans. Non ergo vinum dilui, enervari aqua debebat. Notum est ex Cat. de Re rust. c. 120. Colum. XII. 20. Plin. H. N. XIV. 19. Pollione c. 16., veteres mustum in totum annum conservasse. Etiamnum ad eumdem effectum coqui in os et stomachum vivae gallinae per vim obtrudunt vel vinum generosum, vel spiritum vini; vel, ut efficacius, *rhum*. At illum suffocandi modum apud veteres male probat Bentleius ex Cicer. pro Mur. c. 29., qui de quocumque suffocandi modo loquitur, vel obtorto collo; ut legendi patet: *Nec minus delinquere eum, qui gallum gallinaceum, quum opus fuerit; quam eum, qui patrem suffocaverit.* Landinus edidit *mulso*, nullo auctore. 22 * *peragit* Ch. A. Va. C. 22 *nigris qui* Cun. more suo.

Finiet, ante gravem quae legerit arbore solem.
Aufidius forti miscebat mella Falerno,
Mendose: quoniam vacuis committere venis
Nil, nisi lene, decet: leni praecordia mulso
Proluеris melius. Si dura morabitur alvus;
Mitulus, et viles pellent obstantia conchae;
Et lapathi brevis herba, sed albo non sine Coo.
Lubrica nascentes implent conchylia Lunae:
Sed non omne mare est generosae fertile testae.
Murice Baiano melior Lucrina peloris:
Ostrea Circaeis, Miseno oriuntur echini;
Pectinibus patulis iactat se molle Tarentum.
Nec sibi cenarum quivis temere adroget artem,
Non prius exacta tenui ratione saporum.
Nec satis est cara pisces avertere mensa

28 *Mitilus*, *Mytilus*, *Mutulus*, vel *Mugilis*. 28 *et dulces* Vr. H. a 1. m. *Petulus et dulces* Sax. apud Combe. 30 * *complent* Vr. A. 33 *Circaeis*. Vid. epod. I. 30.

33 * *Messano* V. I.

34 *se iactat*. 35 * *Ne sibi* V. M.

36 *Ni prius* V. I. Vr. H. a 1. m. Ch. A. a 2. m. Va. A., alii mss. apud Pulm. Val. Oberl. Combe. * *Non prius exausta* Vr. G. 37 *averrere* V. A. a 1. m. Vr. C. F. a 1. m. G. a 2. m. H. Ch. A. B. a 1. m., alii mss. apud Lambinum, Pulm. Cruquium, Bentleium, Val. Sed *avertere* ceteri mss. nostri, et aliorum, Porphyrio, et editiones, fortasse omnes, ante Lamb., qui ex suis mss. dedit *averrere*; deinde approbavit Nic. Heins. ad Sil. Ital. III. 321., et pluribus Bentl.; sed alio sensu prorsus expiscato; ut sit *averrere pisces* de mensa convivatoris pro *reliquiis*; utpote quos nemo convivarum tangere velit, propterea quod aptum cuique condimentum desit. Lectionem approbant etiam Baxterus, San. Phil. Val. Batt. Oberl. Combe, Wakef., et Gesn., qui ait, illam sibi placere, quod sit,

Ignarum, quibus est ius aptius; et quibus assis
Languidus in cubitum iam se conviva reponet.
Umber, et iligna nutritus glande, rotundas 40
Curvat aper lances carnem vitantis inertem:

celeriter, et cupide emendo pisces de mensa cetarii. Sed iam notavimus supra ad sat. 4. 235., *verrere* et *averrere* de omnibus, cuiusque et speciei, et pretii piscibus indistincte accipi: quod neque *carae mensae*; neque opulentiae convivatoris nostri convenit; eo ipso intellectu, quo infra v. 76. seq.; de piscibus nempe exquisitis, et sumptuosis; quos qui emunt, cum aliis obsonatoribus ut plurimum luctando, et pretium augendo, quodammodo per vim auferunt: ideoque *avertere* dici poterat eleganter. Hinc recte Porphyrio exponit: *avertere autem, abstrahere, auferre.* Virg. X. Æ. 78.: *Arva aliena iugo premere, atque avertere praedas.* Sil. Ital. l. c: *Invadere fluctu Audax naufragia, et praedas avertere ponto.* Ammian. Marcell. XIV. 11.: *Obtruncatis omnibus, merces opimas, velut viles, nullis repugnantibus, avertebant;* ubi videndus Lindenbrog., et Muret. ad Catull. Nupt. Pel. et Thet. v. 5. Eodem sensu usurpant Caesar de B. C. III. 59.: *Praedam omnem domum avertebant*, Livius, alii; et pluribus docuit Gronov. Observ. IV. 5., illud proprium esse de rebus illis, quas ex aliena in nostram potestatem, et ditionem, ut plurimum fraude, et malis artibus redigimus. De quodam mullo quatuor pondo, et ad selibram, Sen. epist. 95.: *Licitati sunt: vicit Octavius; et ingentem consecutus est gloriam, quum quinque millibus* HS. *emisset piscem, quem Caesar vendiderat; ne Apicius quidem emerat.*

38 * *Ignaro* V. D. Vr. F. a 2. m. An. B. 39 *se iam* Cun.

39 * *reponit* Vr. A. C. a 2. m. K. Ch. A. a 2. m. B. Va. A. 41 *Curvat* V. A. N. Vr. A. E. F. G. H. I. K Vp. C. Ch. A. a 2. m. B. Ba. A., alii mss. apud Lamb. Bentl. Val. Oberl., Acron, edit. Princ., et aliae plurimae veteres, et recentiores. Sed Muretus praesertim, Desprez, Bentleius, inde eius asseclae Cun. Baxt. Sanad. Phil. Oberl.

Nam Laurens malus est, ulvis, et arundine pinguis.
Vinea submittit capreas non semper edules.
Fecundi leporis sapiens sectabitur armos.
Piscibus, atque avibus quae natura, et foret aetas, 45

Combe, Wakef., [Bod.] ex aliis mss. legunt *curvet*. Verum in re, quae erat notissima, vox praecipientis minime convenit; ut neque in versu subsequenti. Etiam nunc vulgo notum, apros, et sues glande saginatos duriori, et solidiori carne esse; quae saliturae, et omnibus salsamentis, et condituris aptior, et durabilior. Integros apponebant apros, quibus lances curvabantur. Iuven. I. 140.: *Quanta est gula, quae sibi totos Ponit apros.* Petron. c. 40.: *Secutum est hos repositorium, in quo positus erat primae magnitudinis aper.* Vid. infra sat. 8. 6. In picturis prope Lateranum detectis, de quibus diximus ad I. sat. 6 116, tab. II. fertur ad mensam lanx cum integro, ut videtur, porcello bimestri; de quo ad III. od. 17. 15. De apro Laurenti diximus ad epod. od. 5. 28. 43 * *submittat* Vp. C: 44 *Fecundae* Ch. A. a 1. m, ex 2. mss. Cruquius: mire placuit Bentl., qui multis argumentis contendit, lepus et feminino genere dici; et hìc quidem doctius, et probabilius, quia de femina agatur. Adoptarunt Baxt. Cun. Sanad. Batt. Val. Oberl. Combe, Wakef. Sed ante probandum erat, hìc tantum de femina agi, et istam ad rem *fecundam* praedicari; quum hoc potius sit epitheton generis utriusque, quod aeque fecundum recte dicitur. Nam, ut sensum penitus introspiciamus ad veterum scriptorum naturalis historiae peritorum mentem, lepus apud Latinos masculino genere enunciabatur praecipue, quia putabatur incerti sexus; ac esse modo mas, modo femina; et mares lepores vel potius androgynos, uno, eodemque tempore tum alios implere, tum ex sese parere: adeoque fecundos dici per excellentiam; quia dum utero ferunt, superfoetant, et singulis mensibus generant vel duos, vel tres. Illorum scriptorum testimonia videas apud Conradum Gesnerum Hist. anim. lib. 1. de quadrup. p. 685. seqq. Tiguri 1551. Nulla sexus distinctione habita, etsi eadem ipsa antiquorum opinio apud multos obtineat, hodieque catillo-

Ante meum nulli patuit quaesita palatum.
Sunt, quorum ingenium nova tantum crustula promit.
Nec quemquam satis in re una consumere curam:
Ut si quis solum hoc, mala ne sint vina, laboret;
Quali perfundat pisces securus olivo.
Massica si Caelo supponas vina sereno;
Nocturna, si quid crassi est, tenuabitur aura;
Et decedet odor nervis inimicus: at illa
Integrum perdunt lino vitiata saporem.
Surrentina vafer qui miscet faece Falerna
Vina, columbino limum bene colligit ovo;
Quatenus ima petit volvens aliena vitellus.
Tostis marcentem squillis recreabis, et Afra
Potorem cochlea; nam lactuca innatat acri

nes in lepore sectantur femora, et lumbos, seu armos, ut bene exponit Acron; in armos enim agunt calcaria, Virg. VI. Æ. 882., non in *humeros;* quos hìc vulgo Interpretes pro *armis* intelligunt. Vid. I. sat. 6. 106. 46 * *patuit nulli* Ba. A. 46 * *palato* V. D I. Vr. K., alius ms. apud Combe. 48 * *Nec quemquam* Ch. A. a 2. m., et ex ms. in ora edit. Ald. 1519. in Bibliotheca Angelica. Optima lectio patet ex contextu. Al. [Bod] *Nequaquam.* 48 *satis est re una* Cun. ex ingenio. 49 * *solum haec* Vr. A. K.

51 *supponas* V. A. D. G. K. N. Vr. E. I. K. Vp F. Ch. A. An. A. Va. C. Ba. A., alii mss. ap. Val., edit. Mediol. 1476. Venn. 1478. 1479. 1481. 1483. 1495. 1509. 1552. 1573. Ald. 1501. 1509. 1519. Iunta 1503. Arg. 1514. Basill. 1527. 1531. 1580. Frib. 1536. Dion. ab Harsio Lugd. 1538. R. Steph. 1544.; inde vulgata usque ad Bentl., qui *suppones* aliorum mss., et editionum aliquot veterum praetulit, nullo idoneo argumento: eum sequuntur Cun. San. Val. Wakef. *Massica subpones coelo si vina sereno* Cun. invertit more suo. 57 *Quatinus ima petat* V. A. a 2. m. Vr. A. H. K. a 2. m., alius ms. apud Pulm.

59 * *innatet* Vr. I.

Post vinum stomacho: perna magis, ac magis hillis
Flagitat immorsus refici; quin omnia malit,
Quaecumque immundis fervent allata popinis.
Est operae pretium, duplicis pernoscere iuris
Naturam: simplex e dulci constat olivo;
Quod pingui miscere mero, muriaque decebit;

60 *illis*. 61 *immorsus* V. D. I. K. M. N. Vr. G. Vp. C., edit. Venn. 1479. 1483. Frib. 1536. R. Steph. 1544.: *inmorsus* reliqui nostri; sed aliqui divisim *in morsus*; quod in editis praevaluit, iam ab editione Principe fere in omnibus; exceptis ex recentioribus Cun. Sanad. Phil. Hinc disputatum, quid sit *in morsus*, vel *immorsus*. At primo notandum, *inmorsus* esse ab aliquorum scriptorum orthographia, qui *n* scribebant ante *m* in hac voce, ut in aliis immediate sequentibus *inmundis*, *inmane:* quod non advertentes vel ceteri amanuenses, vel etiam eruditi editores, inde duas voces statuerunt *in morsus;* hoc est, *in frusta*, sensu plane diverso, et insulso; quum *immorsus*, vel *inmorsus*, casu primo, sit *impransus*, vel *inpransus*, ut aliqui adnotatores exponunt in iisdem mss. nostris; vel *ieiunus*, qui *refici* flagitat, seu amat; ut multi etiamnum usu habent, qui comestionem a perna, vel aliis salsamentis ordiuntur. *Immorsus* Bentleio est potius *stomachus vellicatus*, *excitatus*, *punctus*, *pervulsus;* quod et aliqui Scholiastae notant. 61 *mavolt* Bentl. Cun. Val. Wakef.; vetustatis studio. *Mavult* San. * *malet* V. H. a 1. m. [62. Bod.: *ad* lata. Vid. ad 2, 79.] 65 *At pingui* Ch. A. a 2. m. *At* iam dederat ex uno ms. Simeo Bosius; ex quo id iterum proposuit Bentl., inde Cun. San. Phil. Quamquam hìc multa afferat Bentleius, ut vulgatum *quod* reiiciat; nihil mutandum puto. Recte enim se habet; et sensus est: duplex ius oleo praesertim constat: unum e simplici oleo dulci: *quod*, ut fiat alterum, miscetur mero pingui, id est, non tenui; et muria Byzantia; deinde spargitur croco. *Hoc*, haec mixtura cocta, *ubi stetit*, postquam ebullìit, ubi frigescit, et ad consistentiam redacta est; tunc illi additur, *insuper*, aliud oleum Venafranum optimum,

Non alia, quam qua Byzantia putuit orca.
Hoc ubi confusum sectis inferbuit herbis,
Corycioque croco sparsum stetit; insuper addes
Pressa Venafranae quod bacca remisit olivae.
Picenis cedunt pomis Tiburtia succo:
Nam facie praestant. Venucula convenit ollis:
Rectius Albanam fumo duraveris uvam.
Hanc ego cum malis; ego faecem primus, et halec;
Primus et invenior piper album, cum sale nigro
Incretum, puris circumposuisse catillis.

infra sat. 8. 40., tamquam conditura praecipua. *Pingui aliud* Val. ex ingenio, inscite: *aliud ius* non miscetur; sed ex mixtura obtinetur: quod et ipsi Bentleio erat advertendum. 66 *putuit* V. A. D. l. M. N. Vr. A. C. F. G. H. I. K. Vp. A. C. Ch. A. B. An. B. Va. C. Ba. A., alii mss. apud Pulm. Torr., edit. Princ. Aldus 1501. Cruq; restituit Bentl., inde Cun. Baxt. San. Batt. Phil. Gesn. Val. Oberl. Combe, Wakef. *Putuit* etiam legit Nestor Dionysius in Lexico v. Orcus, et Puteo. *Orca* erat vas fictile, in quo salsamenta adservabantur: *Byzantia*, quia Byzantio advecta; et quae muria odorata erat. Periphrasis, pro muria, quae advehebatur Byzantio in orca; quia thunni, qui muria conservabantur, ibi optimi erant. Alii mss. nostri, et aliorum, et plurimae editiones tum veteres, tum recentiores, habent *quae*, vel *qua putruit*; nempe *orca*, piscis, quae *putruit*; seu *muria*, *quae putruit orca*. Quod quam sit absurdum, patet vel prima fronte; quia pisces ea de causa sale, seu muria condiebantur, ne putrescerent. Quinctil. Instit. Orat. VIII. 2.: *Nec video, quare orator duratos muria pisces nitidius esse crediderit; quam ipsum id, quod vitabat.*

70 *Picenis*. Vide supra sat. 3. 272. 72 *Venacula, venecula, venuncula, vennuncula, vernucula*. Eadem varietas apud Plin. H. N. XIV. 2. 5. 72 * *Albinam* V. l. *induraveris* Vp. C.

73 *halec*. Vid. infra sat. 8. 9. [Bod. *alec.*] 74 *inveni*.

Immane est vitium, dare millia terna macello;
Angustoque vagos pisces urgere catino.
Magna movet stomacho fastidia; seu puer unctis
Tractavit calicem manibus, dum frusta ligurrit:
Sive gravis veteri craterae limus adhaesit.
Vilibus in scopis, in mappis, in scobe, quantus
Consistit sumptus? neglectis, flagitium ingens.
Ten' lapides varios lutulenta radere palma,
Et Tyrias dare circum illota toralia vestes;
Oblitum, quanto curam, sumptumque minorem
Haec habeant; tanto reprehendi iustius illis,
Quae nisi divitibus nequeant contingere mensis?
Docte Cati, per amicitiam, Divosque rogatus,
Ducere me auditum, perges quocumque, memento.
Nam, quamvis memori referas mihi pectore cuncta;

78 *movet* V. B. D. M. Vr. C. a 1. m. G. H. K. Ch. A. Va. A., alii mss. apud Torr. Bentl., edit. Princ.; restituit Baxt., probat Bentl.; sequuntur Cun. San. Phil. Sandby, Val. Oberl. Combe, Wakef: stylo Horatiano, absolute, et impersonaliter positum; tum ex sequentibus disiunctivis, quae singularem numerum postulant. Al. *movent.*

79 *dum frusta* V. A. I. Vr. H. Ba. A., alii mss. apud Lamb. Cruq. Talb. Combe. Vid. I. sat. 3. 81.: *semesos pisces.* Sen. de Brev. vitae, c. 12.: *Quanta arte scindantur aves in frusta non enormia.* Epist. 47.: *Alius pretiosas aves scindit; pectus, et clunes, certis ductibus circumferens eruditam manum, in frusta excutit.* Al. [Bod.] *furta.* 81 *in mattis* Tan. Faber ex coniectura; inde Sanad. 82 * *consistat sumptus* Vp. C. 84 *illuta* Vr. E., alii mss. apud Torr. [Bod.] *inlota* Vr. H. a 1. m., a 2. *inluta* Va. A. 86 *reprendi.* 87 *nequeant* V. A. Vr. A. C. K. Ch. A. Ba. A., alii mss. apud Lamb. Cruq. Bentl, qui admiserunt in contextu; inde Baxt. Cun. San. Val. Oberl. Combe, Wakef. Al. *nequeunt.* 90 *memori referas mihi*

Non tamen interpres tantumdem iuveris: adde
Vultum, habitumque hominis; quem tu vidisse beatus
Non magni pendis, quia contigit: at mihi cura
Non mediocris inest, fontes ut adire remotos,
Atque haurire queam vitae praecepta beatae.

SATYRA V.

Hereditatum captatores quibus artibus uterentur, faceto Ulyssem inter et Tiresiam dialogo exponit.

Hoc quoque, Tiresia, praeter narrata, petenti
Responde: quibus amissas reparare queam res
Artibus, atque modis. Quid rides? Iamne doloso
Non satis est Ithacam revehi, patriosque Penates

V. A. B. D. I. K. N. Vr. A. C. E. F. G. I. Vp. A. C. Ch. A. An. A. Ba. A. Va. A. C., Priscian. apud Putsch. c. 772., edit. Vascos.; alii mss. apud Bentl., qui probat; inde Dacer. Cun. San. Phil. Val. Wakef.: id est, *pectore memori referas mihi*, dilucidius; et ex v. 11. *Referas memori mihi* obtinebat in editis iam inde ab editione Principe. 92 * *quae tu* V. A. a 1. m. 93 * *ac mihi* V. N.

3 *dolose* Vr. F. a 2. m.; et ita dedit Bentl. ex alio ms., et mirifice captus coniectura Daniel. Heinsii, qui ait: *Scribe*, dolose; *ut lepidissime illi alteri respondeat*; o nulli quicquam mentite. Inepta mihi, non lepida ratio, et comparatio: *doloso* enim dandi casu, et plane omnino, et modestius cum rege; illum quoquo modo indirecte redarguens: et alio loco directe, vocandi casu, quia laudat. Imperfecta etiam esset oratio eo casu; quia nisi suppleas, *tibi non satis*; quis in patriam redeat, ignoratur. Bentleium sequuntur Cun. San. Sandby, Phil. Val. Wakef. Sed ante omnes duae editiones Britannici, et Cevallerii in versione Gallica; ut notat Cun. 4 * *Num satis* Vr. I. 4 *

Adspicere? O nulli quidquam mentite! vides ut
Nudus, inopsque domum redeam, te vate; neque illic
Aut apotheca procis intacta est, aut pecus: atqui
Et genus, et virtus, nisi cum re, vilior alga est.
Quando pauperiem, missis ambagibus, horres;
Accipe, qua ratione queas ditescere. Turdus,
Sive aliud privum dabitur tibi; devolet illuc,
Res ubi magna nitet, domino sene: dulcia poma,
Et quoscumque feret cultus tibi fundus honores,
Ante Larem gustet venerabilior Lare dives:
Qui quamvis periurus erit, sine gente, cruentus
Sanguine fraterno, fugitivus; ne tamen illi
Tu comes exterior, si postulet, ire recuses.
Utne tegam spurco Damae latus? haud ita Troiae
Me gessi, certans semper melioribus. Ergo
Pauper eris. Fortem hoc animum tolerare iubebo;

patriosve Ba. A. 5 * *O quicquam nulli* V. G. M. N. 6 *redeo* Cun. San. 6 *nec illic* Vr. K., alius ms. apud Combe.

8 * *alga* Vr. E. Ch. A., sine *est*. 11 *aliud primum* V. B. a 1. m. K. a 1. m. N. Vr. I. K. Vp. A. D. a 1. m. An. B., alii mss. apud Pulm. Talb. Val. Combe, edit. Princ. Flor. 1482. Venn. 1483. 1486. 1490. 1492. 1552. *Privum* est peculiare, et rarum. Sic et Lucilius: *Abdomina thynni priva dabo;* quasi peculiaria, et in usum proprium recondita; ut bene Cruquius. *Privi* Cun. more suo. *Aliquid privum* ms. apud Oberl. Ovid. II. de Arte am. 269. seqq.: *Quin etiam turdoque licet, missaque corona, Te memorem dominae testificare tuae. Turpiter his emitur spes mortis, et orba senectus.* De *privo* pluribus agit Gifanius ad Lucret. v. Privus. 16 * *non tamen* V. A.

18 *Visne tegam* Vr. K. a 1. m., editio Aldina, Iuntae 1503. Argent. 1514. Frib. 1536. Dion. ab Harsio Lugd. 1538. Refutat Lambinus. Apul. III. Met. p. 51. ed. Pric.: *Lateri*

Et quondam maiora tuli. Tu protinus, unde
Divitias, aerisque ruam, dic, augur, acervos.
Dixi equidem, et dico: captes astutus ubique
Testamenta senum: neu, si vafer unus, et alter
Insidiatorem praeroso fugerit hamo;
Aut spem deponas, aut artem illusus omittas.
Magna, minorve Foro si res certabitur olim;
Vivet uter locuples sine gnatis, improbus, ultro
Qui meliorem audax vocet in ius, illius esto
Defensor: fama civem, caussaque priorem
Sperne; domi si gnatus erit, fecundave coniux.
Quincte, puta, aut Publi, (gaudent praenomine molles
Auriculae) tibi me virtus tua fecit amicum:
Ius anceps novi, caussas defendere possum;
Eripiet quivis oculos citius mihi, quam te
Contemptum quassa nuce pauperet: haec mea cura est,

eius obambulabam obtectus. 22 * *eruam* V. N. Va. C. 23 * *dicam* Va. A.

24 * *ne si* Vp. C. 26 *Haud spem* V. D. Vr. B. 28 * *natis* Vr. G. 29 *in ius vocet* Cun. 31 * *fecundaque* Vr. H. 35 * *ocius mihi* V. M. Vr. 1. l.

36 *quassa nuce* V. A. B. E. G. I. K. a 1. m. M. Vr. A. B. C. E. F. G. K. Vp. C. Ch. A. Ba. B. Va. A. C. a 1. m., alii mss. apud Pulm., omnes Cruquii, Torr. Talb. Val., edit. Princ. Zar. et Med. 1477. Aldus 1501. Iunta 1503. Ven. 1509.; restituit Baxt., sequuntur Val. Oberl. Al. [Bod.] *cassa nuce*, quod idem sonare scribit ipse Baxterus. Iuxta Serv. ad Virg. II. Æ. 85.: *Cassum est quasi quassum, et nihil continens:* quod improbat Nonius Marc. c. 1. v. Cassum, et Vossius Etym. v. Careo. Poetam innuere nuces *inanes*, *ac sine medulla ventosas*, ut ait Petron. c. 137., nullum dubium. Sed hic rectius *quassas* dici, quam *cassas*, nempe *inanes*, *vacuas* simpliciter, puto. *Quassa* enim nux erit, quae manu capta, quassatur, concutitur;

Ne quid tu perdas; neu sis iocus. Ire domum, atque
Pellículam curare iube: fi cognitor ipse;
Persta, atque obdura, seu rubra Canicula findet
Infantes statuas; seu pingui tentus omaso
Furius hibernas cana nive conspuet Alpes.
Nonne vides, (aliquis, cubito stantem prope tangens,
Inquiet) ut patiens! ut amicis aptus! ut acer!
Plures adnabunt thunni, et cetaria crescent.
Si cui praeterea validus male filius in re
Praeclara sublatus aletur; ne manifestum
Caelibis obsequium nudet te, leniter in spem
Adrepe officiosus; ut et scribare secundus
Heres; et, si quis casus puerum egerit Orco,

ex quo intelligimus, illam esse inanem, non *gravem*, *et plenam integro fructu*; ut ait idem Petron. Nam *quassare* id significat. Ennius apud Macrob. Sat. VI. 3.: *Equus saepe iubam quassat.* Plaut. in Merc. III. 4. 15 : *Tristis incedit, quassat caput.* Catull. Carm. LXIV. 13. ad fundum suum: *Hic me gravedo frigida, et frequens tussis quassavit.* Sen. Troad. 161.: *Artus horridus quassat tremor.*

37 * *ne sis iocus* Ch. A. Petron. c. 57.: *Nunc spero, me sic vivere, ut nemini iocus sim.* 38 *fi cognitor* V. A. E. K. a 2. m. N. a 1. m. Vr. A. C. F. H. Vp. C. Ch. A. An. A. a 2. m. Va. A. C. a 1. m., alii mss. apud Lamb. Bentl., edit. Med. 1476. Ven. 1479.; restituit Lamb., inde Cruq. Torr. Talb. Bentl. Baxt. Cun. San. Sandby, Batt. Wakef. Al. *si*, *sis*, *fis*. Male Gifanius l. c.: *Si cognitor ipse?*

39 * *Prosta* Vr. G. *Presta* V. N., edit. Princ. Ven. 1509. *Insta* V. K. 41 * *Spurius* Ch. B. Va. A. 41 *conspuit* V. I.

42 *aliquem* San. 44 *thinni, tinni, thynni.* * *cetaria crescant* Vr. I. 47 * *ludet te* Ch. B. a 1. m. An. A. a 2. m. *ludat.* * *lenius* Va. A. 48 *et ut* V. I. Va. A., editio Gryphii. 49 *si qui* Cun. * *arroget orco* Va. A.

In vacuum venias; perraro haec alea fallit.
Qui testamentum tradet tibi cumque legendum;
Abnuere, et tabulas a te removere memento:
Sic tamen ut limis rapias, quid prima secundo
Cera velit versu; solus, multisne coheres,
Veloci percurre oculo. Plerumque recoctus
Scriba ex quinqueviro corvum deudit hiantem;
Captatorque dabit risus Nasica Corano.
Num furis? an prudens ludis me, obscura canendo?
O Laertiade, quidquid dicam, aut erit, aut non:
Divinare etenim magnus mihi donat Apollo.
Quid tamen ista velit sibi fabula, si licet, ede.
Tempore, quo iuvenis Parthis horrendus, ab alto
Demissum genus Aenea, tellure, marique
Magnus erit: forti nubet procera Corano
Filia Nasicae, metuentis reddere soldum.
Tum gener hoc faciet: tabulas socero dabit, atque,
Ut legat, orabit. Multum Nasica negatas

50 * *fallet* Vr. C. a 1. m. An. B. *ludit* V. G. M. An. A.

54 * *multisve* Va. A. 56 * *deludit* Vr. I. Ch. A. Al. [Bod.] *deludet*, quam lectionem vulgo praetulerunt editores; quia fortasse putarunt referri ad sequens *dabit*; sed ad *plerumque* referenda; ut sit, *quia plerumque*, quod praesens tempus requirit. De Domitio Tullo, qui heredipetas testamento delusit, scribit Plin. VIII. epist. 18.: *Alii contra hoc ipsum laudibus ferunt, quod sit frustratus improbas spes hominum: quos sic decipere, pro moribus temporum, prudentia est.* 60 *mihi donat magnus* ms. apud Combe. 61 * *edam* V. A. a 1. m. I. Va. A. An. A. a 2. m.

66 * *Tunc gener* An. A. *Cum gener* Vp. A. *Tum gener haec* V. I. *huic faciet* V. D. 67 * *rogatas* V. E. a. 1. m.

Accipiet tandem, et tacitus leget; invenietque
Nil sibi legatum, praeter plorare, suisque.
Illud ad haec iubeo: mulier si forte dolosa,
Libertusve senem delirum temperet; illis
Accedas socius: laudes, lauderis ut absens.
Adiuvat hoc quoque; sed vincit longe, prius ipsum
Expugnare caput. Scribit mala carmina vecors?
Laudato; scortator erit? cave te roget: ultro
Penelopam facilis potiori trade. Putasne,
Perduci poterit tam frugi, tamque pudica;
Quam nequiere proci recto depellere cursu?
Venit enim, magnum donandi parca, iuventus;
Nec tantum Veneris, quantum studiosa culinae.
Sic tibi Penelopa frugi est: quae, si semel uno
De sene gustarit, tecum partita lucellum;

68 * *tandem*, *tacitus* Cun.: et ita sine *et* nonnulli mss. apud Torrent. 70 * *ad hoc* V. K. Vr. K. *adhuc* V. E. G. Ba. B. 71 * *Libertusne* Vr. G. 71 * *istis* V. A. a 1. m.

73 * *vincet* V. B. D. G. I. M. N. a 2. m. Ch. B. An. A.

74 * *scribit* V. A. Ch. A. Al. *scribet.* 75 *caveas roget* V. A., alii mss. apud Oberl. * *cave non roget* Vr. A. *cave ne* Vr. I. *caveto* Vr. B. 76 *Penelopam* V. A. a 1. m. G. Vr. B. Vp. D. Va. C., alii mss. apud Bentl. Oberl.: ita Lamb. Cruq.; probat Bentl., inde Cun. Vid. epod. 17. 12. et 17.

78 *nequivere* Vr. C. Ch. A. B. Va. D., Iunta 1503.

79 *Venit enim magno* ms. apud Val.; coniicit Simeo Bosius apud Lamb., et Tan. Faber; sequitur Cun. *Venit enim* (*indignum*) Bentl., argutiis: ut vere sit indignum, in sensu aperto: nempe, iuventus parca; seu, quae non facile donabat magnum quid, ingentem summam, seu munera pretiosa, qualia requirebantur ad conciliandam Penelopam. 80 * *Veneri* Ch A. a 2. m. [Bod. *veneris.*] 82 * *gustaret* Vr. B. C. a 1. m. Ba. A.

Ut canis, a corio numquam absterrebitur uncto.
Me sene, quod dicam, factum est. Anus improba Thebis
Ex testamento sic est elata: cadaver
Unctum oleo largo nudis humeris tulit heres:
Scilicet, elabi si posset mortua, credo,
Quod nimium institerat viventi. Cautus adito;
Neu desis operae, neve immoderatus abundes:
Difficilem, et morosum offendet garrulus; ultra
Non etiam sileas. Davus sis comicus; atque
Stes capite obstipo, multum similis metuenti.
Obsequio grassare: mone, si increpuit aura,

84 *quid dicam.* 87 *sic posset* V. E. Vr. I. Ch. A. Ba. A., alii mss. apud Cruq. Combe. 89 * *Non desis* An. B. *Ne desis* edit. Ven. 1490. Dion. ab Harsio Lugd. 1538. Ven. Gryphii 1552. Mur. 90 *offendes* Bentl. ex coniectura; quam adoptant Cun. San. Phil. Val. 90 *ultra* V. A. a 2. m. I. Vr. A. B. C. a 2. m. E. G. a 1. m. K. Vp. C. D. Ch. B. a 1. m. Va. A. C., alii mss. apud Lamb. Pulm. Cruq; et ita Baxt. Oberl. Combe. *Ultra* hìc absolute ponitur, ut apud Cic. de Univ. c. 3. n. 7.: *Ut si probabilia dicentur, nil ultra requiratis.* Ad Att. XV. 1.: *Est autem oratio scripta elegantissime sententiis, verbis; ut nihil possit ultra.* Quod idem est, atque alibi: de Invent. I. c. 49. n. 91.: *Remotum est, quod ultra, quam satis est, petitur.* Noster l. epist. 1. 32. epist. 6. 16. de Arte poet. 433.: eodem fere sensu, ac I. sat. 3. 2. 3.: nimium garrulus, et nimium taciturnus. Vid. infra ad v. 96. Al. [in his Bod., in qua ed. ad sequentia refertur.] *ultro;* sed illud alii editores praecedenti, alii sequenti voci coniungunt. 93 *increpuit* V. D. E. H. K. a 1. m. M. N. Vr. F. a 1. m. K. Vp. C. D. Ch. A. a 1. m. B. An. B., alii mss. apud Lamb. Pulm. Combe, Aldus 1501. Elegantius, et ad rem [aptius] quam *increbuit*, vel *increbruit:* hoc est, ad quemcumque aurae motum, atque crepitum. Plaut. in Rud. Prol. 69.: *Increb-*

Cautus uti velet carum caput: extrahe turba
Oppositis humeris: aurem substringe loquaci. 95
Importunus amat laudari? donec, hoe! iam!
Ad Caelum manibus sublatis, dixerit, urge; et
Crescentem tumidis infla sermonibus utrem.
Quum te servitio longo, curaque levarit;

pui hibernum, et fluctus movi maritumos. Cic. de Orat. II. c. 5. n. 21.: *Simul ut discus increpuit.* Ovid. XIV. Met. 820.: *Ictu Verberis increpuit.* Virg. VIII. Æ. 527.: *Iterum atque iterum fragor increpat ingens.* Propert. I. el. 17. 6.: *Saevas increpat aura minas.* Nonius Marc. c. 4. v. Crepare. Et per translationem, Cic. pro Mur. c. 10. n. 22.: *Simul atque increpuit suspicio tumultus, artes illico nostrae conticescunt.* I. Cat. c. 7. n. 18.: *Quidquid increpuerit, Catilinam timeri, non est ferendum.* Attentus heredipeta, ac de salute sui divitis sollicitus, ad primum aurae sibilum monet illum statim, ut caveat; velet caput, ne ipse frigore infestetur. *Increbruit*, vel *increbuit*, esset, si aurae vis augesceret. * *increverit* Vr. G. *si crepuit* Vr. I.

94 * *Catus uti* V. N. 95 *distringe* Porphyrio editus; sed bene *substringe* in mss., in cuius significatione exponenda Interpretes multa dicunt prorsus absona. Adulator ille, ut surdi faciunt, manum cavam retro, et supter aurem applicabat; ut intentius se audire simularet. Vid. II. od. 13. 32. 96 * *he ho* Vr. I. Vid. I. sat. 5. 12. seq.: *Ohe! iam satis est!* 97 *urge.* Deest *et* in V A. Vr. A. F. G. H. I. Vp. D. Ch. B. Va. A. C. An. A., in aliis mss. apud Pulm. Oberl. Combe; edit. Ven 1490. Iunta 1503. 99 *servitio longo.* Cic. Parad. VI. c. 1. in fine: *An eorum servitus dubia est, qui cupiditate peculii nullam conditionem recusant durissimae servitutis? Hereditatis spes quid iniquitatis in serviendo non suscipit? Quem nutum locupletis orbi senis non observat? Loquitur ad voluntatem: quidquid denuntiatum sit, facit: assectatur, assidet, muneratur. Quid horum est liberi? quid denique non servi inertis?*

Et certum vigilans, quartae esto partis Ulysses,
Audieris, heres: ergo nunc Dama sodalis
Nusquam est? unde mihi tam fortem, tamque fidelem?
Sparge subinde; et, si paullum potes, illacrymare: est
Gaudia prodentem vultum celare. Sepulcrum
Permissum arbitrio, sine sordibus exstrue: funus
Egregie factum laudet vicinia. Si quis
Forte coheredum senior male tussiet; huic tu
Dic, ex parte tua, seu fundi, sive domus sit
Emptor, gaudentem nummo te addicere. Sed me
Imperiosa trahit Proserpina: vive, valeque.

SATYRA VI.

Otii, et vitae rusticae, prae curis urbanis, laudes.

Hoc erat in votis: modus agri non ita magnus,
Hortus ubi, et tecto vicinus iugis aquae fons;

100 *quartae esto* V. A., alii mss. apud Lamb. Bentl., qui probat; praesertim quia nota formula iuris: sequuntur Cun. Baxt. Phil. Sandby, Val. Oberl. Wakef. * *quartae est* (pro *esto*) Vr. B. E. Ba. B. Al. *quartae sit.*

101 * *ergo tunc* Vr. A. a 2. m. I., ubi adnotatur *dices.*

102 * *Nunquam* Vr. A. a 1. m. 103 *illacrymare.* Deest *est* in V. D. E. M. Vr. A. C. E. I. K. Vp. C. Ba. A. Va. A. An. A., edit. Venn. 1483. 1490. 104 * *celato* Vr. A. a 2. m. 105 *Permissum* V. A. D. I. K. M. Vr. B. F. G. H. I. K. Vp. A. C. D. Ch. A. B. An. A. Ba. B. Va. C., alii mss. apud Lamb. Pulm. Torr., edit. Venn. 1478. 1486. 1490. 1492. Probant Lamb. et Torr. *Commissum* alii mss. et editiones ex priscis multae, et aliae; etiam Mur., D. Heinsii, Dac. 106 * *laudat* Vr. K. Vp. C. An. A. a 2. m. Ba. A.

Et paullum silvae super his foret. Auctius, atque
Dî melius fecere: bene est: nil amplius oro,
Maia nate, nisi ut propria haec mihi munera faxis.
Si neque maiorem feci ratione mala rem;
Nec sum facturus vitio, culpave minorem:
Si veneror stultus nihil horum; o si angulus ille
Proximus accedat, qui nunc denormat agellum!
O si urnam argenti Fors quâ mihi monstret! ut illi,

3 * *Aptius atque* Vr. I. 4 *nil* V. I. Vr. E. F. H. K. Vp. D. Ch. A. B. Va. A., alii mss. apud Pulm. Bentl. Oberl.: editiones Vascos. Buon.; restituit Bentl., sequuntur Baxt. Cun. Oberl. Combe. Al. *nihil.* 4 *amplius opto* ms. apud Val. 7 * *Neu sum* Vp. F. a 1. m. 7 *culpaque* Vr. E. I. Vp. F. An. A. B. Ba. B., alii mss. apud Pulm., edit. Ven. 1520. 8 *Si venor* conlicit Wakef. in Obs. crit., indocte; et non vidit, id iam placuisse Erasmo; ut refert Glareanus in suis adnotationibus. 8 * *Heu si* Vr. E. a 1. m. 9 *deformat* V. M. N. An. B., unus ms. Pulm., alter Cruquii, alii apud Val., Aldus 1501. 1509. 1519. Iunta 1503., edit. Venn. 1509. 1552. 1573. Argent. 1514. Basill. 1527. 1531. Dion. ab Harsio Lugd. 1538. Rob. Steph. 1544. Mur. Sed bene cum aliis mss. et editis *denormat;* verbum technicum, praesertim apud Auctores de limitibus, edit. Goesii, pag. 252., ubi *denormata linea;* et ad mentem Vitruvii VII. 3.: *Anguli ad normam respondentes exigantur.* Hinc recte Acron: *Denormat. Decurtat, et inaequalem facit. Est autem norma, ad quam mensores fines aequales dirigunt, habita perpendiculi ratione.* Et Porphyrio: *Extra modum procedens, denormem facit.* 10 *Fors quae* V. A. M. Vr. B. H. Ch. A. An. A. Va. C. Ba. B., alii mss. apud Lamb. Pulm. Bentl. Val., edit. Ven. 1495. Iunta 1503. Hanc lectionem, merito obliteratam, restituit Bentl.; aliam *qua* ab Aldi excusis repetens, *unde dormitantibus interpretibus etiamnum circumfertur.* Plaudunt illi Baxt. Cun. San. Phil. Batt. Sandby, Val. Gesn. Oberl. Combe, Wakef. Standum nihilominus auctoritati aliorum mss. omnium

Thesauro invento, qui mercenarius agrum
Illum ipsum mercatus aravit, dives amico
Hercule. Si, quod adest, gratum iuvat; hac prece te oro;
Pingue pecus domino facias, et cetera, praeter
Ingenium: utque soles, custos mihi maximus adsis.
Ergo, ubi me in montes, et in arcem ex Urbe removi,
Quid prius illustrem Satyris, Musaque pedestri?
Nec mala me ambitio perdit, nec plumbes Auster,
Autumnusque gravis, Libitinae quaestus acerbae.
Matutine pater, seu Iane libentius audis,
Unde homines primos operum, vitaeque labores

nostrorum, et aliorum, editionibus priscis, atque aliis; et praecipue si Latine loqui velimus. Nemo enim *quae* relativum pro *aliqua* dixerit; sed *qua;* ut in testamento L. Cuspidii apud G. Fabric. in Antiq. mon. lib. 1., et apud Terrasson. Hist. Iurispr. n. 103. p. 89.: SIVE. FORTVNA. SI. QVA. EST. ILLVM. MIHI. INVIDERIT; et in locis ab ipso Bentleio adductis: Virg. II. Æ. 94.: *Fors si qua tulisset:* VII. 559.: *Si qua super Fortuna laborum est*: IX. 41.: *Si qua interea Fortuna fuisset:* et 214.: *Si qua id Fortuna vetabit*: XI. 128.: *Si qua viam dederit Fortuna.* Non vero X. 458.: *Si quâ Fors adiuvet ausum*, ubi ipse emendat *quae;* inscite, quum *quâ* sit pro *quando;* ut exponit Servius; vel *aliqua ratione*, ut VI. 883.: *Si quâ Fata aspera rumpas.* Hìc vero *quâ*, est alicubi, aliqua in parte; ut bene exponunt Lambinus, aliique. *Sors* Vr. A. a 1. m. Vid. I. sat. 1. 2. 12 * *Ipsum illum* An. A.

13 *si quid* V. D. Vr. C. a 2. m. Ba. A., alii mss. apud Pulm. 15 * *mihi custos* Vr. H. a 1. m. I. An. A. [17. Bodon.: *satyris.*] 19 * *gravis, mortis me quaestus* Vp. A.

21 * *primos operum, vitaeque labores* V. I. Vr. G.: rectius, et planius vulgato *operum primos, vitaeque labores.*

Instituunt, (sic Dis placitum) tu carminis esto
Principium. Romae sponsorem me rapis: eia!
Ne prior officio quisquam respondeat, urge:
Sive Aquilo radit terras; seu bruma nivalem
Interiore diem gyro trahit, ire necesse est.
Postmodo, quod mi obsit, clare, certumque loquuto,
Luctandum in turba; et facienda iniuria tardis.
Quid vis, insane? et quas res agis? improbus urget
Iratis precibus: tu pulses omne, quod obstat,
Ad Maecenatem memori si mente recurras.
Hoc iuvat, et melli est; non mentiar: at simul atras
Ventum est Exquilias, aliena negotia centum
Per caput, et circa saliunt latus. Ante secundam
Roscius orabat, sibi adesses ad Puteal cras.
De re communi scribae magna, atque nova te
Orabant hodie meminisses, Quincte, reverti.
Imprimat his, cura, Maecenas signa tabellis.

22 * *si dis* Vr. G *placitum est* Va. A. 24 *urges* V. E. a 1. m. Ba A. a 1. m., alii mss. apud Lamb. Pulm. Val. Praetulit ipse Lambinus, et Turneb. Advers. XIII. 17.

25 *terras radit* Cun. ex aure sua. 27 * *quod noceat clare* V. G. Vr. F. a 2. m. K., ex glossemate. 27 * *locutum* Vr. C. F. G. Ba. A. a 1. m. 28 *turba*, *facienda*.

29 [*Quid tibi vis*, *insane*, *et*] *quam rem agis?* Bentl. [Bodon.] *quae agis rerum?* Cun. ex ingenio. 30 * *Iratus* Va. C. a 2. m. 30 * *pulsas* Vr. E. Ch. B. a 1. m. Ba. B.

30 *obstet* An. A., alius ms. apud Val. 32 *non mentior* V. E. G. M. Vr. A. I. An. B. Va. A., alii mss. apud Bentl. Val. Combe. 32 * *ac simul* Vr. H. Vp. A. 33 *Exquilias*. Vid. epod. 5. 100. 35 *Rosius* V. B. D. G. M. Vp. A. D. An. A. B. Va. C., edit. Ven. 1486. 35 *Puteal*. A *puteale* per apocopen, ut *cubital*, supra sat. 3. 255.: *toral* I. epist. 5. 22. 37 * *Orabunt* Va. G.

Dixeris, experiar: si vis, potes, addit; et instat.
Septimus octavo proprior iam fugerit annus,
Ex quo Maecenas me coepit habere suorum
In numero; dumtaxat ad hoc, quem tollere rheda
Vellet, iter faciens; et cui concredere nugas
Hoc genus: hora quota est? Thrax est Gallina Syro par?
Matutina parum cautos iam frigora mordent?
Et, quae rimosa bene deponuntur in aure.
Per totum hoc tempus subiectior in diem, et horam
Invidiae: noster ludos spectaverat una,
Luserat in Campo; Fortunae filius! omnes.
Frigidus a Rostris manat per compita rumor;
Quicumque obvius est, me consulit: o bone, (nam te
Scire, Deos quoniam propius contingis, oportet)
Num quid de Dacis audisti? Nil equidem. Ut tu
Semper eris derisor! At omnes Di exagitent me,
Si quidquam. Quid? militibus promissa Triquetra
Praedia Caesar, an est Itala tellure daturus?
Iurantem me scire nihil, mirantur; ut unum

42 * *ad haec* Vp. A. Ba. B. 43 * *et cui est credere* Vr. H. *cui concedere* V. I. 44 *Trex* Vp. F. An. A. a 1. m., alius ms. apud Pulm. Bentleius praetulit *Threx;* sequuntur Baxt. Cun. San. Val. Oberl. Combe, Wakef. 46* *rimosam -- aurem.* V. A. 46 * *disponuntur* Vr. I. *deponentur* An. A. a 1. m. 48 * *lusos* Vr. G. a 1. m. 48-49 *spectaverit-luserit* Bentl. ex aliquibus mss.: *invidiae noster* coniungit. [ut etiam Parmenses.] *Spectaverit-luserit* etiam Cun. San. Phil. Wakef.

52 * *proprior* Va. C. *quando propius* V. G. 53 * *et tu* Ba. B. 54. *derisor. At omnes Di* Vr. G.; et ita bene restituit Lambinus, inde omnes. Al. *derisor ad omnes. Di.*

55 * *Caesarne est* V. D. G. M. 57 * *et unum* V. D.

Scilicet egregii mortalem, altique silentî.
Perditur haec inter misero lux, non sine votis;
O rus! quando ego te adspiciam? quandoque licebit,
Nunc veterum libris, nunc somno, et inertibus horis,
Ducere sollicitae iucunda oblivia vitae?
O quando faba, Pythagorae cognata, simulque
Uncta satis pingui ponentur oluscula lardo?
O noctes, cenaeque Deûm! quibus ipse, meique
Ante Larem proprium vescor; vernasque procaces
Pasco libatis dapibus: prout cuique libido est,
Siccat inaequales calices conviva, solutus
Legibus insanis; seu quis capit acria fortis
Pocula, seu modicis uvescit laetius. Ergo,
Sermo oritur, non de villis, domibusve alienis;
Nec, male, necne Lepos saltet; sed, quod magis ad nos
Pertinet, et nescire malum est, agitamus: utrumne
Divitiis homines, an sint virtute beati;
Quidve ad amicitias, usus, rectumne, trahat nos:
Et, quae sit natura boni; summumque quid eius.

Vr. II. Ch. A. a 1. m. 57 *miratur* Bentl. ex uno ms., et quia praecesserit *quicumque*: levibus sane argumentis contra alios mss. omnes, et editiones. Notavit rectius Baxterus, hìc de multitudine agi; et *quicumque* esse collectivum. Miror, Cun. San. pedibus ivisse in novitatem.

66 * *proprium fungor* Ba. A. 67 *cum ut cuique* V. A., ex alio ms. Bentleius; inutiliter, et male; nam *prout* pendet a praecedenti *quibus*. 69 *quis cupit* Dousa. 70 *uwescit* Vr. A. Vp. D. Va. C., alii mss. apud Lamb. Pulm. Cruq. Talb. Val. Oberl.; et ita iidem editores, Dac. Bentl. Cun. Baxt. San. Batt. Phil. Sandby, Val. Gesn. Combe, Wakef. * *tumescit* Ch. B. a 1. m. *vivescit* V. G. Al. *humescit*.

72 *Nepos*. 75 * *rectumve* Vr. G. 76 * *quod eius* Vr. I. K.

Cervius haec inter vicinus garrit aniles
Ex re fabellas. Si quis nam laudat Arelli
Sollicitas ignarus opes; sic incipit. Olim
Rusticus urbanum murem mus paupere fertur
Accepisse cavo; veterem vetus hospes amicum:
Asper, et attentus quaesitis; ut tamen artum
Solveret hospitiis animum. Quid multa? neque ille
Sepositi ciceris, nec longae invidit avenae:

77 * *Curvius haec* Vr. A. * *Servius* Vr. G. Vp. D. *Gerrius* edit. Flor. 1482. Venn. 1483. 1486. 1490. 1492. 1495. 1514. 77 *vicinos* Vr. C. F. a 2. m. K. a 2. m. Vp. D. An. B. Va. C. a 1. m., alii mss. apud Pulm. Cruq. 78 *Si quis nam* V. A. Vr. A. C. F. G. I. Ba. A. B. Va. C., alii mss. apud Bersm. Bentl., edit. Mediol. Zar. 1470. Iunta 1503. 1514.; revocavit in textum Bentl., inde Baxt. Gesn. Val. Oberl. Combe, Wakef. *Si qui nam* Cun., ut aliquid de suo proferat: sed ubi invenit *qui* pro *quis* sine interrogatione? Ineptius adhuc Dacerius reponit Bentleio, nusquam inveniri positum *nam* post duo verba, ut *si quis;* quod etiam illi videtur durius, et sine necessitate. Imo elegantius videbitur Latinis auribus; et *num quid nam* apud omnes scriptores, aeque ac *si quis nam*, exemplo est. Pluribus etiam verbis interiectis; ut apud Plaut. in Pers. II. 3. 13.: *Quando isthaec innata est nam tibi?* In Bacch. V. 1. 26.: *Quid tibi ex filio nam aegre est?* 82 *intentus* V. D. E. G. K. a 2. m. M. N. Vp. D. Ch. B. a 1. m. An. B., alii 3. mss. apud Cruq., Acron, edit. Venn. 1486. 1514. Rectius aliorum mss. et editorum vulgatum *attentus;* ad mentem auctoris, qui laudat prudentem domini custodiam, ut I. epist. 7. 91.; non unice in id incumbentis. Similia passim apud auctores. Terent. in Adelph. V. 8. 31.: *Nimium ad rem in senecta attenti sumus.* Cic. pro Quinct. c. 3. n. 11.: *C. Quinctius ceterarum rerum paterfamilias prudens, et attentus.* In Verr. III. 18.: *Qui in re adventitia, et hereditaria tam diligens, tam attentus esset.* De Orat. III. 5. n. 17.: *In acerrima, atque attentissima cogitatione.* 84 *neque ille* V. A. B. E. G. I. M. N. Vr. B.

Aridum et ore ferens acinum, semesaque lardi
Frusta dedit; cupiens varia fastidia cena
Vincere tangentis male singula dente superbo:
Quum pater ipse domus, palea porrectus in horna,
Esset ador, loliumque; dapis meliora relinquens.
Tandem urbanus ad hunc: quid te iuvat, inquit, amice,
Praerupti nemoris patientem vivere dorso?
Vis tu homines, urbemque feris praeponere silvis?
Carpe viam, mihi crede, comes: terrestria quando
Mortales animas vivunt sortita; neque ulla est
Aut magno, aut parvo leti fuga. Quo, bone, circa,
Dum licet, in rebus iucundis vive beatus;
Vive memor, quam sis aevi brevis. Haec ubi dicta
Agrestem pepulere; domu levis exsilit: inde
Ambo propositum peragunt iter, urbis aventes
Moenia nocturni subrepere. Iamque tenebat
Nox medium Caeli spatium, quum ponit uterque
In locuplete domu vestigia; rubro ubi cocco
Tincta super lectos canderet vestis eburnos;
Multaque de magna superessent fercula cena,
Quae procul exstructis inerant hesterna canistris.
Ergo, ubi purpurea porrectum in veste locavit

C. E. F. G. H. K. Vp. A. D. Ch. A. B. An. A. B. Va. A. C. Ba. A. B., alii mss. apud Pulm. Bentl., edit. Princ. Flor. 1482. Venn. 1481. 1483. 1485. 1490. 1492. 1509. 1552. Aldus 1501. Iunta 1503. Argent. 1514. Basill. 1527. 1531. Dion. ab Harsio 1538. Rob. Steph. 1544. Gryphius 1566.; revocavit in textum Bentl., inde Baxt. Cun. San. Val. Gesn. Oberl. Combe, Wakef. Al. *neque illi*, praesertim ab Aldo in edit. 1509. 1519. 90 * *qui te* V. A.

92 *vin' tu.* 94 * *nec ulla* Vr. G. Va. A. 95 *bene.* 97 * *brevis aevi* V. M. 105 *hesterna catinis* An. A. a 1. m.,

Agrestem; veluti succinctus, cursitat hospes;
Continuatque dapes: necnon verniliter ipsis
Fungitur officiis, praelibans omne, quod affert.
Ille cubans gaudet mutata sorte; bonisque
Rebus agit laetum convivam: quum subito ingens
Valvarum strepitus lectis excussit utrumque.
Currere per totum pavidi conclave; magisque
Exanimes trepidare, simul domus alta Molossis
Porsonuit canibus. Tum rusticus: haud mihi vita
Est opus hac, ait; et valeas: me silva, cavusque
Tutus ab insidiis tenui solabitur ervo.

SATYRA VII.

Inducitur servus, pro libertate Saturnalium, heri vitia taxans, et carpens.

Iamdudum ausculto; et cupiens tibi dicere servus
Pauca, reformido. Davusne? Ita. Davus, amicum

alius ms. apud Val. 107 *succinctus*. Vid. sat. seq. 10. 108 *verniliter* Vr. A. E. H. Vp. F. a 1. m. Ch. A., alii mss. apud Pulm. Cruq. Bentl. Val. Combe; et ita Dac. Bentl., qui probat; inde Cun. San. Phil. Batt. Sandby, Val. Wakef. Al. *vernaliter*. Eadem varietas apud Nonium Marc. c. 1. v. Vernaliter. 109 *praelibans* ms. unus apud Talb.; ex 2. aliis restituit, et probat Bentl., inde Cuning. San. Phil. Sandby, Val. Wakef. Wetzel: *praelabens* edit. Princ. Flor. 1482. Al. [Bod.] *praelambens*.

109 * *quod adflat* Vr. B. *quod offert* An. A. 110 * *cubat gaudens* Vr. I. Vp. F. Ba. B. 111 * *tunc subito* V. A. Vr. I.

114 *Exanimi trepidare, domus simul* Cun. ex ingenio.

116 * *Est opus haec, ait* Vr. C.

Mancipium domino, et frugi: quod sit satis; hoc est,
Ut vitale putes. Age; libertate Decembri,
Quando ita maiores voluerunt, utere: narra.
Pars hominum vitiis gaudet constanter, et urget
Propositum: pars multa natat; modo recta capessens,
Interdum pravis obnoxia. Saepe notatus
Cum tribus anellis, modo laeva Priscus inani:
Vixit inaequalis, clavum ut mutaret in horas;
Aedibus ex magnis subito se conderet, unde
Mundior exiret vix libertinus honeste:
Iam moechus Romae, iam mallet doctor Athenis
Vivere; Vertumnis, quotquot sunt, natus iniquis.
Scurra Volanerius, postquam illi iusta cheragra
Contudit articulos; qui pro se tolleret, atque

4 *Ut vitale putes.* Bestius de Rat. emend. leg. p. 199. hisce verbis substituit, *Ut tu id tale putes.* Leviore correctione, una litterula mutata, Cannegiet. ad Ulpiani fragm. tit. 22. p. 93. legit, *Ut vitare putes.* Ambo desipiunt.

4 * *decembris* Vp. A. Va A. 11 * *Aedibus et magnis* V. B. Vr. K. *Aedibus in magnis* V. D. E. G. M. Va. A. Horatius imitatur Lucret. III. 1073. seqq., ubi de homine aeque inconstanti: *Exit saepe foras magnis ex aedibus ille, Esse domi quem pertaesum est, subitoque revertit: Quippe foris nihilo melius qui sentiat esse.* 13 *doctor Athenis* V. A. I. K. N. Vr. A. B. E. F. G. H. a 2. m. K. Vp. A. C. Ch. A. a 1. m. B. An. A. Ba. A., alii mss. apud Lamb. Pulm. Cruq. Turneb. Advers. XIII. 17., Talbot, Bentl. Val.; Commentator Cruquianus, qui addit: *Dicitur enim Priscus oratoriam docuisse;* admisit in textum Baxt, inde Val. Oberl. Combe. Arridet potius, quam aliorum mss., et editorum vulgatum *doctus;* ut poeta ostendat Prisci insaniam, qui repente ex moecho Romae, Athenis se doctorem exhibeat: quo noctuas afferebat, ut Horatius ligna in silvam I. sat. 10. 34. 15 * *Volenarius* Vr. I. *Vole-*

Mitteret in phimum talos, mercede diurna
Conductum pavit: quanto constantior isdem
In vitiis; tanto levius miser; ac prior illo,
Qui iam contento, iam laxo fune laborat. 20

nerius An. A. 15 *cheragra* duae editiones Xylandri, Henr. Steph. et Casaub.; probat Bentl., sequuntur Cun. Baxt. Oberl. Combe, Wakef. * *cyragra* Ch. B. Va. A. Al. *chiragra.* 17 *phimum* Vr. A B. E. a 2. m. H. a 1. m. Vp. F. Ch. A., alii mss. apud Lamb. Pulm. Cruq. Canter. Nov. lect. lib. 7. c. 8., Torr. Val., edit. Med. 1477.; probant Cruq. et Canter., sequuntur Dac. Talb. Baxt. Bentl. Cun. San. Phil. Batt. Sandby, Val. Oberl. Combe, Wakef. Al. *pyrgum.* 18 * *Inductum* Vr. I. 18 *isdem* Vr. A. Vp. C. Ch. A., alii mss. apud Cruq. Talb. Oberlin. Al. [Bod.] *idem.*

19 * *melius miser* Vr. G. a 1. m 19 *ac prior illo* V. K. a 2. m. Vr. F. a 1. m. G. K. Vp. F. Ch. B. An. A. a 1. m., alii mss. apud Lamb. Pulm., Acron, Aldus 1509. 1519. edit. Frib. 1536.; restituit ex suis mss. Lambinus, sequuntur Georg. Fabric. Gryphius 1566. Chab. Dac. Baxt. Phil. Batt. Oberl. Wakef. Laudat Torrent., sed non adoptat. Alii sive mss., sive editi, *ac prior ille, acrior ille, acrior illo:* * *acrior ille est* Vp. A. Lambinus, qui non damnat lectionem *ac prior ille*, exponit *ac*, pro *quam;* ut sit, tanto levius miser; id est, minus miser, quam prior ille, qui etc.; nempe Priscus. Huic rationi insistunt Talbot, Sanad., alii: indocte. Horatio plane indignum esset *prior ille*, si referretur ad Priscum. *Prior* dixit eo sensu, quo IV. od. 10. 4.: *Color puniceo flore prior rosae;* in Carm. sec. 51.: *Bellante prior:* II. sat. 5. 30.: *Caussaque priorem:* I. epist. 18 27.: *Plusquam se sapere, et virtutibus esse priorem Vult:* nempe melior, superior: vel, ut exponit Acron: *Iste quanto pertinacior erat in suo proposito; tanto felicior illo, qui semper in diversa vertebatur.* Miror, id non advertisse Interpretes, qui ex ingenio deteriora sequuntur. 20 *tam contento, quam laxo.*

20 * *laboret* V. G. M.

Non dices hodie, quorsum haec tam putida tendant,
Furcifer? Ad te, inquam. Quo pacto, pessime? Laudas
Fortunam, et mores antiquae plebis; et idem,
Si quis ad illa Deus subito te agat, usque recuses:
Aut quia non sentis, quod clamas, rectius esse;
Aut quia non firmus rectum defendis, et haeres;
Nequidquam coeno cupiens evellere plantam.
Romae rus optas; absentem rusticus Urbem
Tollis ad astra levis. Si nusquam es forte vocatus
Ad cenam, laudas securum olus; ac, velut usquam
Vinctus eas, ita te felicem dicis, amasque;
Quod nusquam tibi sit potandum. Iusserit ad se
Maecenas serum sub lumina prima venire
Convivam; nemon' oleum fert ocius? ecquis

21 * *Num dices* Va. A. * *Non hodie dices* Vr. I. *Non dicis* Vr. II., alius ms. apud Pulm. 21 * *tendent* Vr. G.

22 * *pessume* V. M.

22 * *laudes* Vr. C. a 1. m. 26 * *quia tu infirmus* Vr. G. 27 * *Nequaquam* Vr. H. a 1. m. 27 *e coeno evellere* Cun., indocte; et imprudenter ab editore ita datum Acroni in edit. Basil. 1580. * *cupiens ceno convellere* Vp. A.

31 * *Victus eas* Ch. A. a 1. m., ubi Scholiastes notat, *coactus. Victus* etiam edit. Flor. 1482, ubi Landinus quoque adnotat, *quasi coactus*; inde edit. Ven. 1483. *usquam in-vitus* Marcil. ex ingenio. *Usquam* ab Acrone recte exponitur *semper:* nimirum *semper vinctus*, quasi funibus attractus. *Usque* dedit Aldus. 32 * *iusserat* V. M. 34 *oleum fert* V. B. D. E. G. I. K. a 2. m. M. N. Vr. I. Vp. F. An. B. Va. B., alii mss. apud Pulm. Cruq. Torr. Talb. Bentl. Val.; restituit Bentleius, inde Baxt. San. Sandby, Val. Combe, Wakef. Efficacius, et velocius quid prae se fert; ut bene adnotat Bentl., quam vulgatum *feret. Nemon' fers? ecquis audis?* Cun., contra usum non nominatim appellandi in tertia persona; et non Latine; quis

Audit? cum magno blateras clamore, fugisque.
Mulvius, et scurrae, tibi non referenda precati,
Discedunt. Etenim, fateor me, dixerit ille,
Duci ventre levem; nasum nidore supinor:
Imbecillus, iners, si quid vis, adde, popino.
Tu, quum sis quod ego, et fortassis nequior, ultro
Insectere, velut melior? verbisque decoris
Obvolvas vitium? Quid, si me stultior ipso

enim *nemo*, quod est pluralis numeri, in singulari directe pronuntiavit, *nemo tu es?* Vulgares sunt formulae, praesertim apud Comicos. Plautus in Trucul. III. 1. 18.: *Tat! ecquis est? nulla est? ecquis aperit hoc ostium?* In Trin. IV. 2. 28: *Aperite hoc, aperite: heus! ecquis his foribus tutelam gerit?* In Rud. II. 3. 82.: *Heus! ecquis in villa 'st? ecquis hoc recludit? ecquis prodit?* Terent. in Eun. III. 5. 1.: *Num quis hic est? nemo est. Num quis hinc me sequitur? nemo homo 'st.* In Phorm. I. 2. v. ult.: *Puer, heus? nemon' huc prodit?* 34 *ecquis.* In mss. etiam *haec quis, et quis, en quis.* 35 *furisque* Vr. G. Vp. A. D. Ba. A., alii mss. apud Lamb. Pulm. Cruq. Torrent. Talb. Bentl.; ita Iunta 1503. Cruq. Chab. Desprez, Dacer. Baxt. Oberl. Combe, Wakef. At praeter alios mss. nostros omnes, et aliorum, et priscas editiones, favet etiam Acron, qui *fugisque* recte commentatur: *Expressit velocitatem hominis festinantis ad caenam.* Nihil ad rem furor. Baxterus hospes videtur in mss. et editionibus, dum asserit, Bentleium ausum esse de suo reponere *fugisque.* 36 *Mulvius* V. G. I. M. Vr. B. E. Ch. A. B. Ba. A.; sic Iunta 1503. edit. Ven. 1509.; restituit Bentl. ex suis mss., et probat; inde Cun. San. Phil. Val. * *Milinus* Vr. I. Al. *Milvius.*

38 *supino* Muret. 39 * *Imbecillis, iners, et quid vis* V. G. M. Ba. B. 42 * *Obvolvis* V. K. a 2. m. 42 *stultior ipso* V. B. D. E. G. I. M. N. Vr. E. a 1. m. F. K. Vp. A. Ch. A. a 1. m., alii mss. apud Pulm., edit. Princ. Med. 1476. Venn. 1478. 1479. 1481. 1483. 1486. 1490. 1492. 1495.

Quingentis empto drachmis deprehenderis? Aufer
Me vultu terrere; manum, stomachumque teneto;
Dum, quae Crispini docuit me ianitor, edo.
Te coniux aliena capit; meretricula Davum:
Peccat uter nostrùm cruce dignius? Acris ubi me
Natura intendit, sub clara nuda lucerna
Quaecumque excepit turgentis verbera caudae;

1514. 1573. Flor. 1482. Aldus 1501. 1509. 1519. Muret. Chab. Talb. Dac. Bentl. Baxt. Phil. Batt. Oberl. Combe, Wakef. Al. *stultior ipse.* * *astutior ipso* Vr. A. B. 43 *deprenderis.* [Sic. Bod.] 45 * *Dum quod* Vr. H. 45 *Crysippi* Vp. A., edit. Flor. 1482. Venn. 1483. 1490. 1509. 45 * *edam* Vr. I.

47 *dignior* Cun. ex ingenio. 48 *intendit* V. K. Vr. E. G. a 1. m. K. Vp. D. F. Ch. A. An. A., antiqua manus ex ms. in ora editionis Aldinae 1519. in Bibliotheca Angelica, alii mss. apud Pulm. Cruq. Valart, edit. Princ. Venn. 1490. 1492. Vera lectio, quam hucusque praeterierunt editores critici. *Intendere* proprie est extendere, tendere, quod lentum, et remissum est; et in obscaenis, *tendere* est pro tentigine adfici; ut notat Scioppius ad diversorum poetarum in Priapum lusus, c. 5. n. 9., post Petron. edit. Amstel. 1669. p. 10., ubi exempla cumulat. Confer. I. sat. 2. 33. et 116. S. Hieron. contra Iovin. lib. 2. n. 10. col. 339. op. t. 1. edit. Veron.: *Adesse ergo debet ratio, ut tales, ac tantas sumamus escas, quibus non oneretur corpus, nec libertas animae praegravetur; quia et comedendum est, et deambulandum, et dormiendum, et digerendum, et postea inflatis venis incentiva libidinum sustinenda.* Et ad Eustoch. epist. 22. num. 8. col. 93.: *Post ebrietatem nudatio femorum subsequuta est, libido iuncta luxuriae. Prius enim venter extenditur, et sic cetera membra concitantur.* Quo recidit illud S. Cypriani de Ieiunio, et tentat. Christi: *Castigatio carnis spiritum inflat; et macies corporis extenuatum arrogantem impinguat.* Al. [Bod.] *incendit.* 49 *accepit* V. E. Vr. G., ms. unus Cruquii. Vid. I. sat. 5. 1.

Clunibus aut agitavit equum lasciva supinum;
Dimittit neque famosum; neque sollicitum, ne
Ditior, aut formae melioris meiat eodem.
Tu, quum proiectis insignibus, annulo equestri,
Romanoque habite, prodis ex iudice Dama
Turpis, odoratum caput obscurante lacerna;
Non es, quod simulas? Metuens induceris, atque
Altercante libidinibus tremis ossa pavore.
Quid refert, uri, virgis, ferroque necari
Auctoratus eas; an turpi clausus in arca,
Quo te demisit peccati conscia herilis,
Contractum genibus tangas caput? Estne marito
Matronae peccantis in ambo iusta potestas?
In corruptorem vel iustior. Illa tamen se
Non habitu, mutatve loco, peccatve superne;
Quum te formidet mulier, neque credat amanti.
Ibis sub furcam prudens; dominoque furenti

51 * *Dimittat* Vr. A. a 1. m. 52 * *sollicitum me* Vr. A. Ch. A. 56 * *educeris* Vr. E. 58 *virgis uri* Vr. G., ms. unus Cruquii; et ita Cun.: male; ut alii vulgo, qui *uri virgis* scribunt. Ustio, virgae, ferrum, tria sunt diversa. Vid. Senec. epist. 37. et 71. Petron. c. 117. Tib. I. el. 10. 19. 20. Prop. IV. el. 7. 43. ibique Burm. Val. Max. VI. 8. 1.

60 *dimisit* mss. plures, et editiones Ven. 1509. Argent. 1514. * *demittat* Va. A. 61 *ut genibus* V. G. Vr. G., alii mss. apud Lamb. Cruq. Combe. 62 *in ambo* Vr. B. E. Ch. A. a 1. m., alii mss. apud Pulm. Torr. Val.; atque ita Cuiacius Obs. l. 12. c. 18., Zurk. Bentl. Baxt. Cun. Gesn. Oberl. Combe, Wak. Al. *ambos*. Vid II. sat. 3. 180. 63 * *corruptorem est vel* Va. A. [Bod.: *iust.?*]

64 *peccatque* Vr. B. E. G. Ba. A. Va. A., alii mss. apud Pulm. Combe. 65 * *non credit* Va. A.

Committes rem omnem, et vitam, et cum corpore famam.
Evasti? credo, metuens; doctusque cavebis.
Quaeres, quando iterum paveas, iterumque perire
Possis. O toties servus! quae bellua ruptis
Quum semel effugit, reddit se prava catenis?
Non sum moechus, ais. Neque ego, hercule, fur, ubi vasa
Praetereo sapiens argentea. Tolle periclum;
Iam vaga prosiliet frenis natura remotis.
Tune mihi dominus; rerum imperiis, hominumque,
Tot, tantisque minor? quem ter vindicta, quaterque
Imposita haud umquam misera formidine privet?
Adde super, dictis quod non levius valeat: nam,

67 * *Committis* V. B. Ba. B. Va. C. 67 * *vitam, cum corpore* Ba. B. 68 *credo, metuens* V. B. K. Vr. B. E. a 2. m. F. H. a 1. m. K. Ch. A. Va. A., edit. Ven. 1514. Nimirum, *evasisti metuens;* ut *metuens induceris* v. 56.; idque evidentius patet ex v. seq., *quando iterum paveas;* quod inutile esset, si iam dixisset *metues*. Vid. I. sat. 2. 131. Al. [Bod.] *credo, metues. Metues, credo* Bentl. argutiis; inde Cun. Phil. Val. Oberl. Wakef. 69 *Quaeris* Vr. G. a 1. m. H. An. B., alius ms. apud Pulm.; et ita Cun. * *Dic mihi quando* Vr. I. ex glossemate. 71 * *se reddit* Vr. G. *reddet se* V. G. M. Ba. B., alii mss. apud Lamb. 71 *effugerit* Vr. I., ms. unus ap. Oberl.

77 *privat* Vr. E. Ch. A. a 1. m., alii mss. apud Combe.

78 *adde super* V. A. B a 2. m. E. K. a 2. m. Vr. E. H. I. Vp. C. F. Ch. A. B., antiqua manus ex ms. in ora edit. Aldinae 1519. in Bibliotheca Angelica, alii mss. apud Pulm., edit. Ven. 1481. 1485. 1516.; restituit ex mss. Bentleius, et bene distinguit, *adde super, dictis:* sequuntur Cun. Baxt. San. Gesn. Oberl. Combe, Wakef. Al. *adde supra dictis, quod.*

78 * *quod non valeat levius* Vp. C.

Sive vicarius est, qui servo paret, uti mos
Vester ait; seu conservus: tibi quid sum ego? nempe
Tu, mihi qui imperitas, aliis servis miser; atque
Duceris, ut nervis alienis mobile lignum.
Quisnam igitur liber? Sapiens: sibi qui imperiosus;
Quem neque pauperies, neque mors, neque vincula terrent:
Responsare cupidinibus, contemnere honores
Fortis; et in seipso totus: teres, atque rotundus;
Externi ne quid valeat per leve morari:
In quem manca ruit semper Fortuna. Potesne;

79 * *ut est mos* Vr. C. a 2. m. 80 *quod sum ego* V. B. K. N. Vr. E. F. Vp. A. Ba. A. a 2. m., ms. unus apud Cruq., edit. Ven. 1514. * *qui sum ego* Vp. D. *qui sim* Vr. I. 82 * *Duceris in nervis* Va. A.

82 *mobile signum* ex coniectura, et argutiis Dousa, Marcilius, Bentleius, San. 83 *sibi qui* V. A. B. G. I. K. M. N. Vr. B. E. G. Vp. A. C. F. Ch. A. An. A. B. Va. A. Ba. A.; alii mss. apud Pulm. Bentl., edit. Princ. Venn. 1478. 1479. 1481. 1490. 1492. 1509. 1514. 1552. Florent. 1482. Aldus 1501. 1509. 1519. Iunta 1503. Muret., aliique fortasse omnes usque ad Lambinum, qui praetulit *sibique*; atque inde alii multi, praesertim Canterus Nov. lection. lib. 4. c. 12., Pulm. Cruq. Torr. Dac. Talbot; sed Gryphius 1566. edit. Ven. 1573. Basil. 1580. Dan. Heins. Bentleius retinuerunt *sibi qui*; et sequuti sunt Cuning. Baxt. San. Gesn. Sandby, Oberl. Combe, Wakef. 84 *nec vincula* Vr. H., ms. unus Pulm. *nec mors nec vincula* An. B., edit. Flor. 1482. Ven. 1483. Aldus 1509. 1519. Basill. 1527. 1531.

85 * *contendere honores* Vr. I. *contemnere honorem* Vr. K. Ba. A. 86 *in se ipso totus: teres.* Sic interpungas cum Bentleio, qui bene ex dogmate Stoicorum exposuit, quid sit sapiens *in se totus*; hoc est, qui in se uno sua ponit omnia; non quaerit se extra se; nihil suum nisi se, existimat; et locis a Cicerone, et Seneca desumptis probat. 87 * *quid ne valeat per lene* Vr. I. 88 *manca*

Ex his, ut proprium, quid noscere? Quinque talenta
Poscit te mulier; vexat, foribusque repulsum
Perfundit gelida; rursus vocat: eripe turpi
Colla iugo. Liber, liber sum, dic age. Non quis:
Urget enim dominus mentem non lenis; et acres
Subiectat lasso stimulos, versatque negantem.
Vel, quum Pausiaca torpes, insane, tabella;
Quî peccas minus atque ego, quum Fulvî, Rutubaeque,
Aut Placidiani contento poplite miror
Proelia, lubrica picta, aut carbone; velut si
Re vera pugnent, feriant, vitentque moventes

ruit. Itidem hoc ex dogmate Stoicorum. Seneca de Const. sap. c. 8.: *In quo* (sapiente) *imperium suum Fortuna consumit.*

89 * *proprium cognoscere* Va. A. 92 * *num quis* Vr. I.

93 *mentem dominus* Cun. more suo. 93 *acris* Ch. B. a 2. m.

94 * *subnectit* An. B. a 1. m. 96 * *qui pecces.* V. A. Ba. A. a 1. m. 97 *Placidiani* Vr. I. Vp. D. Ch. A. An. A a 2. m., alius ms. apud Pulm. Aldus 1509. 1519. Basill. 1527. 1531. *Placidi iani* V. E. G. I. M. Vr. K. Vp. C. Ba. A. a 1. m. Va. C, edit. Ven. 1478. *Placideiani* V. K. Vr. E. An. A. B., edit. Flor. 1482. Venn. 1483. 1509. Aldus 1501. Argent. 1514.; inde aliae communiter. *Placide iani* Ch. B., edit. Venn. 1478. 1481. 1490 * *Placide hiani* V. N. *Placideani* Vr. H., alius ms. apud Combe. Primam lectionem praefero, quia etiam in marmore apud Grut. p. 301. 1. PLACIDIANVS. Sumptum ab Horatio ex Lucilio, apud Ciceronem IV. Tuscul. c. 21. n. 28. III. ad Q. Fratrem, 4., de Opt. gen. orat. 6., et Nonium, c. 4. 62. v. Compono; apud quos eadem prope varietas, sed in priscis editionibus *Placidianus*, vel *Pacidianus*. Placidianus gladiator. Vid. de Art. poet. ad v. 32. Nec metues metro, ut tertia syllaba in eo nomine sit correpta; si memineris, ita scripsisse Lucilium. 99 * *vitent, feriantque*

Arma viri? Nequam, et cessator Davus; at ipse
Subtilis veterum iudex, et callidus audis.
Nil ego, si ducor libo fumante; tibi ingens
Virtus, atque animus cenis responsat opimis.
Obsequium ventris mihi perniciosius est cur?
Tergo plector enim. Qui tu impunitior, illa,
Quae parvo sumi nequeunt, obsonia captas?
Nempe inamarescunt epulae sine fine petitae;
Illusique pedes vitiosum ferre recusant
Corpus. An hic peccat, sub noctem qui puer uvam

Vr. I. *pugnent, feriantque* Va. A. *feriant, vibrentque* Batteux, inepte. 99 * *moventis* Vr. C.

100 * *Nequam, cessator* Vr. C. Va. A. 102 *libo ductor* Cun. 103 * *responset* Vp. F. 105 *quid tu* An. A. a 1. m., alii mss. apud Lambin. Oberlinum. 106 *nequeunt cum obsonia* V. I., et editi aliquot: ceteri mss. nostri, Pulm. et aliorum, et priscae editiones, omittunt *cum*; et ita restituit Bentleius, inde Baxt. Cuning. San. Phil. Sandby, Oberl. Combe, Wakef. 107 *immarcescunt* V. D. G. K. a 1. m. M. Vp. F. a 1. m. An. A. a 1. m. B., edit. Venn. 1481. 1514. *Inamarescunt*, cum aliis mss. nostris, et aliorum, et cum aliis editoribus: bene; quia se in bilem vertunt, ut II. sat. 2. 75. Celsus IV. 11. S. Hieron. ad Furiam, epist. 54. n. 4. edit. Veron. t. 1. c. 281.: *Quasi coturnicum carnibus usque ad nauseam saturata es: amarissimam choleram tuae sensere fauces. Egessisti acescentes, et morbidos cibos: relevasti aestuantem stomachum.* Sidon. Apollin. Carm. V. 310.: *Ipsi autem color ex sanguis quem orapula vexat; Et pallens pinguedo tenet, ganeaque perenni Pressus acescentem stomachus non explicat aurum. Immarcescunt* etiam aliquo sensu dici posset. Sen. epist. 95.: *Quam foedi, atque pestilentes ructus sunt, quantum fastidium sui exhalantibus crapulam veterem? Scias putrescere cuncta, non concoqui.*

109 * *sub curam* Vr. H. a 2. m.

Furtiva mutat strigili? Qui praedia vendit,
Nil servile, gulae parens, habet? Adde, quod idem
Non horam tecum esse potes; non otia recte
Ponere: teque ipsum vitas fugitivus, et erras;

110 *furtivam mutat strigilem* V. A. I.; ita Lamb. ex 9. suis, quem refutat Bentl. *Uvam furtivam* An. A., alius ms. apud Pulm. 113 *et erro* V. A. B. D. G. I. K. M. N. Vr. E. F, G. H. I. K. Vp. A. F. Ch. A. B. a 1. m. An. A. B. Ba. A. B. Va. A. C., alii mss. apud Lamb. Pulm. Cruq. Val., edit. Princ. Med. 1476. Venn. 1481. 1509. 1514. 1552. Iuntae 1503. Argent. 1514. Basill. 1527. 1531. Lambinus restituit ex suis mss., inde alii multi; et ex recentioribus Talbot, Dacer. Bentl. Cun. San. Batt. [Bodon.] *ut erro* V. B. E. Ch. B. a 2. m. Ba. B. a 2. m., alii mss. apud Lamb. Pulm. Cruq., edit. Venn. 1478. 1479. 1483. 1490. 1492. 1514. Flor. 1482. Aldus 1501. 1509. 1519. Frib. 1536. Dion. ab Harsio Lugd. 1538. Rob. Steph. 1544. Gryph. 1566.; ex recentioribus Baxt. Sandby, Val. Oberl. Combe, Wakef. * *et erras* Vr. B. Va. A., unica, et vera lectio: nam editores omnes consentiunt, *fugitivum*, et *erronem*, sive ad Ictorum, sive ad aliorum scriptorum placita, esse diversos: nempe, esse *fugitivum*, qui ita fugit a domino, ut in animo habeat, ad ipsum numquam reverti; *erronem* eo consilio fugere, ut aliquando revertatur. At hanc distinctionem hìc non servare Horatium, Lambinus frustra asserit. Ipse poeta *fugitivi* tantum meminit supra sat. 5. 16.; qui alio sensu, aliaque mente *errare* potest longe a domino, quin ad illum umquam revertatur, ut proprie non sit erro; et translate hìc, *fugere*, et *errare* dicitur, qui seipsum fugit, et animo errat hac, illac, voluptates quaerens; atque etiam modo vino, modo somno se opprimit, ut omnium sollicitudinum obliviscatur. Videtur Horatius Lucretium imitatus III. 1060 seq.: *Qui somno partem maiorem conteris aevi? Et vigilans stertis, nec somnia cernere cessas, Sollicitamque geris cassa formidine mentem? Nec reperire potes, quid sit tibi saepe mali, quum Ebrius urgeris multis miser undique curis,*

Iam vino quaerens, iam somno fallere curam:
Frustra: nam comes atra premit, sequiturque fugacem.
Unde mihi lapidem? Quorsum est opus? Unde sagittas?
Aut insanit homo, aut versus facit. Ocius hinc te
Ni rapis, accedes opera agro nona Sabino.

SATYRA VIII.

Nasidieni cenam magno in luxu minime lautam, cui Fundanius amicus suus interfuerat, lepide describit, ac deridet.

Nasidieni quî iuvit te cena beati?
Nam mihi quaerenti convivam, dictus here illic

Atque animi incerto fluitans errore vagaris? Et Sen. de Brev. vitae, c. 6.: *In primis autem et illos numero, qui nulli rei, nisi vino, ac libidini vacant. Nulli enim turpius occupati sunt: ceteri, etiam si vana gloriae imagine teneantur; speciose tamen errant.* 114 *curas* ms. apud Pulm. 115 * *iam comes* An. A. 116 *lapides?* [Bod.]

118 *agro nova* V. A. M. Vr. I., edit. Ven. 1479.

1 *Nasidieni qui iuvit* V. A., alii mss. 5. apud Lamb., et ita legit Turn. Adv. III. 3. et Despaut., ex alio ms. Val. * *Ut Nasidieni quid iuvit* Ba. A. *Ut te Nasidieni* Ascens., et mss. 2. apud Cruq., qui adoptavit; sequuntur Baxt. Gesn. Oberl. Combe. Vulgatum *Ut Nasidieni iuv. te c. b.* aliorum mss., Acronis, Porphyrionis, et Prisciani apud Putsch. c. 1055., defendunt praesertim Torr. et Bentl. Sed cum Cruquio, Horatium easdem syllabas in eadem satyra nunc produxisse, nunc contraxisse citra omnem necessitatem, non facile admittas. *Ut te* ex glossemate potius ortum puto. [Bod.: H. (Horat.) *Nas.*, et 3. F. (Fundanius) *Sic*, et ita porro.] 1 * *iuvet* Vr. I. 2 *convivam quaerenti*

De medio potare die. Sic, ut mihi numquam
In vita fuerit melius. Da, si grave non est,
Quae prima iratum ventrem placaverit esca.

Bentl. ex Prisciano c. 1011., et quia illius palato venustius. Sequuntur Cuning. Sanad. Wakef. 2 *here* V. D E. G. K. M. N. Vr. B. F. H. Vp. C. D. F. Ch. A. B. An. A. a 1. m. B. Ba. A. a 1. m. B. Va. C. a 1. m., alii mss. apud Pulmannum, Acron, Priscian. c. 1011., edit. Princ. Med. 1476. Venn. 1478. 1479. 1490. 1492. 1495. Flor. 1482. Aldus 1501. Iunta 1503. Argent. 1514. Basill. 1527. 1531. Frib. 1536. Dion. ab Harsio Lugd. 1538. R. Steph. 1544., inde alii fere omnes; et multis aliorum exemplis confirmat Forcellinus. Al *heri*. 2 * *illuc* An. B. 3 * *nusquam* Vr. I. 4 *melius fuerit* ms. apud Combe. 4 *da si grave non est* V. A. I. Vr. B. G., Commentator Cruquianus, Aldus 1501. Iunta 1503. edit. Venn. 1509. 1552. Argent. 1514. Basill. 1527. 1531. Dion. ab Harsio Lugd. 1538. R. Steph. 1544. Lamb. Muret.-Cruq. Chab. Torr. D. Heins. Talb. Dac. Sandby, Val. Gesn. Oberl. Combe, Wakef.: magis comice, et blande; ut notat Baxt. Sic apud Virg. I. E. 19.: *Sed tamen iste Deus qui sit, da, Tityre, nobis.* Ter. Heaut. in prol. 10.: *Nunc quam ob rem has parteis didicerim, paucis dabo.* Al *dic*, quod defendit praesertim Bentl., quia in mss. sibi notis *da* non occurrit. Sed nunc firmetur ex mss. nostris optimae notae. Illum sequuntur Cun. San. [Bod.]. *Dic* ex glossemate ortum, patet ex Commentatore Cruquiano. Cic. ad Attic. XIII. 42.: *Si grave non est, velim scire, quid sit causae.* 5 *pacaverit* V. A. D. G. I. M. Vr. E. H. Vp. D. Ch. B., An. A. B., alii mss. apud Pulm. Aldus 1501. Iunta 1503. ed. Ven. 1509. Pacare, pacatum reddere, sedare. Cic. V. Tuscul. qu. c. 6. n. 17.: *Ut maris igitur tranquillitas intelligitur, nulla ne minima quidem aura fluctus commovente; sic animi quietus et pacatus status cernitur, quum perturbatio nulla est, qua moveri queat.* Ovid. X. Heroid. 65.: *Ut rate felici pacata per aequora labar.* Claud. Mamert. Paneg. Maxim. c. 3.: *Etiamsi tumultuantia elementorum officia pacavit.* Claud. IV. Consul. Hon. 226.: *Incertos*

In primis Lucanus aper leni fuit Austro
Captus, ut aiebat cenae pater: acria circum
Rapula, lactucae, radices, qualia lassum
Pervellunt stomachum; siser, halec, faecula Coa.
His ubi sublatis, puer alte cinctus acernam

animi pacaverit aestus; ubi N. Heins. et Burm notant perpetuam confusionem inter *pacare* et *placare* etiam apud alios auctores. Sed rectius hìc *placaverit;* et deridicule, ob *iratum.* 7 *Captus.* Tilius Loc. contr. lib. 10. c. 7., emendat *coctus*, id est tenerior effectus; quia Auster, quum leniter spirat, reddit corpora humida, et calida, quae putredini maxime opportuna sunt. Effectus hic quidem Austri, quem innuit poeta; sed emendatur indocte: et Tilius abutitur loco Plinii H. N. XII. 5.; ubi ait, solem *fructus coquere* Sol enim quum fructus excoquit, illos aut maturat, aut indurat; non putrefacit. Nec *fuit*, quod est temporis remoti, huiusmodi coctioni congruit; sed venationi. Vid. II. sat. 2. 41. *Captus fuit* eodem sensu, quo apud Stat. Silv. I. 6. 73.: *Quas udo Numidae legunt sub Austro.* 8 * *qualia lapsum* V. N. Vp. A. *qualia fessum* Vp. D Ch. B. a 1. m. ex glossemate. 9 * *Propellent* V. G. *propellunt* a 2. m.; sed in ora, *pervellunt. Pervellent* Vp. C. 9 * *cicer* Vr. I. a 1. m.

9 *halec.* In tanta mss. varietate hìc, ut supra sat. 4. 73., *halec*, *allec*, *alec*, *hallec*, primam lectionem teneo cum Baxtero, Oberl. Combe, Wakef.; quia ita legitur apud Acronem ad d. v. 73., et indubitanter a Nonio Marcello c. 2. v. Halec., qui etiam affert dictum v. 73. Inter alios recentiores, *allec* praeferunt Bentl. Cun. San. Phil. Val.; *alec* Dac. Sandby, Batt. [Bod.] 10 *His ut* Vr. B. E. Ch. A. Ba. A. a 1. m., alius ms. apud Combe; et ita Cun. 10 *alte cinctus.* Ut *altius praecinctis* I. sat. 5. 5. 6. *Succinctus* II. sat. 6. 107. *Praecincti pueri*, infra v. 70. Sen. de Brev. vitae, c. 12.: *Quam diligenter exoletorum suorum tunicas succingant.* Eo nempe habitu communiter pueri ministrabant mensis. At in picturis, de quibus diximus ad I. sat. 6. 110., septem discincti, habituque pe-

Gausape purpureo mensam pertersit; et alter
Sublegit quodcumque jaceret inutile, quodque
Posset cenantes offendere: ut Attica virgo
Cum sacris Cereris, procedit fuscus Hydaspes,
Caecuba vina ferens; Alcon, Chium, maris expers. 15
Hic herus: Albanum, Maecenas, sive Falernum
Te magis appositis delectat; habemus utrumque.
Divitias miseras! Sed quis cenantibus una,
Fundani, pulchre fuerit tibi, nosse laboro.
Summus ego, et prope me Viscus Thurinus, et infra, 21
Si memini, Varius; cum Servilio Balatrone
Vibidius, quas Maecenas adduxerat umbras.

culiari ministrant; fortasse in cena Pontificali, seu Saliari. 14 * *praecedit* Ba. A. a 2. m. Sed bene *procedit*, lente, graviter sacra ferens (ut I. sat. 3. 11.) Attica virgo, sacerdos Cereris; Canephora, quae sacra Cereris sublatis supra caput manibus in canistro portare solebat. Eius imagines ex marmore videas in Villa Albana, in Museo Vaticano; et aere expressas apud Winkelm. Mon. ant. ined. n. 182. 15 * *Alchon* Vr. H. Ch. A.

17 * *appositum* An. A. 17 * *delectant* Ba. B. 18 *si quis* Aldus 1501. 1509. 1519. Iunta 1503. edit. Argent. 1514. Dion. ab Harsio Lugd. 1538. Muret. 20 *Viscas Thurrinus* V. A. Vr. N., alii mss. apud Pulm., edit. Ven. 1481. *Viscus Turrinus* mss. apud eumdem Pulm., qui coniicit legendum *Turranus*, ut ille sit, de quo Ovid. IV. ex Ponto, ep. 16. 29.: *Musaque Turrani tragicis innixa cothurnis.* * *Luscus Tarinus* V. I. *Turinus* Muret. Sed bene *Thurinus* a *Thurio*, Magnae Graeciae urbe; ut apud eumdem Ovid. XV. Met. 52: *Thurinosque sinus, Temesenque, et Iapygis arva.* 22 *quas - umbras* V. A. G. M. Ch. A. Ba. A., alius ms. ap. Combe; elegantius vulgato *quos*. Norunt Grammatici, inter duo nomina vel propria, vel appellativa, relativum cum secundo concordari prae alio. Sallust. Cat. 58.: *Est locus in carcere, quod Tullianum appella-*

Nomentanus erat super ipsum, Porcius infra;
Ridiculus totas simul obsorbere placentas.
Nomentanus ad hoc, qui, si quid forte lateret,
Indice monstraret digito: nam cetera turba,
Nos, inquam, cenamus aves, conchylia, pisces,
Longe dissimilem noto celantia succum:
Ut vel continuo patuit, quum passeris, atque

tur. Cic. Orat. c. VII. n. 36.: *In omni re difficillimum est, formam*, qui *character Graece dicitur, exponere optimi.* In Somn. Scip. c. 3.: *Concilia, coetusque hominum iure sociati, quae civitates appellantur . . . . Illum globum, quem in hoc templo medium vides, quae terra dicitur; hisque animus datus est ex illis sempiternis ignibus, quae sidera, et stellas vocatis.* 23 * *erat post ipsum* Vr. G. a 2. m. *erat supra ipsum* Lamb. ex coniectura, ob locum Ciceronis ad Famil. IX. 26., ubi: *Et quidem supra me Atticus, infra Verrius, familiares tui.* Ita et G. Fabric. Cun. San [Bod.] Sed Sallustius lib. III. Hist. apud Serv. ad I. Æ. 698.: *Igitur discubuere: Sertorius inferior in medio; super eum L. Fabius Hispaniensis.*

24 *simul obsorbere* V. B. K. N. a 1. m. Vp. C. F. An. A. Ba. A., alii mss. ap. Lamb. Cruq. Oberl., ed. Princ. Aldus 1501. Argent. 1514. Lamb. Cruq. Torr. Baxt. Oberl. Combe, Wakef.: nempe integras placentas uno fere haustu deglutire, devorare, sorbere. Plaut. Curc. III. 3. 34.: *Vin' aquam?* Curc. *Si frustulenta est, da, obsecro: hercle, obsorbeam.* Alii *simul*, vel *semel absorbere* [ut Bodon.]; vel *semel obsorbere.* Alio sensu *exsorbere.* Vid. II. sat. 3. 240.

25 * *ad haec* Vp. F. Ch. B. a 2. m. Ba. B 29 *passeris assi, et* Bentl. ex aliquot mss. Lambini; *assi, atque* Cun. et San. Val. Phil. Wakef. Decepti Bentl. et Cun. ex alio loco II. sat. 4. 38., qui nihil ad rem: hìc enim agebatur de piscibus, qui naturaliter celabant succum ignotum, haud bonum; non de coctis, aut male conditis. Passer est piscis marinus, pleuronectes.

Ingustata mihi porrexerat ilia rhombi.
Post hoc me docuit, melimela rubere, minorem
Ad Lunam delecta: quid hoc intersit, ab ipso
Audieris melius. Tum Vibidius Balatroni:
Nos, nisi damnose bibimus, moriemur inulti;
Et calices poscit maiores: vertere pallor
Tum parochi faciem; nil sic metuentis, ut acres
Potores: vel, quod maledicunt liberius; vel,
Fervida quod subtile exsurdant vina palatum.
Invertunt Allifanis vinaria tota
Vibidius, Balatroque, sequutis omnibus: imi

30 *porrexerat* V. A. Ch. A. a 2. m. B. a 1. m. An. A., alii mss. apud Lamb. Cruq. Bentl.; atque ita iidem editores, Baxt. Cun. San. Oberl. Combe, Wakef. Sapor patuit postquam porrexerat, atque alter gustaverat. Al. *porrexerit.* 31 *Post haec* Ch. B. a 2. m. An. A. Va. C., ms. unus apud Pulm. 32 * *dilecta* Vr. I. 34 *moriamur* An. A. a 2. m., antiqua manus ex ms. in ora editionis Aldinae 1519. in Bibl. Angel., alii mss. apud Combe. 35 *poscunt.*

35 * *poscit meliores* Ch. A. 36 * *Tunc parochi* V. A. Ba. B. 37 * *maledicant* Vr. G. 39 *Allifanis* V. A. M. Ch. A. a 2. m. B. Va. C., alii mss. apud Pulm. Cruq. Val.: ita Cruq. Bentl. Cun. San. Val.: probant Cluv. Ital. ant. lib. 4. c. 7. p. 1195. N. Heins. ad Sil. Ital. VIII. 537; et ex antiquis marmoribus hìc G. Fabric. Manutius, et Dausqueius in Orthogr. v. Allifae. Al. [Bod.] *Alliphianis*, vel *Alipha-nis.* 40 *omnibus: imi* V. B. Vr. B. E. F. Vp. C. Ch. A. An. A. a 1. m. B., alii mss. apud Pulm. Cruquium, Torrent. Talb., edit. Ascens. Frib. 1536. Henr. Steph. Talb. Desprez, Bond, Dac. Baxt. Bentleius, Cuning. Sanad. Gesn. Phil. Sandby, Batt. Val. Oberl. Zeun. Wakef.; defendunt Talbot, et Dac., quidquid dicat Torrentius. Petron. c. 38.: *Vides illum, qui in imo imus recumbit? hodie sua octingenta possidet; de nihilo crevit: solebat collo*

Convivae lecti nihilum nocuere lagenis.
Affertur squillas inter murena natantes
In patina porrecta. Sub hoc herus, haec gravida, inquit,
Capta est; deterior post partum carne futura.
His mixtum ius est: oleo, quod prima Venafri
Pressit cella; garo de succis piscis Hiberi;
Vino quinquenni, verum citra mare nato,
Dum coquitur; (cocto Chium sic convenit, ut non
Hoc magis ullum aliud) pipere albo, non sine aceto,
Quod Methymnaeam vitio mutaverit uvam.

modo suo ligna portare. Sen. de Const. sap. c. 10.: *Non in medio me lecto; sed in imo collocavit.* In imo lecto convivae ignobiliores accumbebant, parasiti, et ridiculi omnes; ut apud Plaut. in Stich. III. 2. 32.: *Haud postulo equidem me in lecto accumbere: Scis tu me esse imi subsellii virum.* v. 36. seq.: *Ergo oratores populi summates viri, Summi accumbent: ego infimatis infimus.* Vid. I. epist. 18. 10. 11. Ceteris enim acriter potantibus, ut bene ait idem Torrentius, ideo imi lecti convivae Nomentanus, et Porcius abstinuere, quod Nasidienum timebant offendere, quia parasiti: maxime quum Nomentanus ut saporum index advocatus accumberet, quo munere ebrius non recte fungeretur; alter vero ciborum ingluvie magis, quam vini ingurgitatione caperetur; sic ergo lagenis nihil nocuere. Inter ipsos Nasidienus accumbebat, qui inter potores adnumerari nequibat. Sensus igitur erit: Omnes convivae acriter potarunt; exceptis illis, qui in imo lecto accumbebant. In altera lectione vulgata, *sequutis omnibus imis: convivae lecti;* illud etiam absurdi probaretur, ut Horatius *lectos* convivas, pro *delectis*, atque honoratioribus diceret. 46 *de sucis* Ch. A. B., alius ms. apud Oberl. * *de fucis* V. M. Vr. H. Vid. I. sat. 4. 40. 46 *Hiberi* V. A. B. D. Vr. E. F. G. H. Vp. C. F. I. Ch. A. B. Ba. A. B. An. A., edit. Med. 1476. Venn. 1478. 1483. 1490. 1495. Flor. 1482. Vid. I. od. 5. 23. od. 14. 50. Al. [Bod.] *Iberi.* 50 *muta-*

Erucas virides, inulas ego primus amaras
Monstravi incoquere; illutos Curtillus echinos,
Ut melius, muria, quam testa marina remittit.
Interea suspensa graves aulaea ruinas
In patinam fecere, trahentia pulveris atri,
Quantum non Aquilo Campanis excitat agris.
Nos maius veriti, postquam nihil esse pericli
Sensimus, erigimur: Rufus, posito capite, ut si

verit V. A. B. D. E. G. I. M. N. Vr. F. G. H. K. Vp. A. D. F. Ch. A. B. Ba. A. B. Va. C. An. B., alii mss. apud Pulm. Cruq. Val., edit. Venn. 1478. 1490. 1492. 1495. Frib. 1536. Cruq. Dac. Talb. Bentl. Cun. San. Phil. Sandby, Batt. Gesn. Oberl. Combe, Wakef.; recte, quia respondet *sic convenit*. Al. *mutaverat*. 52 *inlotos*, *illotos*, *inlutos*. [Bod.] 52 *Catillus* Vr. G., edit. Arg. 1514. *Cotillus* ms. apud Pulm., et edit. Flor. 1482. Dion. ab Harsio Lugd. 1538. *Curcillus* Aldus 1501. Iunta 1503. 53 *quam-remittit*. Mira varietas in mss. et priscis editionibus: *quam remittet*, *quam remittat*, *quo-remittat*, *quod remisit*, *quod-remittet*.

54 *suspansa* coniicit Lambinus, laudat in nota Cun., adoptat Wakef.; quia, inquit Lambinus, post Porphyrionem, aulaea cameris tricliniorum subtendebantur, et suspendebantur, seu potius suspandebantur; ut si quid pulveris superne caderet, exciperent. At praeter mss. omnes, si haec aulaea *suspansa* fuissent super mensam, in ipsam cecidissent; quod revera supponunt Desprez, Dac. San., aliique vulgo Interpretes; qui *fecerit ruinas* male exponunt pro *corruerit*; sed cadendo e muro, traxerunt tantummodo pulverem in patinam; ut *nihil esset periculi* pro convivarum incolumitate, quos alias obruissent. Huiusmodi aulaea passim in antiquis picturis, et anaglyphis visuntur. 55* *in patinas* An. A. *in mensam* V. M. 57 *nil esse* Vr. I. Cun. 58 *Rufus capite hactenus*, *ut si flere* Cun., audacter, et barbare. Quo enim sensu? *Capite posito in lectum*, ut bene Commentator Cruquianus. Apul. Met. IV.

Filius immaturus obisset, flere. Quis esset
Finis, ni sapiens sic Nomentanus amicum
Tolleret: Heu, Fortuna! quis est crudelior in nos
Te Deus! ut semper gaudes illudere rebus
Humanis! Varius mappa compescere risum
Vix poterat. Balatro, suspendens omnia naso,
Haec est conditio vivendi, aiebat: eoque
Responsura tuo numquam est par fama labori.
Tene, ut ego accipiar laute, torquerier omni
Sollicitudine districtum? ne panis adustus,
Ne male conditum ius apponatur? ut omnes
Praecincti recte pueri, comptique ministrent?
Adde hos praeterea casus: aulaea ruant si,
Ut modo; si patinam pede lapsus frangat agaso.
Sed convivatoris, uti ducis, ingenium res
Adversae nudare solent; celare secundae.
Nasidienus ad haec: tibi Di, quaecumque preceris,

p. 80. edit. Pric.: *Inter genua sua deposito capite, sine modo flebat.* 58 *Ruffus* V. A. D. *Rustus* V. G. M. 62 *illudere.* Boethius de Cons. II. metr. 1. 7.: *Sic illa ludit, sic suas probat vires.* Apud Cic. Parad. 1. *ludibria Fortunae.* Vid. II. sat. 1. 59.

68 * *obstrictum* Vr. I. *destrictum* V. N. Sed bene *districtum.* In marmore apud Fabrett. p. 188. n. 431. Bonada Carm. ex ant. lap. II. p. 109. ex Fleetv.: NAMQVE. EGO. SEV. REBVS. FVERIM. DISTRICTVS. AGENDIS. Vid. III. od. 1. 17. 71 * *ruunt* V. M. An. A. a 1. m. *ruent* Vr. G., Iunta 1503. edit. Argent. 1514. 72 *lapsus pede* Cun. more suo. 75 *precaris* V. B. Vr. E. a 2. m. K. Vp. A. Ch. B. a. 2. m. Va. C., alii mss. apud Combe, edit. Princ. Venn. 1478. 1481. 1483. 1490. 1495. Flor. 1482.; sed melius cum aliis *preceris;* et probat Bentl. Balatroni optat Nasidienus, non quae nunc Deos *precatur* (nihil enim); sed quaecumque alias *precetur.*

Commoda dent: ita vir bonus es, convivaque comis:
Et soleas poscit. Tum in lecto quoque videres,
Stridere secreta divisos aure susurros.
Nullos his mallem ludos spectasse: sed illa
Redde, age, quae deinceps risisti. Vibidius dum
Querit de pueris; num sit quoque fracta lagena;
Quod sibi poscenti non dantur pocula; dumque
Ridetur fictis rerum, Balatrone secundo;
Nasidiene, redis, mutatae frontis, ut arte
Emendaturus fortunam: deinde sequuti
Mazonomo pueri magno discerpta ferentes

77 *quemque videres* Vr. K., edit. Ven. 1490. *quosque videres* V. I. Ba. A., edit. Ven. 1492. * *quodque videres* Ch. B. a 1. m. *quocumque* a 2. m. ex glossemate. 79 * *ludos mallem* V. E. a 1. m. Vp. F. 82 *non dantur* V. D. E. G. K. M. N. a 1. m. Vr. H. I. K. Vp. A. C Ch. A. An. A. Ba. A., alii mss. apud Val. Combe: rectius vulgato *non dentur* [ut Bod.]; et magis querelam poscentis, instantis indicat. 83 * *ab Balatrone* Vr. H.

86 *Mazonomo-magno.* Mazonomus, iuxta Acronem, est genus lancis, in qua portantur escae, veluti grande salsare; et dictum putat Gesnerus a distribuenda maza, vel pulte. Iulio Polluce auctore IV. c. 12. segm. 87., erant lances cavae, et praegrandes, ligneae ut plurimum. Huius formae videas in picturis ad Lateranum detectis, de quibus diximus ad I. sat. 6. 116. Ridiculum in hoc est, quod membra gruis discerpta portantur mazonomo magno. Huic opponitur parva *patella* I. epist. 5. 2. Ut apud Horatium; sic apud alios auctores, mazonomus videtur fuisse proprius ferendis ad mensam avibus. Varro de Re rust. III. 4. 3.: *Triclinium haberet, ubi delicate cenitaret, et alios* (turdos) *videret in mazonomo positos coctos; alios volitare circum fenestram captos.* Nemesianus in fragmento de Aucupio, v.16. seqq. p. 34. edit. 1645., de ave Tetrace, seu Tarace: *Saepe ego nutantem sub iniquo pondere vidi Mazonomi puerum, portat quum prandia cirro,*

Membra gruis, sparsi sale multo, non sine farre;
Pinguibus et ficis pastum iecur anseris albi;
Et leporum avulsos, ut multo suavius, armos,
Quam si cum lumbis quis edit: tum pectore adusto
Vidimus et merulas poni, et sine clune palumbes;
Suaves res, si non caussas narraret earum, et

Qua consul, praetorve novus contraxit ovanti. 86* *discreta* V. G. a 1. m. M. a 1. m. An. A. a 1. m. *discripta* Ch. B. a 2. m. *descripta* Gryph. 1566. *Discreta* significaret, fuisse allata in ampla, et magna lance membra unius gruis secta, atque hac, illac divisa, disposita. *Rari nantes in gurgite vasto.* Virg. I. Æ. 118. Cuiusmodi discretio, ac dispositio observatur in tab. 5. ex praedictis pictis, in qua sex rapulae. Attamen *discerpta* vera lectio est, quae innuit etiam, potius laceratam, dilaniatam in frusta gruem, quam sectam ad artem; de qua locus Senecae adductus supra ad II. sat. 4. 79. 87 * *multo sale* V. E. Ba. A. 88 * *pasti* Vp. C. a 1. m. 88 *anseris albae* Vr. H. a 1. m., ms. unus apud Pulm., alii asseruntur a Combe; atque ita dederunt Burm. Cun. San., amore novitatis, vel ignorantia; ut de lepore supra ad sat. 4. 44.: perpetuo enim anser masculino genere appellatur apud auctores; ut Virg. IX. E. 8. I. G. 25. Ovid. XI. Met. 120. Plin. H. N. X. 22. Petron. c. 136. seq. Colum. VIII. 14. 6. Iecur anseris ficis saginati, in magnam molem excrescebat; et erat in deliciis epulonum; testibus Athen. IX. 9. Plin. l. c. Mart. XIII. ep. 58. Iuven. V. 114. Pers. VI. 71., aliisque. Ridendus Nasidienus, ut bene adnotat Pulmannus, qui ut aliorum delicias, et lauticiem superare videretur, mentiri est ausus, non quibuscumque vulgaribus ficis; sed pinguibus iecur saginatum fuisse. Fici enim pingues, et pluris sunt, et succi melioris, atque abundantioris: vulgares autem fici, et caricae siccae sunt, minorisque pretii. Vid. Turneb. Advers. XIII. 17. XX. 34. 89 *leporum vulsos* Ch. A. Ba. A., alii mss. apud Lamb. Cruq., ita Zar. Bos. Vide supra sat. 4. 44. 90 *edat.* Vid. epod. 3. 3. 91 * *columbas* Vr. G. a 1. m. *palumbos* Ch. A. a 1. m., atque ita Cun. 92

Naturas dominus: quem nos sic fugimus ulti,
Ut nihil omnino gustaremus, velut illis
Canidia afflasset, peior serpentibus Afris. 95

suavis res Vr. I. Ch. A. B., alii mss. apud Pulm. 94 * *veluti illis* Ba. A. *veluti si* Bentl. ex ingenio audaci, et indocte; quia Latine callentibus *si* supponitur; et in eius lectione *illis* omittitur, quo nesciamus, *quibus* afflaverit Canidia; nempe *cibis*, de quibus nihilum gustaverunt convivae. 96 * *afflaret* Vr. G. 96 *serpentibus atris* mss. apud Lamb. Bentl. Val.; et ita Bentl., argutiis. *Afris*, ut *Mauris* III. od. 10. 18.; quod satis est, ne fidem omnibus mss. abnegemus. Serpentes ubique locorum sunt quidem *atri;* et de illis poetae loquuntur a Bentleio coacervati; at hìc venenum Canidiae comparatur *Afris serpentibus*, utpote qui propter calorem regionis, et aquae inopiam saevissime nocent, etsi longe a cena dissitis: apte, simpliciter, et docte; ut vere miseranda sit critici conclusio: *Unde enim Mauri serpentes tanto intervallo nocere hic possent suo afflatu?* Comparatio ex eo tracta est, ut bene Turneb. Advers. XVIII. 12., quod quae, alioqui salutaria, suo halitu afflavit serpens, venenata redduntur: quemadmodum fungi, Plin. H. N. XXII. 22. 23.; et pulli solo afflatu serpentis interimuntur. Colum. VIII. 5. 18.: *Cavendumque, ne a serpentibus adflentur, quarum odor tam pestilens est, ut interimat universos.*

Q. HORATII FLACCI
EPISTOLARUM
LIBER PRIMUS.

EPISTOLA I.

AD CAIVM CILNIVM MAECENATEM.

Omissa re ludicra, totum se tradit Philosophiae perdiscendae, quae frenare cupiditates, et omnia virtuti posthabere docet.

Prima dicte mihi, summa dicende Camena,
Spectatum satis, et donatum iam rude, quaeris,
Maecenas, iterum antiquo me includere ludo?
Non eadem est aetas, non mens. Veianius, armis
Herculis ad postem fixis, latet abditus agro; 5
Ne populum extrema toties exoret arena.

3 * *antiquo iterum* Vr. B. 3 *me inducere* Vp. C. a 1. m., et ms. Bersm. * *me reddere* V. E. 3 * *ludo?* V. A. cum interrogatione: rectius, ut videatur responsio ad aliquod quaesitum; et planius congruit sequenti. Ita etiam interpungit Wakef. 4 *Non aetas eadem, non mens* ms. Bersm. * *eadem aetas est* Ch. E. 5 * *ad postes* Ch. A. a. 2. m. 5 * *latet additus* V. O. 6 *exornet* V. A. a 2. m. Vr. C. D. Ch. A. a 1. m., alii mss. apud Lamb.

Est mihi purgatam crebro qui personet aurem:
Solve senescentem mature sanus equum; ne
Peccet ad extremum ridendus, et ilia ducat.
Nunc itaque et versus, et cetera ludicra pono:
Quid verum, atque decens, curo, et rogo, et omnis in hoc sum:
Condo, et compono, quae mox depromere possim.
Ac, ne forte roges, quo me duce, quo lare tuter:
Nullius addictus iurare in verba magistri,
Quo me cumque rapit tempestas, deferor hospes.
Nunc agilis fio, et mersor civilibus undis;
Virtutis verae custos, rigidusque satelles:
Nunc in Aristippi furtim praecepta relabor;
Et mihi res, non me rebus, subiungere conor.

11 * *Quod verum* Vp. A. Ch. A. 12 * *Cudo et compono* Ba. A. a 1. m.

12 * *possum* Va. A. 13 * *Ast ne* Vr. I. 14 *adductus* V. C. a 1. m. Vr. B. E., alius ms. apud Combe. 16 *versor* edit. Princ. Medd. 1476. 1477. Venn. 1478. 1479. 1481. 1509. 1552. 1573. Aldus 1501. 1509. 1519. Iunta 1503. edit. Basill. 1527. 1531. Frib. 1536. Dion. ab Harsio Lugd. 1538. H. Steph. 1544. Muret. *mersor* mss. omnes nostri, et aliorum, Porph. et edit. Flor. 1482. Venn. 1483. 1490. 1495. 1496.; revocavit in textum Lamb., deinde alii.

17 * *custos verae* V. O. 18 *Aristippi.* Vide infra epist. 17. 14. 19 *submittere conor* V. O., alii mss. apud Val., Hildebert. Mor. phil. c. 991., edit. Venn. 1479. 1481. 1483. 1490. 1492. 1495. 1552. Flor. 1482. Lips. 1499. Aldus 1509. 1519. Basill. 1527. 1531. Frib. 1536. Dion. ab Harsio Lugd. 1538. H. Steph. Mur. *subiungere* alii mss nostri, et aliorum, Acron, et Porph. infra ad epist. 10. 40., edit. Princ. Med. 1476. Aldus 1501. Iunta 1503., aliaeque. 17-19. Hos tres versus alio ordine dedit Sanad.: 17 *Nunc mihi res.*

18 *Virtutis.* 19 *Nunc in Aristippi*: et ut sensum

Ut nox longa, quibus mentitur amica, diesque
Longa videtur opus debentibus; ut piger annus
Pupillis, quos dura premit custodia matrum;
Sic mihi tarda fluunt, ingrataque tempora, quae spem,
Consiliumque morantur agendi gnaviter id, quod
Aeque pauperibus prodest, locupletibus aeque;
Aeque neglectum pueris, senibusque nocebit.
Restat, ut his ego me ipse regam, solerque elementis:
Non possis oculo quantum contendere Lynceus;

plenius confunderet, etiam *nunc mihi*, pro *et mihi*, ex ingenio emendavit. Eum refutat peculiari opere Batteux in actis Acad. Inscript. tom. 26. pag. 2. seqq. in 4, totumque locum fuse enucleat. Vide infra d. epist. 17. 14. 21 *Lenta videtur* Bentl. ex ms. Barthii Advers. XXXVII. 19.; quod hoc epitheto oratio eleganter varietur: sequuntur Cun. San. Phil. Sandby, Val. Wakef. Zeun. Wetzel; contra reliquos mss. omnes nostros, et aliorum, et Porph. Quin et elegantior est ipsa repetitio. 24 * *morentur* An. C.

28 * *oculis* Vp. C. *oculos* Lamb. ex uno ms., in quo illi videbatur ita scriptum a 1. m., postea erasum *s.*: probat, et recipit in textum Bentleius, qui tamen fatetur, vulgatum *oculo* aeque tuto admitti posse; sed speciosior lectio illi magis arridet, quia Horatius utrumque oculum collyrio inungere solebat, ut I. sat. 5. 30.; atque ideo nollet singulari ambigue uti: sed uterque neque vim verbi, neque fabulam attendit. Contendere oculos, sive intendere, est vehementer niti, aciem oculorum summa vi, conatu, intendere, dirigere in aliquid. Hinc sensus esset, non posse aliquem tantum, tanta vi, oculos contendere, quantum, quanta vi, Lynceus. Atqui Lynceus non contendebat oculos eo sensu; sed naturaliter acutissime videbat. *Possit qui rumpere terras, Et Styga transmisso tacitam deprendere visu.* Val. Flacc. I. 462. *Quique trans Pontum quoque Summota Lynceus lumine immisso videt.* Sen in Med. 228. *Quem constat, tam certa acie luminum usum esse, ut a Lilybaeo, Siciliae promontorio, exeunte classe*

Non tamen idcirco contemnas lippus inungi:
Nec, quia desperes invicti membra Glyconis; 30
Nodosa corpus nolis prohibere cheragra.
Est quoddam prodire tenus, si non datur ultra.

Carthaginis portu, etiam numerum navium diceret. Val. Max. I. 4. 8. Ut ergo comparatio recte procedat, *contendere* pro *certare* accipiendum erit. Nazar. in Paneg. Constant. Aug. c. 11.: *Non hinc tecum Lynceus ille certaret, qui, ut poetae ferunt, parietum septa, et arborum truncos visu facile traiiciebat.* Dictum *oculo* singulari numero, ut *aurem* supra v. 7., et de Arte poet. 181. *Ab oculo legit librum* Petron. c. 75. Vide I. sat. 2. 90. *Oculos* praetulerunt etiam Wakef. et Treutzer. Valart ita legi in 2. suis mss. asserit. 29 *inungui* Baxt. Bentl. Cun. Gesn. Oberl. Wakef. Treutzer; atque ita ex ms. notatum in ora edit. Aldi 1509. in Biblioth. Barberina. 30 * *Non quia* V. K. *Et quia* edit. Princ. Medioll. 1476. 1477. Venn. 1478. 1479. 1481. 1483. 1490. 1492. 1495. Flor. 1482. Lips. 1499. Aldus 1501. Iunta 1503. *Neu quia* Cun. 30 * *desperas* An. B. 30 * *Milcnis* V. K. a 2. m. ex glossemate.

31 * *podagra* V. K. a 1. m. Vr. I. Vid. II. sat. 7. 15.

32 *Est quoddam* V. E. K. a 1. m. Ba. A., alii mss. 4. apud Combe, edit. Princ. Med. 1477. Venn. 1479. 1481. 1490. 1495. Aldus 1501. Iunta 1503. Basil. 1527. 1531. * *Est quondam* V. B. a 1. m. Vr. F. Vp. C. a 1. m. *Est quadam* ex coniectura Lamb., et ex 2. mss. Cruq., inde Bentl. Cun. Baxt. Sanad. Phil. Sandby, Gesn. Val. Zeun. Oberl. Wakef. Wetz. *Est quodam* ceteri mss. nostri, et aliorum, et vulgata lectio fere apud alios editores. Suam lectionem a Latinitate exigi, asserit Bentl., quia dicatur *hactenus, eatenus, quatenus, aliquatenus:* et sit, *quadamtenus*, pro *aliquantum.* Sed *quoddam* praetuli, quia *tenus prodire* motum ad locum, non ex loco *quadam*, id est ex quadam parte, postulat: *quoddam*, neutro genere; ad quemdam terminum, ad aliquid, si non plurimum. Catull. LXIII. 18., *Umblicum tenus* (ut legendum ex mss. pro *Nutricum*). Ovid. Her. XII. 27.: *Scythiam tenus*

Fervet avaritia, miseroque cupidine pectus?
Sunt verba, et voces, quibus hunc lenire dolorem
Possis; et magnam morbi deponere partem.
Laudis amore tumes? sunt certa piacula, quae te
Ter pure lecto poterunt recreare libello.
Invidus, iracundus, iners, vinosus, amator;
Nemo adeo ferus est, ut non mitescere possit:
Si modo culturae patientem commodet aurem.
Virtus est, vitium fugere; et sapientia prima,
Stultitia caruisse. Vides, quae maxima credis
Esse mala, exiguum censum, turpemque repulsam;
Quanto devites animi, capitisque labore.
Impiger extremos curris mercator ad Indos;
Per mare pauperiem fugiens, per saxa, per ignes:
Ne cures ea, quae stulte miraris, et optas;
Discere, et audire, et meliori credere non vis?

ille nivosam. Val. Flacc. I. 538.: *Et Tanaim tenus immenso descendit ab Euro.* Svet. in Caes. 52: *Eadem nave Aethiopiam tenus Aegyptum penetravit.* Sic in mss. Prudentii Perist. X. 43. edit. 1789.: *Ire mandat milites Ecclesiam tenus.* Qui legunt *quodam*, illud adverbialiter accipiunt, pro *aliquo usque*, *usque ad quiddam.* 33 *fervit* Cun. ex ingenio.

33 *miseraque.* 34 *laborem* Cun. more suo. Vid. epod. 17. 61. 35 *morbi magnam* Cun. ex aure sua. 35 *depellere* ms. apud Combe. 39 * *qui non* Vr. G. 40 *accommodet* Vr. A. Sax. et ms. Bersm. * *praebeat* V. Q. 41 * *Est virtus* Vr. A. 44 *animo* mss. 3. apud Cruquium, quos sequitur exiguis argumentis Baxt., inde Gesn. Oberl. Combe, Wak.

44 * *capitisque labore?* Ch. A. *capitisque dolore* V. M. *capitisque dolore vel labore* V. G. *capitisque periclo* Vr. G. a 1. m. 47 * *Nec cures* V. K. Vr. D. Ba. B. *Non cures* V. P. 48 * *Dicere et* Vr. I. 48 *et audere* edit Zar.,

Quis circum pagos, et circum compita pugnax,
Magna coronari contemnat Olympia, cui spes,
Cui sit conditio dulcis sine pulvere palmae?
Vilius argentum est auro, virtutibus aurum.
O cives, cives, quaerenda pecunia primum est;
Virtus post nummos: haec Ianus summus ab imo
Prodocet; haec recinunt iuvenes dictata, senesque,

quod placet Gesn.; ut sit vehementior, et acrior cohortatio ad contemnenda quae mirantur alii. *52 Vilius est auro argentum* Bentl. et ms. Bersm. *53 primum*, sine *est*, edit. Princ., et ita Cuning. * *prima est* V. G.

54 * *hoc Ianus* Ba. B. *54 Ianus summus ab imo.* Nimirum, totus vicus, ubi pecunia foenori dabatur, cuius prima pars *primus*, seu *summus Ianus*, media *medius Ianus*, infima *imus Ianus* dicebatur, et *infimus*, in marmore apud Rein cl. 4. n. 3., Malvas. p. 604. Murat. pag. 610. Medium Ianum aliquando exstitisse, negat Bentl.; sed praeter Hor. II. sat. 3. 18. 19., mentio eius occurrit apud Grut. p. 577. 2., et in alio marmore quondam Musei Card. Carpensis;

OSSA

C. IVLIVS. C L. NICO MACHVS. A'. IANO PRIM. PAL. — BVCLA IRENE — C. LEPIDVS; C. L. ANICETVS A'. IANO. MEDIO

Cic. de Offic. II. 25.: *Sed toto hoc de genere, de quaerenda, de collocanda pecunia, vellem etiam de utenda, commodius a quibusdam optimis viris ad medium Ianum sedentibus, quam ab ullis philosophis ulla in schola disputatur.* Phil. VI. c. 5.: *Itane Ianus medius in L. Antonii clientela sit? Quis unquam in illo Iano inventus est, qui L. Antonio mille nummum ferret expensum?* Tres Ianos memorat Livius XLI. c. 26. n. 27. Vide etiam Nardin. Roma, VI 7. *55 Prodocet* V. A. B. C. D. E. G. M. O. P. Vr. A. B. C. D. E. F. G. H. I. Vp. A. C. D. F. Ch. A. E. F. An. B. C. Ba. A. B., alii mss. apud Lamb. Pulm. Cruq. Talb. Val.; et notatum ex ms. in ora editio-

Laevo suspensi loculos, tabulamque lacerto.
Si quadringentis sex septem millia desint;
Est animus tibi, sunt mores, et lingua, fidesque;

nis Aldi 1509. in Biblioth. Barberina. *Praedocet* V. K. An. A. Va. C., alii mss. apud Cruq. Talb., edit. Med. 1476. Venn. 1478. 1479. 1481. 1483. 1490 Flor. 1482. Lips. 1499. *Perdocet* mss. apud Cruq. Talb., edit. Princ. Zar. Bad. Ascens. Venn. 1492 1495. 1509. 1552. Aldus 1501 1509. 1519. Iunta 1503. Basill. 1527. 1531. 1580. Frib. 1536 Dion. ab Harsio Lugd. 1538. H. Steph. Mur., aliique non pauci. Primam lectionem restituit Lamb : recte, quia *prodocere*, est foris, et palam, et publice docere: *pro* enim in compositis, amplificandi, aut palam faciendi sensu adhiberi, tradit Festus. Sequuntur Lambinum Cruquius, Bentleius, Baxt. Cun. San. Phil. Gesn. Val. Oberl. Combe, Wakef. Wetzel, Zeun. *55 senesque, et* Wakef. ad mentem Marklandi; quod versus, qui sequitur, manifesta sit periphrasis pro *pueri*. Sed rectius adnotat Gesnerus, Horatium hoc versu, quem iam dederat I. sat. 6. 74., hic satyrice uti, ut indicet, senes etiam tota die puerili illa exercitatione computandi numeros, atque aera suarum rationum tractandi, occupatos esse. Ita hic versus, qui insiticius videri poterat, et visus est Cuningamio, et Wetzelio, gratiam et venustatem addet orationi.

57-58 *Si quadringentis - Est animus* V. E. G. K. M. a 2. m. O. Vr. G. Ch. A. a 2. m. E. F., alii mss. apud Pulm. Bentl., edit. Princ. Venn. 1479. 1481. 1483. 1490. 1495. Flor. 1482. Lips. 1499. Aldus. 1501. Iunta 1503. Basill 1527. 1531. 1580. Frib. 1536. Lamb. Muret., aliaeque usque ad Bentl., qui praetulit lectionem aliorum mss. apud alios, quibus alii nostri concinunt, qui habent, *Sed quadringentis;* et versum postponunt sequenti. Adoptarunt Cun. San. Phil. Sandby, Val. Wetzel, Zeun. In V. P. Vr. H. a 1. m. habetur ordo: *Est animus-Si quadringentis*, ut in alio ms., quem sequitur Cruquius. Primam lectionem retineo, quia plana; et adversativa *sed* minus bene consonat sequenti *at*. Sermo est Iani, incitantis ad quaeren-

Plebs eris. At pueri ludentes, rex eris, aiunt,
Si recte facies. Hic murus aheneus esto,
Nil conscire sibi, nulla pallescere culpa.
Roscia, dic sodes, melior lex, an puerorum est
Nenia, quae regnum recte facientibus offert,
Et maribus Curiis, et decantata Camillis?
Isne tibi melius suadet, qui, rem facias, rem,
Si possis, recte; si non, quocumque modo rem;
Ut propius spectes lacrimosa poemata Pupi:

dam pecuniam ante virtutem. 57 *desint* V. A. Vr. C. D. G., alii mss. apud Bentl., qui recepit in textum, inde Cun. Sanad. Phil. Sandby, Wetzel, Zeun. Al. [Bod.] *desunt*.

58 *est lingua* ms. apud Lamb., alius apud Pulm., alius apud Bentl.; adoptarunt Chab. Bentl. Cun. San. Phil. Sandby, Wetzel, Zeun. 59 * *Et pueri* Vr. G. *Ut pueri* mss. apud Lamb. 62 * *Rosia* V. B. E. 62 *puerorum est* V. C. D. E. G. Vr. A. B. C. E. F. G. H. I. Vp. A. C. D. F. Ba. A., alii mss. apud Lamb. Pulm. Cruq.; recepit Lamb. Baxt. Bentl. Cun. San. Gesn. Oberl. Combe, Wakef. Wetzel, Zeun. Al. sine *est*. 63 *recte regnum* Vr. G., edit. Princ. Aldus 1501. Iunta 1503. Basill. 1527. 1531. Frib. 1536. Dion. ab Harsio Lugd. 1538. 65 *qui ut rem* Iunta 1503. edit. Venn. 1509. 1552. Dion. ab Harsio Lugd. 1538. H. Steph. 1544. Gryph. Lugd. 1566. Basil. 1580. D. Heins. 67 *Pupi* V. A. D. G. I. M. O. P. Q. Vr. A. B. D. E. a 1. m. F. H. Vp. A. a 2. m. D. F. Ch. A. F. An. A. B. C. Ba. A. B, alii mss. apud Torr. et Bentl, edit. Venn 1492. 1495. 1498.; probant Aldus in Orthographia, Torr. et Bentl. Drakenb. ad Liv. IV. 33. 8., ex aliis auctoribus, nummis, et inscriptionibus; quibus adde alias, inter Inscript. Basilicae S. Pauli p. 48. n. 526., apud Fabrett. p. 457. 76. p. 632. 277. De Vita Inscr. Benev. LVI. 159. Amadut. Mon. Matth. t. 3. p. 93. 3., apud Grut. pluries. Hinc gens Pupia, Pupinia Tribus, Pupieni. Sequuntur Baxt. Cun. San. Gesn. Phil. Oberl. Combe, Wakef. Wetzel, Zeun. Al. *Puppi*. Alia gens Puppia. Bentleius, qui

An qui, Fortunae te responsare superbae
Liberum, et erectum, praesens hortatur, et aptat?
Quod si me Populus Romanus forte roget, cur
Non, ut porticibus, sic iudiciis fruar isdem;
Nec sequar, et fugiam, quae diligit ipse, vel odit:
Olim quod vulpes aegroto cauta leoni
Respondit, referam: quia me vestigia terrent,
Omnia te adversum spectantia, nulla retrorsum.
Bellua multorum es capitum: nam, quid sequar, aut quem?

scribit *nullos* haberi *Puppios*, unum videre poterat apud eumdem Grut. p. 460. 8., alium in Cenotaphio Pisano Lucii Caesaris apud Noris. tab. 1. 68 * *respondere* Ch. A. a 1. m. 69 *aptat* V. A. C. D. E. G. M. P. Vr. A. a 2. m. B. C. D. E. a 1. m. F. G. a 1. m. H. Vp. C. D. F. Ch. A. An. A. B. C. a 1. m. Ba. A. B. Va. A., alii mss. apud Lamb. Pulm. Cruq. Torr. Talb. Val., et notatur ex ms. in ora editionis Aldi 1509. in Biblioth. Barberina: reiecit Lamb., laudavit Torr., recepit Cruq., probant Canter. l. 4. c. 12. Turneb. XXVI. 26. Bentl., quos sequuntur Baxt. Cun. San. Phil. Gesn. Sandby, Val. Oberl. Wakef. Wetzel, Zeun. Facit illud Sen. de Tranq. an. c. 3.: *Qui iuventutem exhortatur; qui in tanta bonorum praeceptorum inopia virtute instruit animos, qui ad pecuniam, luxuriamque cursu ruentes prensat, ac retrahit; et, si nihil aliud, certe moratur; in privato publicum negotium agit. optat* V. K, edit. Princ.; atque inde vulgatum in priscis aliis editionibus, et fere omnibus aliis. Vid. II. epist. 1. 128. 70 * *At si Romanus Populus me* Vp. C. 71 * *fruor* V. Q. Vr. I. 72 * *Non sequar* Ba. A. 72 *et fugiam* V. D. E. I. O. Vr. A. B. E. a 1. m. Ch. A. F., alii mss. apud Pulm. Oberl., edit. Princ. Venn. 1479. 1481. 1483. 1490. 1495. Flor. 1482. Lips. 1499. *ac fugiam* V. A. Vr. D., Aldus 1501. 1509. 1519. Iunta 1503. Venn. 1509. 1552. Basill. 1527. 1531. Frib. 1536. Dion. ab Harsio Lugd. 1538. H. Steph. 1544. Cuning. Al. [Bod.] *aut fugiam*. 76

Pars hominum gestit conducere publica: sunt, qui
Crustis, et pomis viduas venentur avaras;
Excipiantque senes, quos in vivaria mittant:
Multis occulto crescit res foenore. Verum,
Esto, aliis alios rebus, studiisque teneri:
Idem eadem possunt horam durare probantes?
Nullus in orbe sinus Baiis praelucet amoenis,
Si dixit dives; lacus, et mare sentit amorem
Festinantis heri: cui si vitiosa libido
Fecerit auspicium, cras ferramenta Teanum
Tolletis, fabri. Lectus genialis in aula est?
Nil ait esse prius, melius nil caelibe vita:
Si non est, iurat, bene solis esse maritis.
Quo teneam vultus mutantem Protea nodo?
Quid pauper? ride: mutat cenacula, lectos,
Balnea, tonsores; conducto navigio aeque
Nauseat, ac locuples, quem ducit priva triremis.

est capitum Plaza, et vel invitis mss. Bentl., quem sequuntur Cun. San. Phil. Wakef. Wetzel; inscite; est enim responsio ad Populum Romanum, quem non tantum belluam, ut leo; sed multorum capitum appellat, quam quis sequi, ne si velit quidem, possit; ut bene adnotat Gesnerus. *Capitum es* edit. Princ. Zar. Mediol. 1476. 1477. Venn. 1478. 1479. 1481. 1483. 1490. 1495. Flor. 1482. 76 *aut quae.* 78 * *Frustis aut pomis* Vp. C. a 1. m. Al. *Frustis et.*

79 * *Excipiuntque* V. B. 81 * *alios aliis rebus* Vr. I.

82 **possint* Vp. A. a 1. m. 83 **praecedet* Vr. I. 85 *ventosa libido* Marklandus ex ingenio audaci. 86 * *Fecerat* Vp. C. 90 * *nodo-vultus* V. O. Ch. E. *vultum* V. K.

91 *rides* Cun. *videri ut mutat* Bentl. ex coniectura inepta. *Ride* etiam mss. 9. apud Oudendorp. ad Svet. in Octav. 68. 93 * *ut locuples* Vp. D. 93 *ducit quem* Cun.

Si curatus inaequali tonsore capillos
Occurro; rides: si forte subucula pexae
Trita subest tunicae, vel si toga dissidet impar;
Rides: quid? mea quum pugnat sententia secum;

ex aure sua. 94 *curatus* omnes mss. nostri, et aliorum, uno excepto Cruquii; et priscae editiones, quas vidi, omnes, praeter Locherianam, quae *curtatus* exhibet, et e qua plurimae editiones: refutat Bentl., sequuntur deinde hunc anonymus Trai. ad Rhen. 1713. Cun. San. Phil. Sandby, Wetz. *Curtatus* etiam, ante omnes, habet Iulius Rufinianus de Schematis Lexeos, inter Rhet. Lat. Paris. 1599. p. 32. Inaequalis tonsor iam per se indicat capillos curtatos. *Curatus* est in re verbum proprium; et *curare capillos* pro *tondere;* ut exemplis docuit Ioann. Frid. Gronov. Observ. I. 23. Vid. Phaedr. II. 2. 6. seqq. Quinct. I. O. XI. 3. Val. Flacc. VIII. 238.: *Tum novus implevit vultus honor, ac sua flavis Reddita cura comis.* Sen. Nat. quaest. I. 17.: *Tunc quoque cum antiqui illi viri incondite viverent; satis nitidi, si squalorem opere collectum adverso flumine eluerent: cura comere capillum fuit, ac prominentem barbam depectere.* Petron. c. 107.: *Voluerunt enim, antequam conscenderent, exonerare capita molesto, et supervacuo* (capillorum) *pondere: sed celerior ventus distulit curationis propositum.* Ita Domitianus libellum *de cura capillorum* edidit, teste Svetonio c. 18.; et hinc proprie *curationem facere* dictos, qui in Idolis comendis, et aris ornandis, toti erant, refert Tertullianus de Ieiuniis c. 16.

95 *Occurro* V. B. D. P. Vr. B. F. Vp. C. F. An. A. a 1. m. Va. A., alii mss. apud Bentl. Val.; notatum ex ms. in ora editionis Aldi 1509. in Biblioth. Barberina; adoptavit Bentl., inde Cun. San. Sandby, Val. Wetzel. Praesens tempus concordat cum sequentibus *subest*, *dissidet.* Bene ex Sen. epist. 114. notat Wetzel, Maecenatem in rebus eiusmodi minutis diligentem fuisse; et ipsum in cultu, et habitu mollem, et delicatum. Horatius quēritur, se ab eo rideri, et reprehendi in his; in maioribus, et moralibus non emendari. 97 * *pugnet* V. K. O. 97 *sententia mecum*

Quod petiit, spernit; repetit, quod nuper omisit;
Aestuat, et vitae disconvenit ordine toto;
Diruit, aedificat, mutat quadrata rotundis? 100
Insanire putas sollemnia me, neque rides;
Nec medici credis, nec curatoris egere
A praetore dati; rerum tutela mearum
Quum sis, et prave sectum stomacheris ob unguem
De te pendentis, te respicientis amici? 105
Ad summam, sapiens uno minor est Iove; dives,
Liber, honoratus, pulcher, rex denique regum:
Praecipue sanus, nisi quum pituita molesta est.

EPISTOLA II.

AD LOLLIVM.

Homerum Philosophis anteponit; sapientiamque mature excolendam esse monet.

Troiani belli scriptorem, maxime Lolli,

V. K. P. Vr. B. C. E. H. a 2. m. An. C., alii mss. apud Torr. Bentl. *Secum* recte; est enim eadem sententia, quae *petit*, et *spernit; repetit*, et *omisit:* alias dicendum erat, *petit*, *sperno; repetit*, *omisi.* 101 * *solemnia me?* Va. A. 104 *stomacharis* Vp. B. C., edit. Venn. 1492. 1495. Bad. Ascens. 105 *te suspicientis* ex coniectura Nic. Heinsius, quam arripuit, et propugnat Bentleius; quod *respicere* sit actio superioris erga inferiorem; potentis versus inopem. Non Latine argutatur, nempe per exempla. Caesar de Bello civ. I. 1.: *L. Lentulus consul senatui, reique publicae se non defuturum pollicetur, si audacter, ac fortiter sententias dicere velint: sin Caesarem respiciant, atque gratiam sequantur, se sibi consilium capturum.* Sen. de Const. sap. 18: *Respiciamus eorum exempla, quorum laudamus patientiam.* Bentleium nemo sequitur, praeter Wetzel: refutarunt paucis Baxt. Gesn., et fusius Horreus Miscell. crit. I. 5. p. 82. seqq.

Dum tu declamas Romae, Praeneste relegi:
Qui, quid sit pulchrum, quid turpe, quid utile, quid non,
Planius, ac melius Chrysippo, et Crantore dicit.
Cur ita crediderim, nisi quid te detinet, audi.
Fabula, qua Paridis propter narratur amorem
Graecia Barbariae lento collisa duello,
Stultorum regum, et populorum continet aestus.
Antenor censet belli praecidere caussam.
Quid Paris? ut salvus regnet, vivatque beatus,
Cogi posse negat. Nestor componere lites

4 *Planius* V. G. I. N. Vr. H. Va. D., alii mss apud Lamb. Pulm. Torr. Marcil. Bentl., edit. Princ. Medioll. 1476. 1477. 1486. Venn. 1478. 1483. 1490. 1492. 1495. Flor. 1482. Lips. 1499., Marcil. Bentl, qui restituit in textu, et probat; sequuntur Cun. Sanad. Phil. Sandby, Gesn. Valart, Oberl. Combe, Wakef. Wetzel, Zeun. Facit Acron, qui exponit *manifestius*, *et melius*; Porphyrio *melius*, *et apertius*. Sic. Cicero II. de Fin. c. 15. n. 5.: *Epicurus*, *opinor*, *me non vult*, *si possit*, *plane et aperte loqui*. Varro de L. L. VII. 22.: *Haec apertius dixissem*, *nisi brevius eo nunc mallem; quae infra sunt*, *planius usurpanda*. Ioannes Sarisberiensis in Policrat. VII. 9. legit *Pulchrius*, *et melius*, fortasse ex memoria. Al. *Plenius*. 5 *ni quid* Cun. more suo. 5 *distinet* Vr. B., alii mss. apud Pulm. Nic. Heins. ad Ovid. de Rem. am. 486. *destinet* Vr. E. a 1. m., alii ms. apud Lamb. * *destinat* Vr. D. An. B. Vid. IV. od. 5. 12. 6 * *qua propter Paridis* Vr. G. 7 * *barbarico* V. G. a 2. m. N. a 2. m. *lente* V. G. a 2. m. 6 *aestum* V. A. Vr. D. Ch. E. F. An. A. a 1. m. B. Ba. B., alii mss. apud Pulm. Oberl., edit. Ven. 1509.; notatum ex ms. in ora edit. Aldi 1509. in Biblioth. Barberina. Alii *aestus* 9 * *belli censet* Ch. E. 10 *quod Paris* V. A., edit. Ven. 1509., Bentl. ex ms. et argutiis indoctis; sequuntur Cun. San. Wakef. 10 *regnet salvus* Cuning. more suo. *solus regnet* Vr. F. a 2. m., alius ms.

Inter Peliden festinat, et inter Atriden:
Hunc amor, ira quidem communiter urit utrumque.
Quidquid delirant reges, plectuntur Achivi.
Seditione, dolis, scelere, atque libidine, et ira
Iliacos intra muros peccatur, et extra.
Rursus, quid virtus, et quid sapientia possit,
Utile proposuit nobis exemplar Ulyssem:
Qui domitor Troiae, multorum providus urbes,
Et mores hominum inspexit; latumque per aequor,
Dum sibi, dum sociis reditum parat, aspera multa
Pertulit; adversis rerum immersabilis undis.
Sirenum voces, et Circae pocula nosti;
Quae si cum sociis stultus, cupidusque bibisset;
Sub domina meretrice fuisset turpis, et excors;
Vixisset canis immundus, vel amica luto sus.
Nos numerus sumus, et fruges consumere nati,

apud Pulm., edit. Ven. 1495. Lips. 1499. 15 * *dolis, caede, atque* Vr. E. 16 * *inter muros* An. B. *muros intra* ms. apud Fabric. Cun. 17 *Rursum* e ms. Bentl. Cun. San. Wakef. Wetzel. 23 *Circae* V. A. C. a 1. m. D. E. G. a 2. m. Vr. B. a 1. m. D. E. F. G. a 1. m. H. Vp. D. Ch. F. a 1. m. An. A. B. Ba. A. a 1. m., alii mss. apud Lamb. Pulm. Torr. Bentl. Val., notatum ex ms. in ora dictae editionis Aldi 1509.; revocavit in textum Lamb., inde Torr. Dac. Bentl. Baxt. Cun. San. Phil. Gesn. Val. Oberl. Wakef. Combe, Wetzel, Zeun. Vid. ep. 17. 17. Al. [in his Bod.] *Circes*. Eadem varietas apud Propert. III. el. 10. 27., ut ibi notat Burm., et apud Ovid. IV. Fast. 70. Sed non dissimulandum, *Circes* legi apud Valerium in epistola ad Ruffinum, *ne ducat uxorem*, post opera S. Hieronymi, edit. Paris. 1706. tom. 2. col. 337., seculo IV. exeunte, ubi Ulixes *Sirenum voces, et Circes pocula novit.* 23 *pocula novit* V. E., edit. Med. 1477. 25 *exsors* coniicit Markland. Epist. crit. pag. 100, indocte.

Sponsi Penelopae, nebulones, Alcinoique
In cute curanda plus aequo operata iuventus;
Cui pulchrum fuit in medios dormire dies, et
Ad strepitum citharae cessatum ducere curam.
Ut iugulent homines, surgunt de nocte latrones:
Ut te ipsum serves, non expergisceris? Atqui,

28 *Penelopae* V. A. B. C. D. G. I. N. R. Vr. D. E. F. Vp. D. Ch. F An. A. a 1. m. Va. D. Ba. A., alii mss. apud Lamb. Pulm. Val. notatum in citata editione Aldina; ita restituit Lamb. Dac. Bentl. Baxt. Cun. San. Phil. Gesn. Val. Oberl. Combe, Wak. Wetz., Zeun. Vid. II. sat. 5. 76. Alii [Bod.] *Penelopes* 31 *cessantem* edit. Ven. 1495. Bentl. *cessantum* V. I., edit. Flor. 1482. Ven. 1483. 1490. Lips. 1499.

31 *ducere somnum* Vr. H., et ex aliis mss. Bentl. *cessatam ducere curam* coniicit Scaliger. 32 *hominem* V. B. E. a 1. m. Vr. D. F. H. An. A. a 1. m., alii mss. apud Torr. Bentl. Val. Oberl.; revocavit in textum Bentleius; utpote quae lectio ei suavior videatur, et maioribus testibus probata: addit Gesnerus, ut evitetur sic ingratum homoeoteleuton. Sequuntur inde alii editores, Cun. Baxt. San. Phil. Gesn. Val. Oberl. Combe, Wak. Wetz., Zeun. Si auctoritate certandum est; manuscriptorum sive nostrorum, sive aliorum editorum pars longe maior, et optimae notae, habet *homines;* uti et Servius ad Virg. I. G. 287. Sensus pariter ita postulat; non enim latrones more suo circumeunt de nocte, ut *hominem* determinate occidant; sed ut plurimum saltem, ad praedam omnes obvios aggrediuntur indiscriminatim. Iulius Firmicus de Err. prof. relig. VI. 31.: *Famosos domuum effractores reddet, et qui armati gladio quiescentibus hominibus et patrimonii iacturam, et vitae discrimen infligant.* Alexis in excerptis Stobaei apud Grotium Excerpt. ex Trag. et Com. Graec. p. 567. Paris. 1626.: *Quicumque pauper obsonatur largiter, Et ad hoc abundat, indigens ad cetera; Hic nocte, ut quemvis obvium fors obtulit, Despoliat.* 32 *vigilant de nocte* ms. in nota ad citatum Servii locum, in editione Burmanni. * *surgent* An. A. 33 * *Ut serves te ipsum* Vr. I.

Si nolis sanus, curres hydropicus: et, ni
Posces ante diem librum cum lumine; si non
Intendes animum studiis, et rebus honestis;
Invidia, vel amore vigil torquebere. Nam cur,
Quae laedunt oculum, festinas demere; si quid
Est animum, differs curandi tempus in annum?
Dimidium facti, qui coepit, habet: sapere aude;
Incipe. Qui recte vivendi prorogat horam,
Rusticus exspectat, dum defluat amnis; at ille
Labitur, et labetur in omne volubilis aevum.
Quaeritur argentum, puerisque beata creandis
Uxor; et incultae pacantur vomere silvae:

33 * *atquin* V. A. 34 *noles*. [Bod.] 34 *curres* V. C. G. K. a 2. m. N. Q. Vr. E. H. An. B., alii mss. apud Lamb. Cruq. Talb., ita Porph., edit. Venn. 1495. 1552. Aldus 1509. 1519. Basill. 1527. 1531. Frib. 1536. Dion. ab Harsio Lugd. 1538. R. Steph. 1544.: probant Lamb. Cruq. Torr. Talb. Bentl.; sequuntur Dac. Baxt. Cun. San. Gesn. Val. Oberl. Combe, Wakef. Wetzel, Zeun. *cures* V. A. E. Vr. B. E. F. G. Vp. A. Ch. E. F. Va. D., edit. Princ. Med. 1476. Flor. 1482. Venn. 1483. 1490. 1509., aliaeque ex priscis ante Aldi 1501., cui vulgo tribuitur haec lectio. [*cures* etiam Bod.]

35 * *Poscas* V. Q. *Poscis* V. K. * *si ne* An. C.

36 * *Intendas* V. K. R. Ba. A. 37 * *cur nam?* Vr. E. Ch. F. 38 *oculum* V. B. Vr. D. H. Ch. A. E. F. Ba. A. B.; alii mss. apud Pulm. Cruq. Torr.; defendit Bentl.; sequuntur Baxt. Cun. San. Gesn. Phil. Oberl. Combe, Wakef. Wetzel, Zeun.. Al. *oculos*.

38 *si quod* V. A., alii mss. apud Pulm. 40 *qui coepit, habet facti* Cun., insulse. 41 *qui recte vivendi* V. A. E. O. Vr. G. H. An. C., alii mss. apud Pulm. Bentl.; atque ita Acron, Muret. Dac. Bentl. Baxt. Sanad. Gesn. Phil. Oberl. Combe, Wakef. Wetzel, Zeun. Al. *vivendi recte qui;* vel, *vivendi qui recte*. 41 *proroget* Vr. I.

42 * *defluit* Ba. A. a 1. m. 45 *placantur* Wakef., in-

Quod satis est, cui contingit, nil amplius optet.
Non domus, et fundus, non aeris acervus, et auri
Aegroto domini deduxit corpore febres;
Non animo curas. Valeat possessor oportet,
Si comportatis rebus bene cogitat uti. 50
Qui cupit, ac metuit; iuvat illum sic domus, et res;
Ut lippum pictae tabulae, fomenta podagram,
Auriculas citharae collecta sorde dolentes.
Sincerum est nisi vas, quodcumque infundis, acescit.

scite. Vid. II. sat. 8. 5. 46 *contigit*, *hic nihil* ex mss. Lambinus, inde Dac. Baxt. Gesn. Oberl. Combe, Wetzel, Zeun. 46 *nil amplius* V. A. B. D. E. R. Vr. A. G. Vp. A. Ch. E. Ba. B., Cun. Al. [in his Bod.] *nihil.* 48 * *deducunt* Ch. A. a 2. m. 48 *febrem* V. B. G. N. Vr. E. Ch. A. a 1. m. An. B. Va. D., alii mss. apud Pulm. Cruq. Torr. Val.

* 50 * *comparatis* An. A. a 1. m. 51 * *cupit*, *ac metuit* V. A. E. Vr. D a 1. m. *et metuit* V. R. Vr. A. Ch. A. Recte; metus enim est cupiditatis individuus comes: eodem sensu, quo epist. 16. 65. II. 2. 156. Cic. Parad. I. 1.: *Neque enim expletur umquam, nec satiatur cupiditatis sitis: neque solum ea, qui habent, tibidine augendi cruciantur; sed etiam amittendi metu.* S Cyprian. de Disc. et bono pud.: *Qui cupiditates tollit, et metus sustulit; nam ex cupiditatibus metus veniunt.* Al. [Bod.] *aut m.* 51. *et res* V. A. C. D. E. G. I. K. N. Vr. B. D. E. F. G. H. Vp. A. D. Ch. A. Va. D., alii mss. apud Lamb. Cruq. Val.; sic Baxt. Bentl. Gesn. Sandby, Oberl. Combe, Wakef. Wetzel, Zeun. *ac res* Cun. San. Vulgatum *aut res.* 52 *tabulae pictae* V. O. Hildebert. Mor. phil. col. 988. Cun. 52 *tomenta* Wakef., audacter, ex Buherii coniectura in Anthol. Lat. Burm. II. p. 485.

52 *podagrum* Bentl., argutiis; inde San. Wetzel; laudat Baxt. Sed bene positum et abstractum pro concreto, ut notat I. A. Ernesti. 54 * *Vas nisi sincerum est* Vr. G.

Sperne voluptates: nocet empta dolore voluptas.
Semper avarus eget: certum voto pete finem.
Invidus alterius macrescit rebus opimis:
Invidia Siculi non invenere tyranni
Maius tormentum. Qui non moderabitur irae,
Infectum volet esse, dolor quod suaserit, et mens,
Dum poenas odio per vim festinat inulto.
Ira furor brevis est: animum rege; qui, nisi paret,
Imperat: hunc frenis, hunc tu compesce catena.
Fingit equum tenera docilem cervice magister
Ire, viam quâ monstret eques: venaticus, ex quo
Tempore cervinam pellem latravit in aula,
Militat in silvis catulus. Nunc adbibe puro

54 *acescet* Vr. H., alius ms. apud Pulm. 57 *rebus macrescit* ms. apud Pulm. * *marcescit* V. Q. Vr. B. a 1. m. G. Ch. A. a 2. m. Ba. B. *rebus marcescit* Hildeb. col. 979.

59 * *Tormentum maius* V. O. 59 * *iram* V. D. a. 1. m. Vr. B. a 1. m. D. 60 *suaserit exmens* H. Steph. *ac mens* Cun. San. 63 *Impera, et hunc* H. Steph. 63 *catenis.*

64 * *docilem tenera* Vr. I. 65 *qua monstret* Vr. E. a 1. m. Ba. A., alii mss. apud Cruq. Torr. Bentl.; atque ita Baxt. Bentl. Cun. San. Gesn. Phil. Sandby, Oberl. Combe, Wakef. Wetzel, Zeun. *monstret* etiam V. A. Vr. H., alii mss. apud Pulm. Bentl. *Ire, viam quâ monstret eques*, sic interpungit Bentleius, et puto, rectius; ut non sit *ire viam;* sed, *ire quâ eques monstret viam.* Liv. XXXII. 11.: *Pedites iubet, quâ dux montraret viam, ire.* Equi docentur, recta, ad dexteram, ad sinistram, in gyrum ire, gradum sistere, variosque motus. Cic. I. de Off. 26.: *Panaetius quidem, Africanum auditorem, et familiarem suum, solitum ait dicere, ut equos, propter crebras contentiones praeliorum ferocitate exsultantes, domitoribus tradere soleant, ut his facilioribus possint uti.* Vide infra epist. 15. 11. Al. *quam monstrat.* 66 * *laceravit* Vr. E. a 2. m. G. a 2. m. H. a 2. m. 67 *adbibe* V. A. B. a 2.

Pectore verba puer; nunc te melioribus offer.
Quo semel est imbuta recens, servabit odorem
Testa diu. Quod si cessas, aut strenuus anteis;
Nec tardum opperior, nec praecedentibus insto.

EPISTOLA III.

AD IVLIVM FLORVM.

De Tiberio, deque litteratis quibusdam comitibus eum interrogat; deinde ad studium sapientiae, et ad fraternam concordiam hortatur.

Iuli Flore, quibus terrarum militet oris
Claudius Augusti privignus, scire laboro.

m. C. R. Vr. A. Vp. A. Ch. A. a 2. m. E. a 2. m. An. A. Va. D. Ba. A., alii mss. apud Pulm., edit. Princ. Basill. 1527. 1531.; probavit Lambinus, atque inde fere omnes: recte. Terent. in Heautont. II. 1. 8.: *Is mihi, ubi adbibit plus paullo, sua, quae narrat, facinora?* Sen. epist. 36.: *Perseveret modo colere virtutem, perbibere studia liberalia.* Prudent. Perist. X. 629. seq.: *Crux praenotata, crux adumbrata est prius, Crucem vetusta combiberunt secula.* 682.: *Illa ex parente spiritu docta imbibit, Quo me inter ipsa pasceret cunabula.* S. Hieron. epist. ad Laetam, n. 4. t. 1. col. 676.: *Difficulter eraditur, quod rudes animi praebiberunt.* Sidon. Apoll. VII. epist. 9. in concione: *Donec scientiam natura combiberit, non maior est gloria dixisse quod noveris, quam siluisse quod nescias.* In aliquibus mss., et in edit. Med. 1476. Venn. 1490. 1492. 1495., aliisque seculi XV., legitur *adbibe;* errore manifesto, quem retinuit Aldus; ideoque non primus ipse dedit; ut asseruit Pulmannus.

68 *te nunc* Cun. 71 * *operiar* Vr. H.

1. *militat* edit. Princ. Med. 1476. Venn. 1478. 1479. 1483. 1490. 1492. 1495. Flor. 1482.

Thracane vos, Hebrusque nivali compede vinctus;
An freta vicinas inter currentia turres;

3 *Hebrusque*. Vid. I. od. 25. v. ult. 4. *terras* ex 3. mss. Bentleius; alius ms. apud Val.; sequuntur Cun. San. Dorighellus; et ante omnes ex ms. Blandiniano laudaverat Cruquius; et inde Rappoltus Enarr. in epist. Hor. 1. 9.: prorsus indocte, et quam enerve, atque indeterminate, freta, quae currunt inter terras vicinas, quae essent Europa, et Asia! Turres sunt Sestos, et Abydos, quae proximae erant inter se. Hinc Ovidius Her. XVII. 73. seq.: *Quid mihi, quod lato non separor aequore, prodest? Non minus haec nobis tam brevis obstat aqua.* v. 79.: *Paene manu, quod amo, tanta est vicinia, tango.* Trist. I. el. 9. 27. seq.: *Quaque per angustas vectae male virginis undas, Sestos Abydena separat urbe fretum.* Et III. el. 10 41. seq.: *Si tibi tale fretum quondam, Leandre, fuisset; Non foret angusta mors tua crimen aquae.* Eo argumento praesertim ducitur Bentleius, ut *terras* praeferat; quia in Sesto turris erat; in Abydo vero similem turrim nemo veterum memorat: at plane abutitur pluribus poetarum locis, in quibus vere de *terris* loquuntur ipsi, postquam Europam, et Asiam, Sestos, et Abydon nominaverant. Hic vero Horatius *turres* dixit, plurali numero, pro ipsis urbibus, seu pro illarum *moenibus turritis*, inter quae fretum currebat. *Moenia turrita* apud eumdem Ovid. III. Amor. 8. 48.: *muri turriti* ex Ponto III. 4. 105.; et Cybele *Dea turrita* apud Propert. IV. 12. 52, quia coronam turritam gerebat in capite. Quo sensu noster IV. od. 6. 7. *Dardanas turres* dixit, pro ipsis urbis muris: eodemque sensu accipiendus Tibullus I. 7. 19. seq.: *Utque maris vastum prospectat turribus aequor, Prima ratem ventis credere docta Tyros;* non de domibus Tyriorum praecelsis, ut ibi contendunt Broukhusius, et Vulpius. *Freta currentia* docte dictum; nam aquae maris mediterranei, utpote graviores subter fluunt in Pontum Euxinum; ab hoc aquae dulciores, ideoque leviores super effluunt: *Nam superficies Ponti propter nimias aquas, quae de terra influunt, foras effluit: deorsum vero intro*

An pingues Asiae campi, collesque morantur?
Quid studiosa cohors operum struit? hoc quoque curo.
Quis sibi res gestas Augusti scribere sumit?
Bella quis, et paces longum diffundit in aevum?
Quid Titius, Romana brevi venturus in ora,
Pindarici fontis qui non expalluit haustus,
Fastidire lacus, et rivos ausus apertos?
Ut valet? ut meminit nostri? fidibusne Latinis
Thebanos aptare modos studet, auspice Musa?
An tragica desaevit, et ampullatur in arte?
Quid mihi Celsus agit, monitus, multumque monendus,
Privatas ut quaerat opes, et tangere vitet
Scripta, Palatinus quaecumque recepit Apollo:

pergit influxio. Unde probatum est, natantia, quae, ut supra dixi, iaciuntur in Pontum, foras pelli; si vero columna deciderit, introrsum minari. Et hoc saepe usu probatum est, ut graviora quaeque in fundo Propontidis ad Ponti interiora pellantur. Macrob. Sat. VII. 12. Idem phaenomenon observavit Marsilius; sed illud negant Donatus, et Toaldus.

5 *morentur* V. B. Vp. A. Ba. B., alii mss. apud Combe, edit. Princ. Venn. 1478. 1479. 1481. 1490. 1509. Lips. 1499. Aldus 1501. 1509. 1519. Iunta 1503. 6 * *operum instruit* V. B. 6 *hoc quoque* V. A. B. Vr. C. D. H. Ch. A. E. F. An. B., alii mss. apud Pulm. Bersm. Bentl., qui probat; ut referatur ad praecedentem sensum. Adoptarunt Cun. San. Sandby, Wakef. Wetzel. Al. *Haec quoque* ut referatur ad sequentia. 7 *sumat* Vr. F., alii mss. apud Cruq.

8 * *diffudit* V. R. Vr. B. a 1. m. D. E. a 1. m. Vp. A. F. Ch. E. An. A. *diffundat* Vr. F., alii mss. apud Cruq.

14 * *in arce* An. B. 15 * *Celsus agat* Vr. B. *ait* An. B.

15 * *movendus* Vr. I. An. C. 17 *Palatinus*. Vide ad

Ne, si forte suas repetitum venerit olim
Grex avium plumas; moveat cornicula risum,
Furtivis nudata coloribus. Ipse quid audes?
Quae circumvolitas agilis thyma? Non tibi parvum
Ingenium, non incultum est, et turpiter hirtum:
Seu linguam caussis acuis, seu civica iura
Respondere paras, seu condis amabile carmen;
Prima feres hederae victricis praemia. Quod si
Frigida curarum fomenta relinquere posses;
Quo te caelestis sapientia duceret, ires.
Hoc opus, hoc studium parvi properemus, et ampli;
Si patriae volumus, si nobis vivere cari.
Debes hoc etiam rescribere; si tibi curae,
Quantae conveniat, Munatius: an male sarta

Carm. secul. 65. 18 * *venerit hospes* Vr. G. 22 *et turpiter* Vr. C. H. Ch. A. An. B. C. a 1. m., alii mss. apud Pulm., et Bentl., qui probat, et restituit: ut *incultum*, et *hirtum* non diversam rem significent; nec ideo sint disiungenda; sed quia unam, eamdemque rem amplificant, et exaggerant, sunt copulanda; ut epist. 7. 90. *scabrum*, *intonsumque*. Sequuntur Sandby, Wakef. *ac turpiter* Cun. San. Al. *nec turpiter*, 29 *patriae cupimus* V. A. E., alii mss. apud Lamb. 30 *si tibi* V. Q. Vr. H., alii mss. apud Bentl., edit. Princ. Venn. 1478. 1481. 1483. 1490. 1492. 1495. Flor. 1482. Aldus 1501. 1509. 1519. Iunta 1503. Basill. 1527. 1531. 1580. Dion. ab Harsio Lugd. 1538. Mur. Lamb. Pulm. Torr. Chab. D. Heins. Desprez, Baxt. Bentl. Cun. San. aliique recentiores. Probant Lamb., et Bentl. praesertim, adnotans, id requirere praesens tempus in sequentibus *coit*, et *rescinditur*: nam altera lectio 27. mssrum nostrorum, et aliorum editorum, *sit tibi*, in qua *an* subintelligeretur, *coeat*, et *rescindatur* exigeret. At Bentleius ex ingenio addit *est* in fine: *si tibi curae est*; quem sequuntur Cun. San. Wakef. Wetzel; non vero Chabot primus dedit, ut asserit idem Cun. 31 *Quam te conveniat* An. B. Mur.

Gratia nequidquam coit, et rescinditur? At vos
Seu calidus sanguis, seu rerum inscitia vexat,
Indomita cervice feros; ubicumque locorum
Vivitis, indigni fraternum rumpere foedus;
Pascitur in vestrum reditum votiva iuvenca.

EPISTOLA IV.

AD ALBIVM TIBVLLVM.

Ad laborem honestum, moxque ad voluptatem eum hortatur.

Albi, nostrorum sermonum candide iudex,
Quid nunc te dicam facere in regione Pedana?
Scribere, quod Cassi Parmensis opuscula vincat?

quam tecum veniat Aldus 1509. 1519. 31 *Numatius*, *Numacius*, *Numantius*, *Nummatius*. * *Minatius* Vr. E.

32 * *et res scinditur* Vr. I. *ac rescinditur* Ba. B. Cun. San. 32 *At vos* V. B. Vr. D. Vp. A. Ch. E. F. Ba. A. a 1. m. B. a 1. m.: et est vulgata fere omnium editorum usque ad Bentleium, qui praetulit aliam lectionem etiam plurium mssrum nostrorum, et aliorum, *ac vos;* continuans interrogationem usque ad *feros.* Illum sequuntur Cun. San Wakef. Wetzel. [Bod.] At alia lectio etiam magis placet Gesnero: quia vehementiorem motum habet, et planior sensus est. *Et vos* Ba. A. B. a 2. m. Sanad. 33 *Heu calidus heu rerum*, quam lectionem, aliquot etiam mssrum, nullo fundamento praefert Zinzerlingus ad Val. Flacc. III. 234. 33 * *versat* V. S. Vid. II. od. 9. 3. [34 Bod.: *feros. Ubic.*]

3 * *Cassi Parmensis* Vr. I. Huius poetae fragmentum, inventum a viro in omnibus studiis principe, Petro Victorio, sibique ab amico communicatum, vulgavit ad hunc locum Georg. Fabricius. Illud hic repetere non inutile videtur, nec iniucundum; utpote quod lepidum est, et elegans.

An tacitum silvas inter reptare salubres,
Curantem quidquid dignum sapiente, bonoque est?
Non tu corpus eras sine pectore: Di tibi formam,
Di tibi divitias dederunt, artemque fruendi.
Quid voveat dulci nutricula maius alumno,
Qui sapere, et fari possit, quae sentiat; et cui

CASSII ORPHEVS.

Argute primum cum plectra parentis, et auro
Distinctam sumpsit citharam Rhodopeius heros,
Ridebant segnes pulsus, digitosque micantes
Serius, et chordis indoctae dissona vocis.
Mox pudor exardens, et gloria ducis honesti,
Lusibus avertit puerilibus; omnis et illuc
Perditus incumbens, Musae pallebat amore;
Et nunc maternis inhiat, nunc ille paternis
Cantibus; hinc, illinc discens, dependet utrinque.
Nulla Venus faciem cepit mentita dolosis
Compedibus: somni fuerat, parcusque Lyaei:
Donec ridiculus dudum, modulamine silvas,
Convulsosque suis scopulos radicibus egit;
Ausus et ire viam mortalibus inconcessam,
Poenarum oblitos demulsit carmine Manes.
Non levis ascensus, si quis petit ardua; sudor
Plurimus hunc tollit: nocturno exsomnis olivo
Immoritur: delet, quod laudaverat in se,
Qui cupit aeternae donari frondis honore.

5 * *bonumque* Vr. A. 7 *dederunt* V. C., alii mss. apud Pulm. Cruq. Torr. Talb. Val.; atque ita Acron, qui notat *mediam brevem syllabam:* sequuntur edit. Frib. 1536. Muret. Cruq. Torr. Baxt. Bentl. Cun San. Gesner Phil. Batt. Val. Combe, Wakef. Wetzel, Zeun. * *dederint* V. I. Al. *dederant.* 8 * *Quid foveat* V. Q. Vr. H. a 1. m.

8 * *matricula* V. A. a 1. m. 9 *Qui sapere* Vr. C. a 2. m. Vp. C. a 1. m., alii mss. apud Lamb. Cruq. Bentl.; probant Lamb. Torr. Bentl.; sequuntur Baxt. Cuning San. Phil, Sandby, Gesn. Combe, Wakef. Wetzel, Zeun. Al.

Gratia, fama, valetudo contingat abunde;
Et mundus victus, non deficiente crumena?
Inter spem, curamque, timores inter, et iras,
Omnem crede diem tibi diluxisse supremum.
Grata superveniet, quae non sperabitur, hora.
Me pinguem, et nitidum, bene curata cute, vises,
Quum ridere voles Epicuri de grege porcum.

Quam sapere. Alii mss. nostri, et aliorum, *quin sapere.* Item alii *et fari ut possit.* Pulmannus emendat *cum sapere.* 9 * *quid sentiat* Vr. C. a 1. m. 10 * *contingit* V. C. Vp. C. 11 *et modus*, *et victus* V. A. Vr. C. D. G. a 1. m. Vp. C. F. Ch. A. a 1. m., alii mss. apud Lamb. Bersm. Bentl., qui inde ex coniectura emendat, *et domus, et victus.* 11 *Camena* ex coniectura Boivinus, inde Sanad.; inepte. Quid enim esset, *Musa non deficiente* in eo, cui nutrix voveat adhuc sapientiam, et eloquentiam? Ante haec supponeret alumnum iam poetam. 12 * *iram* Vr. H., alius ms. apud Pulm. 13 *deluxisse* edit. Princ. Mediol. 1476. Venn. 1478. 1479. 1481. 1483. 1486. 1490. 1495. Flor. 1482. Lips. 1499. Rutgersius ait, pro *occidisse.* Muretus coniecerat *tibid illuxisse;* archaismo Accio, vel Pacuvio digniore, ut notant Rutgers., et Talbot. De principio diei, non de fine, loquitur poeta. Cic. Phil. XII. 5.: *Discussa est illa caligo, diluxit, patet, videmus omnia.* Quo recidit illud eiusdem in Cat. maiore, c. 19.: *Quis est tam stultus, quamvis sit adolescens, cui sit exploratum, se ad vesperum esse victurum? Diluxisse* pro *illuxisse*, quod nusquam legi, male asserit Dorighellus. *Diluxisse*, praeter mss., legit, etiam Ioannes Sarisberiensis Policrat. II. 26. 15 *ac nitidum* Cun. San. *et nitidum*, etiam S. Hieronymus infra.

15 *curata cute*, ut apud Sidon. Apollin. IX. epist. 9.: *Epicurus cute distenta.* 16 *de grege parcum* coniicit Meibom. ad Laert. X. segm. 132., quem laudat Brucker. Hist. philos. per. 2. part. 1. lib. 1. cap. 2. sect. 1. §. 3.; oppido inscite, et insipienter, praeter mss. omnes, et editiones. *Porcum* etiam legebat S. Hieronym. contra Iovin. l. 2. c.

EPISTOLA V.

AD TORQVATVM.

Ad cenam frugalem invitat, et hilaritatem; ebrietatis commoda recensens.

Si potes Archiacis conviva recumbere lectis,
Nec modica cenare times olus omne patella;

12. op. t. 2. col. 342. edit. Veron.; et eo spectabat aeque c. 36. scribens: *Epicurum nostrum sudantem in hortulis suis, inter adolescentulos, et mulierculas alloquamur: favent tibi crassi, nitidi, dealbati . . . Quoscumque formosos, quoscumque calamistratos, quos crine composito, quos rubentibus buccis videro; de tuo armento sunt, immo inter tuos sues grunniunt.*

1 *Archiacis* V. A. B. C. E. G. I. M. O. Q. R. S. T. Vr. A. B. C. E. F. G. H. I. Vp. A. C. D. Ch. A. E. F. An. A. C. D. Ba. A., alii mss. apud Lamb. Pulm. Torr. Gesn. Val. Oberl., edit. Iuntae 1503. Venn. 1509. 1546. 1552. Aldi 1509. 1519. Britann. 1520. Basill. 1527. 1531. Frib. 1536. Dion. ab Harsio Lugd. 1538. Rob. Steph. Fabric.; defendunt Turneb. Advers. I. 18. Bentl., (licet non optimis omnibus argumentis, ut probat Franc. Oudinus in Miscell. observ. crit. nov. in ann. 1744. Amstel. t. 5. pag. 428. seqq.) Kusterus, qui Bentleinm exscripsit in programmate novae editionis Lexici Rob. Stephani, et in Hist. Acad. Inscript. Paris. tom. 3. p. 131. seqq. edit. in 4.; sequuntur anonymus Traiect. ad Rhen. 1713. Baxt. Cun. San. Gesn. Phil. Sandby, Val. Batt. Oberl. Combe, Wakef. Wetz. Zeun. Dorigh. Ita dedit, ac interpretatur Porphyrio; et ita legisse Acronem, arguitur ab ipsa eius expositione, *lecti humiles ab Archaico fabro, qui non magnae staturae dicitur esse;* ubi *Archia* legendum, ut cum Porphyrione concordet, qui ita exponit, ut in ms. Ch.: *Torquatum invitat ad convivium. Archias breves lectos fecit: inde Archiaci dicti; sicut a Boeto Boetios dicimus.* Parvi leti, ut modica cena; non *archaici*, antiqui; quod non

Supremo te Sole domi, Torquate, manebo.
Vina bibes, iterum Tauro diffusa palustres
Inter Minturnas, Sinuessanumque Petrinum:
Iamdudum splendet focus et tibi munda supellex.
Sin melius quid habes, arcesse; vel imperium fer.

bene defendunt Lamb. Cruq. Dac.; licet ita habeatur in V. D. K. P. An. A. B. D. Ba. B. Va. C. D., aliis mss. apud Lamb. Pulm. Cruq. Torr. Val. Oberl. Combe, edit. Princ. Med. 1476. 1477. Venn. 1478. 1479. 1481. 1483. 1486. 1490. 1492. 1495. Lips. 1499. Aldi 1501. Mur. Chab. D. Heins. Desprez, aliisque non paucis.

4 *diffusa.* Vid. IV. od. 5. 34. 5 *Minturnas inter* Cun., more suo. 5 * *Patrinum* Ba. B. Petrinum etiam memoratur a Cicerone VI. ad famil. 19. 6 *Iamdudum.* * Hic versus anteponitur sequenti in An. A.; et recte; ut patet vel ex ipso contextu, in quo ita post cenae modum, Horatius munditiem pollicetur. Quod non advertentes Interpretes, disputant, hinc Britannicus, Lambinus, Sanadonus, Dorighellus, Zeunius, contendentes, in versu sequenti sensum esse: Vel arcesse vinum, quod habes, melius meo, id est, iube tecum afferri ad me; vel patere tibi meum ministrari, id est, utere eo vino, quod tibi apponam. Illinc alii apud eumdem Lambinum, (quibus accedunt Dacer. Baxt. Batt., alii) locum explicant: Si quid aliud melius habes in cenam, quam quae ego habeo, voca me domum tuam; vel domi meae contentus esto iis, quae tibi apponentur. Hoc secundum revera sibi velle poetam, clarius patet ex generico *quid*, quod [signate ad unum, nempe ad vinum referri nequit, ut infra epist. 15. 44.; sed legendum esset *quod.* Nec video, quare de solo vino ipse concertaret, non etiam de aliarum rerum exiguitate. 7 *Si melius* V. A. B. E. G. I. K. O. P. R. T. Vr. A. D. F. I. Vp. A. C. Ch. E. F. Ba. B. An. B. C. D. Va. C., alii mss. apud Lamb. Pulm. Cruq. Talb. Combe, edit. Med. 1476. Venn. 1478. 1479. 1481. 1486. 1490. 1495. 1509. 1573. Iunta 1503. Bentl. Cun. San. Sandby. Sed, hisce non obstantibus, alia lectio aliorum mss., et editorum praeferenda est,

Mitte leves spes, et certamina divitiarum,
Et caussam Moschi. Cras, nato Caesare, festus
Dat veniam, somnumque dies: impune licebit
Aestivam sermone benigno tendere noctem.

ut magis Latina, *sin melius;* id est, *si vero, si non, si aliter;* quae fere semper occurrit apud Scriptores, ubi in prima sermonis parte *si* habetur; et in secunda est sensus oppositio; nempe in apodosi post aliam conditionem. Exempla abunde afferuntur in Lexicis. Confer supra epist. 1. ad v. 105. locum Caesaris. 7 *arcesse* V. C. E. K. M. N. O. Q. R. S. Vr. A. C. E. F. G. H. Vp. F. Ch. F. Va. C. An. B. Ba. B., omnes mss. Lamb. Pulm., alii apud Torr., edit. Venn. 1481. 1483. 1486. 1490. 1509. 1514. Flor. 1482. Lips. 1499., et praesertim post Lambinum omnes alii editores fere ad unum. *accerse* V. A. B. D. I. T. Vr. B. D. I. Vp. A. B. C. Ba. A. An. A. C., alii mss. apud Talb. edit. Princ. Med. 1476. Venn. 1478. 1479. 1509. 1546. 1552. 1573. Aldus 1501. 1509 1519. Iunta 1503. Basill. 1527. 1531. 1580. Frib. 1536. Dion. ab Harsio Lugd. 1538. Mur. Rob. Steph. Marcil. * *Arcesse* Ch. E. A veteribus Grammaticis ad recentissimos, a Lambino ad alios Horatii editores, et ad omnes Lexicographos, et criticos, praesertim Dausquium, et Cellarium in Orthographia, varie disputatur de huius verbi orthographia. Plures consentiunt in prima tantum retinenda; quod nos tute approbamus auctoritate Verrii Flacci, Grammatici ipsius Augusti Caesaris, nempe Horatio coaevi, in cuius Calendario, Praeneste reperto anno 1773, apud Fogginium p. 43. legimus: QVOD MATER MAGNA EX LIBRIS SIBVLLINIS ARCESSITA LOCVM MVTAVIT EX PHRYGIA ROMAM. 11 *extendere* Vr. G. An. C. a 2. m., edit. Princ. Med. 1476. Venn. 1478. 1479. 1483. 1486. 1490. 1492. 1495. 1509. Flor. 1482. Lips. 1499. Rob. Steph.: ex glossemate, adnotato in Ch. E.; non tamen sine exemplo; ut apud Plin. IX. epist. 36.: *Ita variis sermonibus vespera extenditur; et, quamquam longissimus, dies cito conditur.* Alia exempla adducuntur a Bentleio. * *ducere* Vp. C.

Quo mihi fortunae, si non conceditur uti?
Parcus ob heredis curam, nimiumque severus,
Adsidet insano: potare, et spargere flores
Incipiam; patiarque vel inconsultus haberi.
Quid non ebrietas designat? operta recludit;
Spes iubet esse ratas; ad proelia trudit inertem;

12 * *fortunae* Ch. F. a 1. m., nota ms. a manu antiqua in editione Principe Bibl. Vat. *Fortunae* plurali numero pro *divitiis*, ut passim apud Scriptores, et in Lexicis. Ovid. III. Amor. el. 7. 49. seq.: *Quo mihi fortunae tantum? Quo regna sine usu? Quid, nisi possedi, dives avarus, opes? Fortunai* mallet Theod. Marcil. ex veteri scriptura, pro *Fortunae*. *Fortuna est* V. I. Ba. B., alii mss. apud Cruq. Talb. Val., Aldus 1501. Britannicus 1520. *Quo fortuna mihi* ms. apud Oberl.; ut in varia lectione apud eumdem Ovidium II. 19. 7.: *Quid fortuna mihi*, pro *quo mihi fortunam? Fortunas* ex coniectura Mur. Lamb. H. Steph. Cruq. Dac. anonymus supra laudatus, Cun. San. Phil. Dorigh. Paulinus Neap. 1796. *Fortunam* V. T. a 1. m., alii mss. apud Lamb. Cruq. Val., sequitur Bentleius ex aliis mss., inde Sandby, Wakef. Wetzel, Zeunius. Fortunam autem, inquit Bentleius, singulari numero mallem, quia sequitur *uti*. Ita Livius XXXIII. 12.: *Quae utraque proclivia esse, si fortuna uti vellet.* Virg. IX. Æ. 240.: *Si fortuna permittitis uti;* et noster I. sat. 9. 45. Sed non vidit, ibi de Fortuna Dea, vel sorte agi propitia; non de divitiis. Et qui *fortunam*, [quod habet Bodon] et qui *fortunas* praeferunt, subintelligunt *optem:* sed quum, *quo mihi*, sit per enallagen personae, ut notant Baxt. et San., pro, *quo tibi*, eleganter, et indirecte; nimirum Torquato iam diviti, de divitiis certanti, non divitiarum desiderium; sed divitias ipsas obiicit poeta. *Fortuna* vulgatum, et frequentius occurrit etiam in mss. 14 *potare*, *spargere* Cun. ex ingenio. * *portare* Vr. D. An. A. a 1. m. 16 * *resignat* Ba. B. *dissignat* V. A. Vr. A. C. D. E. 17 *ad proelia* mss. omnes nostri, et alii apud Pulm. Talb. Val. Oberl. Combe, nota ms. a manu antiqua

Sollicitis animis onus eximit; addocet artes:
Fecundi calices quem non fecere disertum?
Contracta quem non in paupertate solutum?
Haec ego procurare et idoneus imperor, et non
Invitus: ne turpe toral, ne sordida mappa
Corruget nares: ne non et cantharus, et lanx
Ostendat tibi te; ne fidos inter amicos
Sit, qui dicta foras eliminet; ut coeat par,
Iungaturque pari. Butram tibi, Septiciumque;

in edit. Aldi 1519. Bibl. Barberinae, edit. Venn. 1479. 1481. 1490. 1495. 1509. Lips. 1499. Iunta 1503. Bad. Ascens. Bentl. Cun. San. Sandby, Dorigh. Al. [Bod.] *in proelia* 17 **ducit* Ch. E. 17 *inertem* V. B. C. a 1. m. D. Vr. A. B. a 1. m. C. E, G. H. Vp. F. Ba. A. a 1. m. An. A., alii mss. apud Pulm. Cruq. Talb. Gesn., dicta nota ms., revocavit in textum Talbot, inde Baxt. Bentl. Cun. San. Gesn. Phil. Sandby, Val. Oberl. Combe, Wakef. Wetzel, Zeun. Vera lectio, et sententiae Horatianae magis consentanea, ut notat ipse Talbot; quam vulgata illa *in proelia trudit inermem;* quum censendus sit poeta, id potius laudi tribuisse ebrietati, multa, ut sibi videtur, egregia designanti, quod *inerti* virtutem; quam quod *inermi* ad pugnam accedenti temeritatem iniecerit. *Inertia*, et *virtus*, seu *strenuitas*, opponuntur. Cic. I. de Lege agr. contra Rull. cap. 1.: *Iam vero hoc me inertiorem consulem iudicabo, quam illos fortissimos viros, qui apud maiores nostros fuerunt.* Tacit. I. Hist. 46.: *Iners pro strenuo in manipulum redibat.* Boeth. de Consol. IV. in fine: *Ite nunc fortes, ubi celsa magni Ducit exempli via: cur inertes Terga nudatis?* Vid. IV. od. 9. 29. seq. 18 *ac docet.* 22 *nec-nec.*

22 *toral.* Vid. II. sat. 3. 255. et sat. 4. 84., ubi Torrentius. *Toral* per apocopen a *torale*, ut notat Serv. ad Virg. I. Æ. 701., ubi hunc locum adducit. 23 *nec-non.* 24 * *Ostendant* V. G. 25 * *foris* Vr. A. I. 25 *eliminat* Vr. D. a 1. m. An. A. a 1. m. 26 *Butram* V. A. B. a 2. m. C. D. E. I. K. P. S. a 2. m. T. Vr. B. C. a 1. m. E. H.

Et, nisi cena prior, potiorque puella Sabinum
Detinet, adsumam: locus est et pluribus umbris:
Sed nimis arta premunt olidae convivia caprae.
Tu, quotus esse velis, rescribe; et, rebus omissis,
Atria servantem postico falle clientem.

EPISTOLA VI.

AD NVMICIVM.

Eum esse beatum docet, qui nihil optet, nihil metuat; ac in sola virtute felicitatem positam ostendit.

Nil admirari, prope res est una, Numici,
Solaque, quae possit facere et servare beatum.
Hunc solem, et stellas, et decedentia certis

Vp. C. D. Ch. F. An. B. C. D. Ba. A. Va. D., alii mss. apud Pulm. Torr. Bentl. Gesn. Val., Commentator Cruquianus, edit. Med. 1476. Venn. 1479. 1481.; reduxit in textum Bentl., inde anonymus Traiecti ad Rhen. 1713. Baxt. Cun. San. Val. Dorigh. Oberl. Combe, Wakef. Wetz. Zeun. Alius *Butra* ocurrit apud Grut. Inscript. p. 1071. 1. Al. in mss. et editis *Brutam*, *Bitram*, *Butrum*, *Brutram*; sed vulgatius *Brutum*. 26 *Septiciumque* V. B. a 1. m. C. D. I. S. Vr. B. C. D. E. F. H. Vp. A. C. D. F. Ch. E. F. An. A. B. D. Va. C. D. Ba. B., alii mss. apud Pulm. Cruq. Bentl., Commentator Cruquianus, edit. Princ. Aldus 1501. 1509. 1519. Basill. 1527. 1531. Frib. 1536. Dion. ab Harsio Lugd. 1538. Venn. 1546. 1573. Rob. Steph. Mur. Bentl. Baxt. Cun. San. Phil. Gesn. Val. Oberl. Combe, Wakef. Wetz. Zeun. Septicii passim occurrunt apud Scriptores, et in inscriptionibus. Al. *Septinium*, vulgatius *Septimium*. 27 * *At nisi* Vr. H. a 1. m. *Et*, *ni* Cun.

28 *ad summam*, *ad summum*. 29 * *Sed minus* Ba. B. Solita variatio. Vid. I. sat. 5. 6.

3 *Nunc solem* edit. Princ. 3 * *decidentia* Vr. D.

Tempora momentis, sunt, qui formidine nulla
Imbuti spectant. Quid censes munera terrae?
Quid maris extremos Arabas ditantis, et Indos?
Ludicra quid, plausus, et amici dona Quiritis?
Quo spectanda modo, quo sensu credis, et ore?
Qui timet his adversa, fere miratur eodem,
Quo cupiens, pacto: pavor est utrobique molestus:
Improvisa simul species exterret utrumque.
Gaudeat, an doleat; cupiat, metuatne; quid ad rem,

5 *spectant* V. B. P. Ba. A., ms. unus apud Pulm., edit. Venn. 1478. 1486., Cun. Sanad. Seneca Nat. quaest. in praef.: *Securus spectat occasus siderum, atque ortus, et tam diversas concordantium vias. Observat ubi quaeque stella primum terris lumen ostendat, ubi culmen eius summum, quâ cursus sit, quousque descendat. Curiosus spectator excutit singula, et quaerit.* 6 *Arabes* V. G. a 2. m. Q. S. T. Vr. C. a 2. m. D. G. Vp. A. C. Ba. A. An. A. a 2. m.

8 * *spectata* Vp. F. 9 *fere is miratur* mss. duo apud Val. 10 *utrobique* V. A. B. C. G. I. K. M. Q. S. Vr. A. B. E. G. Vp. A. C. D. F. Ch. E. F. An. A. C. D. Ba. B. Va. D., alii mss. apud Lamb. Pulm. Cruq. Torr. Talb. Val., Acron, Commentator Cruquianus, edit. Flor. 1482. Venn. 1483. 1490. 1492. Lips. 1499.; restituit Lamb., inde Cruq. Bond, Baxt. Bentl. Cun. San. Sandby, Gesn. Val. Oberl. Combe, Wak. Wetz. Zeun. *utrique* V. I., alii mss. apud Torr. Talb. Val., edit. Princ. Med. 1476. Venn. 1478. 1479. 1481. 1486. 1495. 1509. Aldus 1501. 1509. 1519. Iunta 1503. Basill. 1527. 1531. 1580. Frib. 1536. Dion. ab Harsio Lugd. 1538. Muret. Chab. Torr. D. Heins. Desprez, Talb. Dac. Phil. Batt. * *in utroque* V. D. Bene Commentator Cruquianus: *Vtrobique, et in timore amittendi, et in spe consequendi; ex quibus aut dolor, aut gaudium contingit.* 11 * *exercet utrumque* Ba. B., et ita ex coniectura Marklandus Epist. crit. p. 112, loca Scriptorum adducens, quae nihil ad rem. Species *improvisa* exterret, non exer-

Si, quidquid vidit melius, peiusque sua spe,
Defixis oculis, animoque, et corpore torpet?
Insani nomen sapiens ferat, aequus iniqui;
Ultra, quam satis est, virtutem si petat ipsam.
I nunc; argentum, et marmor vetus, aeraque, et artes
Suspice; cum gemmis Tyrios mirare colores:
Gaude, quod spectant oculi te mille loquentem:
Gnavus mane Forum, et vespertinus pete tectum;
Ne plus frumenti dotalibus emetat agris
Mutus; et, indignum, quod sit peioribus ortus,

cet; quod ipse non advertit: inde *pavor molestus* statim ac exterret. Virg. III. Æ. 306. seq.: *Ut me conspexit venientem, et Troia circum Arma amens vidit; magnis exterrita monstris Deriguit visu in medio.* Sen. Herc. fur. 795.: *Vocis horrendae fragor Per ora missus terna felices quoque Exterret umbras.* Val. Flacc. V. 330. *Forte Deûm variis exterrita monstris.* Statius Theb. II. 576.: *Quorum ut subitis exterrita fatis Agmina turbatam vidit laxare catervam.* Achill. III. 206.: *Obstupuit tantis regina exterrita monstris.* 12 *metuatve* Vp. A., ed. Princ. Med 1476. Venn. 1478. 1479. 1481. 1483. 1486. 1490. 1495. 1509. 1573. Iunta 1503. Aldus 1509. 1519. Basill. 1527. 1531. Dion. ab Harsio Lugd. 1538. Muret. D. Heins. Bond. *metuatque* V. Q., alii mss. apud Pulm. * *metuat cupiatne* V. T. 15* *Insani nomen sapiens* Vr. A. An. B. Al. [Bod] *Insani sapiens nomen.* 15 * *feret* Vr. B. G. a 2. m. Ch. E. Ba. A. a 2. m. Va. D. 17 * *argentum marmor* V. A. a 1. m. 17 *aeaque.* Statuas aereas, vel vasa aerea antiqui artificii. Vid. IV. od. 8. 2. I. sat. 4. 28., ubi ex ingenio *aera* mallet legere Burmann. ad Lucan. VIII. 16.

18 *Tyrios colores.* Vid. epist. 10. 27. 19 * *spectent* Ch. E. An. A. a 2. m. Va. B. 21 * *Nec plus* V. P. Ch. E.

22 *Mutus et* V. A. C. D. I. Q. S. T. Vr. A. B. C. D. E. F. G. H. I. Vp. C. F. Ch. A. F. An. A. D. Ba. B. Va.

Hic tibi sit potius, quam tu mirabilis illi.
Quidquid sub terra est, in apricum proferet aetas;
Defodiet, condetque nitentia. Quum bene notum
Porticus Agrippae, et via te conspexerit Appî;
Ire tamen restat, Numa quo devenit, et Ancus.
Si latus, aut renes morbo tentantur acuto,
Quaere fugam morbi. Vis recte vivere? Quis non?
Si virtus hoc una potest dare, fortis omissis
Hoc age deliciis. Virtutem verba putas, et

D., alii mss. apud Pulm. Talb. Bentl., omnes Cruq. et Torr., edit. Med. 1476. Venn. 1478. 1479. 1481. 1483. 1495. Flor. 1482. Aldus 1501.; revocavit in textum Bentl., inde anonymus Traiecti ad Rhen. 1713. Baxt. Cun. San. Gesn. Phil. Val. Dorigh. Oberl. Combe, Wakef. Wetzel, Zeun. Al. *Mutius indignum*, vel *Mutius et indignum.* 22 * *quid sit* V. T. 24 *proferat.* 26 *Agrippae, via.* 26 * *conspexerat* Vr. A. 28 * *latus et renes* V. A. Ba. A. B. Vid. II. sat. 3. 163. 30 *haec una.* 31 *putas, et* V. A. D. M. Vr. A. C. D. E. H. An. A. a 1. m., alii mss. apud Pulm. Laudat, ac praefert in nota Torrent., recepit Dorighellus. Hanc veram esse lectionem, patet evidenter ex contextu, et praecedenti thesi. *Si* nempe virtutem sequeris; omitte delicias. *Si vero* contemnis virtutem, et omnem religionem exuis; tunc delicias sectare, et omnes acquirendi modos exerce, praesertim negotiationes; et totus illis incumbe. *Si* est supplendum (ut in Carm. sec. 65. seq.) in oppositione, cum Commentatore Cruquiano, et Porphyrione, qui bene exponit: *Si ita contemnis virtutem, ut non summum bonum eam, sed verba existimes: si religione non moveris, ut lucos sacros ita, in hoc, putes stare, ut ligna hominibus praestent; linque haec et, quae miraris, sequere.* Notum, *lucos*, et *sacraria* coniungi. Propert. III. el. 11. 47.: *At nunc desertis cessant sacraria lucis.* Alii mss., et editores aliter legunt. Vulgatior lectio, praesertim in priscis editionibus, *putas ut;* quam male defendit Rappolt. c. 16. p. 592. seqq., et Wetzel. *pu-*

Lucum ligna? Cave, ne portus occupet alter;
Ne Cibyratica, ne Bithyna negotia perdas:
Mille talenta rotundentur, totidem altera, porro et
Tertia succedant, et quae pars quadrat acervum.
Scilicet uxorem cum dote, fidemque, et amicos,
Et genus, et formam, regina pecunia donat;
Ac bene nummatum decorat Suadela, Venusque.

tes ut Vp. C. Ba. A. a 1. m., Baxt. Cun. Gesn. Oberl. Combe, Wakef. Zeun. *pites et* V. B. Vr. B. Vp. F. Ch. A.; praetulit exiguis argumentis Bentl.; sequuntur anonymus Trai. ad Rhen. 1713. San. Phil. Sandby, Val. [Bod.]; ut poeta dubitative proponat; mollius, et verecundius. Quid hoc in oppositione? *Nempe in tractatu recti pravique versatur*, ut diceret Quinctil. I. O. XII. 2; ubi nullum medium: neque poeta amicum redarguit, sed generice vitiosum. 34 *porro et* V. C. D. G. Vr. B. C. D. G. H. Vp. A. C. D. F. Ch. A. F. An. A. B. Ba. B. Va. D., alii mss. apud Lamb. Pulm. Cruq.; restituit Lamb., inde Gryph. 1566. Cruq. Baxt. Bentl. anonymus Trai. ad Rhenum, Cun. San. Mervill. Gesn. Phil. Val. Dorigh. Oberl. Combe, Wakef. Wetz. Zeun. Al. sine *et*.

35 * *succedent* Vr. G. * *et pars quae* Ch. E. *quadrat* V. B. G. M. P. Vr. A. C. E. Vp. C. D. Ch. A. F. An. A. a 1. m. D. Ba. A. Va. D., alii mss. apud Val., notatum ex ms. in ora editionis Aldi 1519. in Bibl. Barberina; ita Commentator Cruquianus, qui exponit, *quadruplum facit acervum*. Sensus vero est: succedant totidem altera, nempe mille; quae quum quatuor millia efficiunt, quadrant acervum, seu summam lucrorum ex navigatione. Praesenti tempore; quod videtur elegantius, et verius ad rem. Al. [Bod.] *quadret*. 38 * *Nam bene* Vr. H. *At bene* Vp. D. *Et bene* V. O. Q. Turneb. Advers. VII. 18.

38 *Suadela, Venusque*. Bene Horreus Miscell. crit. lib. 1. c. 6. p. 103. notat, praeter ea, quae iam observaverat Torrentius, templa a Graecis aedificata coniunctim Veneri, et Suadelae; easque uti Deas nuptiis propitias

Mancipiis locuples, eget aeris Cappadocum rex:
Ne fueris hic tu. Chlamydes Lucullus, ut aiunt,
Si posset centum scaenae praebere rogatus;
Quî possum tot? ait: tamen et quaeram, et quot habebo,
Mittam: post paullo scribit, sibi millia quinque
Esse domi chlamydum; partem, vel tolleret omnes.
Exilis domus est, ubi non et multa supersunt,
Et dominum fallunt, et prosunt furibus. Ergo
Si res sola potest facere, et servare beatum;
Hoc primus repetas opus, hoc postremus omittas.
Si fortunatum species, et gratia praestat;
Mercemur servum, qui dictet nomina; laevum

habitas; quamobrem hìc ab Horatio addicuntur bene nummato, qui uxorem ducit: neque in versione sua Gallica supprimenda erant ab Sanadono earum nomina. 40 * *Nec fueris.* V. A. F. Vp. C. *Non fueris* Ch. E. 40 *Chlamydas* Cuning. Vid. epist. 17. 31.

41 * *centum posset* Vp. C. a 1. m. 42 *Quî possim* V. B. G. O. T. Vr. B. F. a 1. m. Vp. F., Cruquius, Cuning.

42 * *tot? Attamen* Ba. B. 42 *et quod.* 43 * *scripsit* V. G. Q. Vp. C. Ch. F. An. C. 45 * *supersint* Vr. I. 48 * *primum* V. C. D. I. Q. Vr. D. E. G. I. Ch. A. E. a 1. m. F. a 1. m. An. A. a 1. m. Va. D. Male. Sic Ovid. III. ex Ponto ep. 4. 61. seq.: *Nec minimum refert, intacta rosaria primus, An sera carpas pene relicta manu.*

49 * *praestant* Vp. C. An. C. *praestet* Ch. F., edit. Flor. 1482. Ven. 1483.

50 * *qui dictat* V. A. *qui dicet* Vr. B. 50-51 *laevum qui fodicet* Vr. C. a 2. m. H., alius ms. apud Pulm.; ita Cruq. Bentl. anonymus Trai. ad Rhen. 1713. Baxt. Cun. San. Mervill. Phil. Gesn. Batt. Oberl. Combe, Wakef. Wetz. Zeun. *saevum fodiat* alii mss. multi, et editiones, praesertim ex primis. * *saevum fodiet* Ba. B. *saevum fodicet* V. B. C. a 1. m. K. M. S. a 2. m. T. a 1. m. Vr. C.

Qui fodicet latus; et cogat trans pondera dextram
Porrigere. Hic multum in Fabia valet, ille Velina:

D. E. F. a 2. m. Vp. A. D. Ch. A. F. An A. a 1. m. Va. D., alii mss. apud Cruq. Torrent. Val. *Fodicet* etiam Nestor Dionysius in Lex., et Ugutio Pisanus, pariter in Lex. ms., secul. XIII., qui bene exponit, *leviter, parum, summatim fodere, leviter tangere:* ut et alius Scholiastes apud Torr., *fodicare est leviter, et superficie tenus fodere.* Non *saevum;* sed *laevum* legi debere, vix erit qui dubitet; et has voces passim confundi in mss. iam notarunt N. Heins. ad Sil. Ital. V. 660. Burm. ad Val. Flacc. I. 370. III. 391. Servus nomenclator ad laevam domini, illum vel manu, vel cubito sollicitabat, ut dextera prehenderet, salutaret amicos, vel fautores in via. Quod alio sensu dixit Apul. II. Met. p. 38. ed. Pric.: *Palmis infestis latera suffodere.* Alii *saevum* male interpretantur eo sensu, quo dixit Tibullus I. el. 5. 63. seq.: *Pauper in angusto fidus comes agmine turbae Subjicietque manus, efficietque viam.* Ovid. II. Art. amat. 210.: *Ipse face in turba, quâ venit illa, locum.* Lact. Firm. Div. Instit. VI. 1.: *Stipati familiarum gregibus, per dimotum populum semper incedant.* Confer II. sat. 5. 18. et 94. De candidatis graphice Claud. Mamert. Paneg. Iuliano Aug. c. 16.: *Quis ignorat, tum quoque, cum honores Populi Romani suffragiis mandabantur, multos fuisse candidatorum labores? Ediscenda omnium nomina tribuum; omnes, atque etiam singuli salutandi; prehensandae obviorum manus.* Auson. Paneg. Gratiano Aug. c. 5.: *Qui non prensaverim manus, nec consalutantium confusus occursu.* 51-52 *trans pondera dextram Porrigere.* Inter tot ineptias, quas ad hunc locum effutierunt Interpretes fere omnes, aliique critici viri, unus Octav. Ferrarius de Re vest. lib. 1. c. 8. verum Horatii sensum exposuit. Hic est, servum monendo, dominum cogere, toga brachium exerere, trans togam, brachio atque humero obductam, porrigere; quae quoniam brachium premeret, et oneraret; ideo poetice *pondera* appellat. Vestes *pondera*, sive *onera* dicuntur, ut Iuven. VI. 25.: *Onerosa pallia.* Claudian. II. in Eu-

Cui libet, is fasces dabit; eripietque curule,
Cui volet, importunus ebur: frater, pater, adde;
Ut cuique est aetas, ita quemque facetus adopta. 55

trop. 338.: *Onerique vel ipsa serica.* Petron. c. 32.: *Oneratas veste cervices.* Amm. Marcell. XVI. 6.: *Alii summum decus in carrucis solito altioribus, et ambitioso vestium cultu ponentes, sudant sub ponderibus lacernarum, quas collis insertas cingulis ipsis adnectunt; nimia subtemi-num tenuitate perflatiles.* S. Hieron. in Consol. ad Pam-mach. ep. 66. n. 13. op. t. 1. c. 401.: *Quibus serica vestis oneri erat, et solis calor incendium; nunc sordidatae, et lugubres, et sui comparatione forticulae, vel lucernas concinnant etc.* At proprius adhuc de toga id praedicari poterat, prout de-scribitur amplissima, et ad talos deducta. Quinctil. Inst. Orat. XI. 3.: *Ipsam togam rotundam esse, et apte caesam ve-lim. Aliter multis modis fiet enormis . . . Togam vete-res ad calceos usque demittebant, ut Graeci pallium . . . quum hoc amictus genus in statuis eorum quoque, qui post Ciceronem fuerunt, appareat.* Hinc apposite Ter-tullian. de Pall. cap. 5. de ea: *Ambitum vero eius, ex quo sinus nascitur, iam deficientibus tabulis, retrahat a scapulis; et exclusa dextera, in laevam adhuc conge-rat, cum alio pari tabulato in tergo devoluto;* (ita lego pro *devoto*) *atque ita hominem sarcina vestiat. Con-scientiam denique tuam perrogabo, quid te prius in toga sentias, indutum, anne onustum? habere vestem, an baiulare? Si negabis, domum consequar; videbo, quid statim a limine properes; nullius profecto alterius in-dumenti expositio, quam togae gratulatur.* Et quando-quidem Quinctilianus ad statuas veterum appellat, videas in duabus togatis Musei Pii-Clementini apud Visc. tom. II. tab. 45. 46., quomodo e toga ponderosa exeratur dextera.

53 *is fasces* V. B. a 1. m. C. T. a 2. m. Vr. B. E. a 1. m. Vp. C. F. Ch. A., Baxt. Bentl. San. Phil. Gesn. Dorigh. Combe, Wakef. Wetz. Zeun. Al. *hic fasces.*

55 * *facetus adapta* V. C. a 2. m. D. G. I. T. Vr. C. D. F. I. Vp. a 2. m. C. a 2. m. Ch. E. a 2. m. An. A.

Si, bene qui cenat, bene vivit; lucet, eamus,
Quo ducet gula: piscemur, venemur; ut olim
Gargilius, qui mane plagas, venabula, servos,
Differtum transire Forum, populumque iubebat;
Unus ut e multis, populo spectante, referret
Emptum mulus aprum. Crudi, tumidique lavemur,
Quid deceat, quid non, obliti: Caerite cera
Digni; remigium vitiosum Ithacensis Ulyssei,
Cui potior patria fuit interdicta voluptas.
Si, Mimnermus uti censet, sine amore, iocisque,
Nil est iucundum; vivas in amore, iocisque.
Vive, vale: si quid novisti rectius istis,

56 * *lucet?* Vr. I. 57 *Quo ducet* V. A. D. Vr. B. C. D. a 2. m. F. G. H. I. Vp. A. Ba. B., alii mss. apud Pulm. Val., notatum ex ms. in ora editionis Aldi 1519. in Bibl. Barb., edit. Princ. Aldus 1501. Rectius puto; quia incertus adhuc erat, quo iret. Confer epod. 16. 21. Al. [Bod.] *Quo ducit.* 58 *Gragilius* Vr. C. D. Ch. A. F. Ba. A., unus apud Oberl. 59 *transferre Forum* Cun.; oppido inscite, ac barbare. An Forum ipsum transportabat?

59 *Forum*, *Campumque* Bentl. San. argutiis. *Forum Pontemque* Tanaquillus Faber. *Forum, Populumque*, bene, pro *Forum differtum Populo*, ut notat Dacer., qui Bentleium refutat. Sed, quod ipse Dacerius, et Gesnerus notant contra eumdem Bentleium, Gargilium nempe iubere, servos suos cum apparatu venatorio transire mane plenum Forum, et populum adeo dividere, ac dimovere; ridiculo eventu, ut eodem populo spectante vesperi referret aprum unum, eumque non a se captum in praediis suis, sed emptum; id falsum est: nam mane referebat a venatione, seu fingebat referre; noctu enim venabantur apros. Vid. I. od. 1. 25. II. sat. 3. 234. 60 *ex multis* V. P. Vp. A.

64 *Cui patria potior* Cun. more suo.

Candidus imperti: si non, his utere mecum.

EPISTOLA VII.

AD CAIVM CILNIVM MAECENATEM.

Maecenatis in se beneficia commemorans, libertatem, et otium opibus praefert.

Quinque dies tibi pollicitus me rure futurum,
Sextilem totum mendax desideror. Atqui
Si me vivere vis, recteque videre valentem;
Quam mihi das aegro, dabis aegrotare timenti,
Maecenas, veniam: dum ficus prima, calorque
Designatorem decorat lictoribus atris;
Dum pueris omnis pater, et matercula pallet;
Officiosaque sedulitas, et opella forensis
Adducit febres, et testamenta resignat.

68 *imparti* V. I. Vp. A., edit. Princ. Med. 1476. Venn. 1478. 1479. 1481. 1486. 1490. Bad. Ascens. Cuning. 68 * *si nil* V. G. Vr. H. Vp. D. Ch. E.

2 * *Atquin* V. A. *Atque* mss. apud Torr. 3 *recteque videre valentem* V. A. C. I. Vr. B. C. F. Ch. A. An. A. Va. A. a 1. m., alii mss. apud Lamb. Torr. Oberl., notatum ex ms. in ora edit. Aldi 1501. in Bibl. Vat., edit. Medd. 1476 1477. 1502. Venn. 1478. 1479. 1483. 1486. 1490. 1495. 1514. 1546. Flor. 1482. Lips. 1499. Loch. H. Steph.; revocavit in textum Gesn., inde Oberl. Combe, Wakef. Wetz. Zeun. In *videre*, ut ait Gesnerus, est dulcedo quaedam, et ἦθος, quod intelligunt soli, qui amarunt. Al. [in his Bod.] *sanum, recteque valentem;* quod huc irrepsisse puto ex epist. 14. 21. Cuningamius, audacter more suo, legit: *Si me vis vivum, sanum, recteque valentem.* 5 *colorque* Cruquius ex mss., alius ms. apud Oberl.

Quod si bruma nives Albanis illinet agris;
Ad mare descendet vates tuus, et sibi parcet;
Contractusque leget: te, dulcis amice, reviset
Cum Zephyris, si concedes, et hirundine prima.
Non, quo more pyris vesci Calaber iubet hospes,
Tu me fecisti locupletem. Vescere, sodes.
Iam satis est. At tu, quantum vis, tolle. Benigne.
Non invisa feres pueris munuscula parvis.
Tam teneor dono, quam si dimittar onustus.
Ut libet: haec porcis hodie comedenda relinquis.
Prodigus, et stultus donat, quae spernit, et odit:
Haec seges ingratos tulit, et feret omnibus annis.
Vir bonus, et sapiens dignis ait esse paratus;

10 *Albanis illinet agris.* Illinet, asperget fere; quia in montibus Albanis nix alta rara. *Illita persuadet facies* ex mss. legas apud Tibull. I. el. 9. 69., ubi vulgo *Ista*, vel *Illa haec p. facies.* Ita *facies ipsa illita* apud Plin. XXIX. 3. *Fex toto illita vultu* Ovid. de Arte am. III. 211. *Frons, et tempora illinuntur* Scribon. 5 Vid. I. sat. 4. 36.

13 *concedas* V. A. E. Vr. A. a 1. m. F. Vp. A. D. Ba. A., alii mss. apud Pulm. Oberl., notatum ex ms. in ora edit. Aldi 1501. in Bibl. Vaticana, edit. Princ. Med. 1476. Venn. 1479. 1481. 1483. 1486. 1490. 1495. 1509. Flor. 1482. Lips. 1499. Iunta 1503. *concedis* Vr. H. Ch. E., alius ms. apud Pulm. 14 * *Calaber vesci* V. O. Vr. C. 14 *vesci iubet.* Legas ex mss. apud Varr. de Re rust. II. 2., *libenter vescuntur*, pro vulgato insulso, *iubentur*, *vescuntur.* Paullo ante quoque dixerat, *libentius enim ita pascuntur.* 19 *relinquis* Vr. I. Ch. F., mss. 5. apud Val.; ita Zar. Cun. San. Mervill. Gesn. Dorigh. Oberl. Combe, Wakef. Wetz. Zeun. Al. *relinques: relinquas* edit. Ven. 1492. Lips. 1499. Fit actio illa vividior, ut ait Gesn., si legamus *relinquis:* magis urget bonus Calaber hospitem suum. 20 *ac stultus* Cun. 22 *ac sapiens* idem.

22 *dignis agit* V. A. C. a 1. m. G. Vr. B. Vp. D. Ch.

Nec tamen ignorat, quid distent aera lupinis.
Dignum praestabo me etiam pro laude merentis.
Quod si me noles usquam discedere; reddes
Forte latus, nigros angusta fronte capillos;
Reddes dulce loqui; reddes ridere decorum, et
Inter vina fugam Cinarae moerere protervae.
Forte per angustam tenuis nitedula rimam
Repserat in cumeram frumenti; pastaque rursus

F. Va. A. C., alii mss. apud Pulm. 22 *paratus* V. M. Vr. C. Vp. F., alii mss. apud Cruq. Bersm., ita Charis. lib. 4. p. 239. Serv. ad Virg. II. Æ. 377.: probat Bentl., inde anonymus Trai. ad Rhen. 1713. Baxt. Cun. San. Mervill. Phil. Gesn. Sandby, Batt. Dorigh. Val. Oberl. Combe, Wakef. Wetz. Zeun. Al. *paratum.* 23 * *quid distant* Vp. [Bod.] C. *qui distent* Ba. B. 25 *nolles usquam, nolles unquam, noles núnquam., noles nusquam, nolis usquam.* 27 *Dulce loqui reddes* Cun. more suo. 29 *nitedula.* Est mus agrestis. Acute, et vere hanc vocem restituit Bentleius pro vulgata *vulpecula*, quam defendere contra eumdem Bentleium frustra conatur Dacerius. Mus, et mustela sive in mythologicis, sive in historia naturali coniunguntur; quia mustela, et in cavernis, et in petrarum fissuris habitans, mures venatur, et pascit; ut pluribus docet Conr. Gesner. Hist. anim. de quadrup. lib. 1. p. 830. seq. 854.: quin etiam apud S. Cyrillum Alexandr. contra Iulian. lib. 9.: *Mustela, et mus furum referunt timida et imbellia genera, atque ad omnem strepitum metuentia.* De mure in Æsopi fabula loquitur S. Hieronymus in epist. ad Salvinam de Virginitate servanda, quam adducit Bentleius; at fatendum est, eius aevo iam in codicibus Horatii insedisse *vulpecula;* nam praeter Porphyrionem, ita legebat S. Augustinus contra Mendac. ad Consent. n. 28.: *Apud Horatium mus loquitur muri, et mustela vulpeculae;* et ab eo fortasse S. Isid. Orig. I. 39. 30 * *cameram* V. D. a 1. m. Vr. E. a 2. m. An. C.; et ita ex coniectura Dacerius, ab omnibus reiectus merito. 30 *rur-*

Ire foras pleno tendebat corpore frustra.
Cui mustela procul, si vis, ait, effugere istinc,
Macra cavum repetes artum, quem macra subisti.
Hac ego si compellor imagine, cuncta resigno:
Nec somnum plebis laudo, satur altilium; nec
Otia divitiis Arabum liberrima muto.
Saepe verecundum laudasti; rexque, paterque
Audisti coram; nec verbo parcius absens:
Inspice, si possum donata reponere laetus.
Haud male Telemachus, proles patientis Ulyssei;
Non est aptus equis Ithace locus; ut neque planis
Porrectus spatiis, nec multae prodigus herbae:
Atride, magis apta tibi tua dona relinquam.
Parvum parva decent: mihi iam non regia Roma;
Sed vacuum Tibur placet, aut imbelle Tarentum.
Strenuus, et fortis, caussisque Philippus agendis
Clarus, ab officiis octavam circiter horam
Dum redit; atque Foro nimium distare Carinas
Iam grandis natu queritur; conspexit, ut aiunt,
Abrasum quemdam vacua tonsoris in umbra,

sum Cun. more suo. 33 *repetas* V. D. P. Q. Ch. E, alii mss. apud Val., edit. Venn. 1478. 1479. 1481. 1483. 1486. 1490. 1495. 1509. Flor. 1482. Lips. 1499. Iunta 1503. Britannicus 1520. 34 *compellar* V. C. G. P. Ch. E., Aldus 1501. 1509. 1519. Venn. 1509. 1552. Frib. 1536. Dion. ab Harsio Lugd. 1538. H. Steph. Mur. 36 * *mitto* V. A. a 1. m. 38 *neque verbo* Cun. 40 *sapientis* An. A. a 2. m.; atque ita Markland. Epist. crit. p. 133. ex coniectura, quia proprium alias sit Ulixis epitheton; quod falsum. 41 *Ithacae.* 42 *neque multae.* 43 *relinquo* Vp. A., et ex coniectura Cun.

44 * *Parva decent parvum* Vr. I. 46 *ac fortis* Cun. more suo. 50 *Abrasum* V. D. a 2 m. I. P. Vr. A. a 1. m. F. a 2. m. Vp. A D. Ch. E. F. Ba. B. An. B. C. D.,

Cultello proprios purgantem leniter ungues.
Demetri, (puer hic non laeve iussa Philippi
Accipiebat) abi, quaere, et refer: unde domo, quis'
Cuius fortunae, quo sit patre, quove patrono.
It, redit, et narrat; Vulteium nomine Menam,
Praeconem, tenui censu, sine crimine notum;

alii mss. apud Lamb. Combe, edit. Med. 1476. Venn. 1478. 1479. 1481. 1486. 1490. 1492. 1495. 1509. 1514. Flor. 1482. Lips. 1499. Iunta 1503. Brit. 1520. *Arrasum* V. A. B. G. Q. Vr. G. Vp. C. F. Ch. A. An. A. Va. C. Ba. A. a 1. m., alii mss. apud Pulm. Cruq. Al. [Bod.] *Adrasum;* et ita vulgo legitur etiam apud Petron. c. 32.: *Pallio coccineo* (Trimalchio) *adrasum excluserat caput.* Sed ibi aeque *abrasum* lego. *Abrado* enim proprium est hac in re; ut *abradere barbam* apud Plin. Hist. nat. VI. 20. Colum. de Arb. 10. 3.: *Arida, et vetera, quae falce amputari non possunt, acuta dolabra abradito. Abrasi* dicebantur liberti, quibus caput abradebatur, quum manumittebantur; ut hìc notat Dacerius, et Critici ad dictum Petronii locum aliique. *Adradere*, est prope radere. Vid. Plin. H. N. XVII. 19. 7. Colum. de Re rust. V. 11. 15. de Arb. 8. 1.

51 *proprio.* 51 *resecantem leniter* Vr. H. Ba. A. Va. A. a 1. m., alius ms. apud Pulmann.

52 *laevus* Cun. 53 * *referes* V. D. *quaere refer* Cun. ex ingenio. 55 *enarrat* Cun. ineleganter. 55 *Menam.* Orthographiam nominis vide ad epod. 4. princ. [Bod. *Maenam.*] 56 *sine crimine natum* ms. apud Georg. Fabric., alius apud H. Steph., alius apud Val., edit. Princ.; tenet argutiis Bentleius, inde anonymus Trai. ad Rhen. 1713. Cun. Wakef. His verbis responderi putant H. Steph., et Bentl, ad quaestionem Philippi, *quo sit patre?* cui alias nihil responsi dabitur. Philippus, qui viderat *abrasum;* statim cogitavit de liberto: hinc quaerebat de eius patre naturali, quis, et an viveret; et quis eius patronus: non, an ipse esset ignota matre inhonestus; ut I. sat. 6. 21. et 35. seqq. Audit praeconem, ut Horatii pater, et ipse liber-

Et properare loco, et cessare, et quaerere, et uti;
Gaudentem parvisque sodalibus, et lare certo,
Et ludis; et, post decisa negotia, Campo.
Scitari libet ex ipso quodcumque refers: dic
Ad cenam veniat. Non sane credere Mena:
Mirari secum tacitus. Quid multa? Benigne,
Respondet. Negat ille mihi? Negat improbus; et te
Negligit, aut horret. Vulteium mane Philippus
Vilia vendentem tunicato scruta popello
Occupat; et salvere iubet prior. Ille Philippo
Excusare laborem, et mercenaria vincla;
Quod non mane domum venisset: denique, quod non
Providisset eum. Sic ignovisse putato

tus, l. c., tenui censu; sed honestum, sine crimine: quod in contextu orationis recte procedit; non vero illud de legitimitate natalium: quod immo inhonestum, et inurbanum fuisset *scitari ex ipso*. 57 * *locum* V. D. a 2. m. Vp. C. F. Ch. A. a 1. m. 58 *lare curto* N. Heins. ad Ovid. II. Fast. 645., et Bentl. ex duobus mss. Cruquii, adiectis argutiis. Intererat quoque scire, an Mena domum certam haberet; an vagus esset. Confer epist. 15. 28. *Lare curto*, eo sensu, idem erat, ac *tenui censu*. 60 *licet ex ipso* Vr. I., edit. Zar. 1470. 60 *quaecumque* Vp. C., alii mss. apud Lamb.; et ita Baxt. Gesn. Phil. Oberl. Combe, Wakef. Wetz. Zeun. [Bod.] 63 *Respondit* V. D. a 2. m. I. Vp. C. F. Ch. A. 63 *aut te* Vr. G., alius ms. apud Oberl.

65 * *tunicatum* Ba. B. 65 *neget ille?* V. P. Vr. E. Ch. A. a 1. m., alii mss. apud Bentl., qui praefert; Aldus 1501. anonymus Trai. ad Rhen. Baxt. Cun. San. Mervill. Gesn. Oberl. Combe, Wakef. Wetz. Zeun. *Negat* repetitum vim auget dialogo; ut apud Plaut. in Most. III. 1. 27.: Tr. *Negat?* Th. *Negat inquam.* Terent. in Phorm. II. 3. 6.: Ph. *Hanc Demipho negat esse cognatam?* G. *Negat*. 69 *Praevidisset* Vr. A., et ita Glar. Frib. 1536., et Gryphii editio. *Provisisset* Lambinus ex coniectura,

Me tibi, si cenas hodie mecum. Ut libet. Ergo
Post nonam venies: nunc i, rem strenuus auge.
Ut ventum ad cenam est; dicenda, tacenda loquutus,
Tandem dormitum dimittitur. Hic, ubi saepe
Occultum visus decurrere piscis ad hamum;
Mane cliens, et iam certus conviva, iubetur
Rura suburbana indictis comes ire Latinis.
Impositus mannis, arvum, Caelumque Sabinum
Non cessat laudare. Videt, ridetque Philippus:
Et, sibi dum requiem, dum risus undique quaerit;
Dum septem donat sestertia, mutua septem
Promittit; persuadet, uti mercetur agellum.
Mercatur. Ne te longis ambagibus ultra,
Quam satis est, morer; ex nitido fit rusticus; atque
Sulcos, et vineta crepat mera; praeparat ulmos;
Immoritur studiis, et amore senescit habendi.
Verum, ubi oves furto, morbo periere capellae,
Spem mentita seges, bos est enectus arando;
Offensus damnis, media de nocte caballum
Arripit; iratusque Philippi tendit ad aedes.
Quem simul adspexit scabrum, intonsumque Philippus;
Durus, ait, Vultei, nimis, attentusque videris
Esse mihi. Pol! me miserum, patrone, vocares;
Si velles, inquit, verum mihi ponere nomen.

et Gryphius Lugd. 1566. 72 * *Ut ventum est ad cenam* V. G. *Ut cenam adventum est* Vp. C.

73 *Hinc ubi* edit. Venn. 1486. 1490. 1495. Frib. 1536. *Ergo ubi* Cun ex ingenio. [et Bod.]

87 * *Spes* Ba. B. 94 *ponere nomen* V. B. D. E. G. M. O. Q. Vr. A. a 1. m. F. An. C. Ba. B. Va. A., alii mss. apud Lamb. Pulm. Cruq. Talb. Val., notatum in ora editionis Aldi 1501. in Bibl. Vat., revocavit in textum Lam-

Quod te, per Genium, dextramque, Deosque Penates,
Obsecro, et obtestor; vitae me redde priori.
Qui semel adspexit, quantum dimissa petitis
Praestent; mature redeat, repetatque relicta.
Metiri se quemque suo modulo, ac pede, verum est.

EPISTOLA VIII.

AD CELSVM ALBINOVANVM.

Queritur, se melancholia laborare; et nonnulla amici vitia oblique vellicat.

Celso gaudere, et bene rem gerere, Albinovano,
Musa rogata, refer, comiti, scribaeque Neronis.
Si quaeret, quid agam; dic, multa et pulchra minantem
Vivere nec recte, nec suaviter: haud, quia grando
Contuderit vites, oleamve momorderit aestus;
Nec, quia longinquis armentum aegrotet in agris:
Sed, quia mente minus validus, quam corpore toto,
Nil audire velim, nil discere, quod levet aegrum;

binus, inde Cruq. Torr. Talb. Bentl. Baxt. anonymus1713. Cun. San. Mervill. Sandby, Gesn. Val. Dorigh. Oberl. Combe, Wakef. Wetz. Zeun. Vid. I. sat. 3. 42. Al. *dicere nomen* in aliis mss. et priscis editionibus, [et Bod.] ex glossemate videtur. * *rectum mihi ponere* Vr. G. 96 *Qui simul.* Vid. II. sat. 8. 24. 97 * *Praestant* Vr. A.

3 *Si quaerit* V. C. a 2. m. O. Vr. E. An. A. a 2. m. D., alii mss. apud Cruq., edit. Princ. 3 *multa ac pulchra* Cun. suaviter ex gutture et aure sua, de more. 4 * *non recte* Vp. F.

5 *oleamque.* 6 *in agris* V. A. B. E. G. I. a 1. m. K. S. Vr. D. F. H. I. Ch. A. E. F. Va. A. C. An. B. Ba. B.,

Fidis offendar medicis, irascar amicis;
Cur me funesto properent arcere veterno:
Quae nocuere, sequar; fugiam, quae profore credam:
Romae Tibur amem, ventosus Tibure Romam.
Post haec, ut valeat; quo pacto rem gerat, et se:
Ut placeat iuveni, percontare, utque cohorti.
Si dicet, recte; primum gaudere; subinde
Praeceptum auriculis hoc instillare memento:
Ut tu fortunam; sic nos te, Celse, feremus.

EPISTOLA IX.

AD CLAVDIVM NERONEM.

Septimium illi commendat, rigidumque principem demulcet.

Septimius, Claudi, nimirum intelligit unus,
Quanti me facias: nam me rogat, et prece cogit:

alii mss. apud Lamb. Pulm. Cruq. Torr. Talb. Val.; notatum ex ms. in ora editionis Aldi 1501. in Bibl. Vat., et editionis 1519. in Bibl. Angel.; Nestor Dionysius in Lex.; atque ita restituit Lamb. Cruq. Torr. Talb. Bentl. Baxt. Sandby, Gesn. Dorigh. Oberl. Combe, Wakef. Wetz. Zeun. Vid. epod. 1. 25. seqq. 2. 18. Al. *in arvis*.

10 * *properant* V. R. T. a 2. m. Vr. C. E. a 1. m. *urgere* V. T. Vr. C. E. a 1. m., alii mss. apud Combe.

12 * *amo* V. G. * *ventosum* V. T. a 1. m. An. B. D. *venturus* Vr. D. Vp. F., alii mss. apud Cruq. Bentl.

14 *utque* Vr. D. I. Ch. A. E. F., alii mss. apud Pulm. Val., Porph., edit. Venn. 1481. 1486. 1490. Iunta 1503. Canter. lib. 5. c. 20. Lamb. Cruq. Chab. Desprez, D. Heins. Talb. Dac. Baxt. Bentl. Cun. San. Phil. Gesn. Sandby, Val. Oberl. Combe, Wakef. Wetz. Zeun. Al. *atque*.

Scilicet, ut tibi se laudare, et tradere coner,
Dignum mente, domuque legentis honesta Neronis.
Munere quum fungi propioris censet amici;
Quid possim videt, ac novit me valdius ipso.
Multa quidem dixi, cur excusatus abirem:
Sed timui, mea ne finxisse minora putarer,
Dissimulator opis propriae, mihi commodus uni.
Sic ego, maioris fugiens opprobria culpae,
Frontis ad urbanae descendi praemia. Quod si
Depositum laudas ob amici iussa pudorem;
Scribe tui gregis hunc; et fortem crede, bonumque.

EPISTOLA X.

AD FVSCVM ARISTIVM.

Vitam rusticam prae urbana laudibus effert.

Urbis amatorem Fuscum salvere iubemus
Ruris amatores; hac in re scilicet una
Multum dissimiles; ad cetera pene gemelli:

2 *me rogat* V. K. a 2. m. T. a 2. m., edit. Princ. Mediol. 1476. Venn. 1478. 1479. 1481. 1483. 1486. 1490. 1495. 1514. Flor. 1482. Lips. 1499. Aldus 1501. Iunta 1503. Basill. 1527. 1531. 1580. Frib. 1536. Dion. ab Harsio Lugd. 1538. Bad. Ascens. Rob. Steph. 1544. Gryph. 1552. 1566. Al. [Bod.] *nam cum* in aliis mss. et editis; praesertim post Petr. Victor. Var. lect. lib. 20. c. 9., etsi lectionem male defendat. Quam sit planior sensus alius, quisque per se videt. (6)* *et novit* V. I.

3 *At cetera* Vp. C. a 1. m. Ch. A. An. A. a 1. m., alii mss. apud Cruq. Torr. Bentl. Oberl. Primus adoptavit hanc lectionem Cruquius; iterum defendit N. Heins. ad Ovid. IX. Met. 99. Bentl., inde anonymus Trai. ad Rhen. 1713. Cun. San. Mervill. Phil. Sandby, Dorigh. Wakef.

Fraternis animis, quidquid negat alter, et alter;
Annuimus pariter vetuli, notique columbi.
Tu nidum servas; ego laudo ruris amoeni
Rivos, et musco circumlita saxa, nemusque.
Quid quaeris? vivo, et regno, simul ista reliqui,
Quae vos ad Caelum fertis rumore secundo:
Utque sacerdotis fugitivus, liba recuso;
Pane egeo, iam mellitis potiore placentis.
Vivere naturae si convenienter oportet,
Ponendaeque domo quaerenda est area primum;
Novistine locum potiorem rure beato?
Est, ubi plus tepeant hiemes? ubi gratior aura
Leniat et rabiem Canis, et momenta Leonis,
Quum semel accepit Solem furibundus acutum?
Est, ubi depellat somnos minus invida cura?

Wetz. Zeun.; hac unica ratione ducti, quod etiam absolute *cetera* dicatur; et ita apud nostrum infra v. ult. et IV. od. 2. v. ult. Recte quidem eo sensu; sed hìc dura est, et non necessaria adversativa *at*; et qui Latine sciunt, amabunt *ad cetera* cum aliis omnibus mss. nostris, et aliorum optimae notae, et cum editionibus innumeris, ut blandius; et quod passim occurrens apud Scriptores, exponitur, *quoad, quod attinet ad cetera.* Notum vel ex Tursellino, Carolo a S. Antonio Patavino, et ex Lexicis. 4 * *Fraternisque* Ba. B. 5 * *noti vetulique* V. T. *vetulis, notisque* ex coniectura in nota Lamb., et ex 2. mss. Cruquius, quos omnes merito reiiciunt. 9 * *in caelum* V. A.

9 *fertis* V. I. O. P. R. Vr. D. E. H. I. Ch. A. F. Va. A., alii mss. apud Lamb. Pulm. Combe, edit. Zar. 1470. Venn. 1481. 1483. 1486. 1490. Flor. 1482. Lips. 1499., revocavit Bentl., inde anonymus Trai. ad Rhen. 1713. Simplicius alia lectione [etiam Bod. editionis] *effertis*, quam ortam puto ex glossemate. 13 *Ponendaque domo. Ponendaeque domus* notatum e ms. in ora editionis Aldi 1519. in Bibl. Angel. 18 *depellat* V. A. E. G. K. M. O. a 2.

Deterius Libycis olet, aut nitet herba lapillis?
Purior in vicis aqua tendit rumpere plumbum,
Quam quae per pronum trepidat cum murmure rivum?
Nempe inter varias nutritur silva columnas;
Laudaturque domus, longos quae prospicit agros:
Naturam expellas furca; tamen usque recurret;

m. P. Q. R. S. T. a 2. m. Vr. H. I. Vp. A. D. Ch. A. a 2. m. E. An. A. a 2. m. C. Va. A. C., alii mss. apud Pulm. Cruq. Torr. Talb. Val., notatum ex ms. in ora edit. Aldi 1519. in Bibl. Angel., item in alia 1509. Bibl. Barb., Comm. Cruquianus, edit. Princ. Med. 1470. 1477. Cruq. Talb. Al. [Bod.] *divellat*, quam defendit Torr., quia hìc non tam de insomnia agatur, quam de interrupto saepius, ac divexato quodammodo somno. Sed alia praeferenda lectio, propter vim verbi, et invidiam curae. Claudian. in Rufin. I. 210. seqq.: *Fulgentibus illic Surgunt strata toris, hìc mollis panditur herba, Sollicitum curis non abruptura soporem.* Sen. in Troade 499. seq.: *Tum quassans caput, depelle somnos, inquit.* Sic apud Tibull. I. el. 5. 37.: *Saepe ego tentavi curas depellere vino.* Tertull. de Anima, c. 1.: *Nec nova inferens Daemonia; sed vetera depellens.* Confer. I. od. 7. 31. II. 11. 7. seq. I. sat. 5. 15.

19 *Libycis lapillis.* Non intellecto poetae sensu, Bentleius solitis argutiis amaret legere *tapetis*, pro *lapillis*. Male etiam addit, ab aliis Interpretibus *Libycos lapillos* recte accipi de tessellatis, et sectilibus pavimentis, lithostrotis, (It. *musaici*) ex variis Libyci marmoris frustis elaboratis, de quibus etiam loquitur Torrentius. At ex marmore Libyco, seu Numidico, de quo diximus ad II. od. 18. 5., non fiebant lithostrota; sed ipsa pavimenta illius marmoris crustis sternebantur satis amplis. 24 *expellas* V. A. E. O. a 2. m. T. a 2. m. Vr. G., alii mss. apud Combe, notatum ex ms. in editione Aldi 1501. in Bibl. Vat., ita Aldus 1509. 1519. Glar. Frib. 1536. Dion. ab Harsio Lugd. 1538. R. Steph. 1544. Venn. 1545. 1552. 1573. Mur. Cruq. Basil. 1580. Chab. D. Heins. Torr. Bond, Desprez, Dac. Baxt. Wetz. Ut *merses* IV. od. 4. 65. Al. *ex pelles*. Vulpius ad Tibull. IV. 2. 8. totum versum,

Et mala perrumpet furtim fastidia victrix.
Non, qui Sidonio contendere callidus ostro
Nescit Aquinatem potantia vellera fucum,
Certius accipiet damnum, propiusve medullis;
Quam qui non poterit vero distinguere falsum.
Quem res plus nimio delectavere secundae;
Mutatae quatient. Si quid mirabere; pones
Invitus: fuge magna: licet sub paupere tecto
Reges, et regum vita praecurrere amicos.
Cervus equum pugna melior communibus herbis
Pellebat; donec, minor in certamine longo,

nulla data ratione, legit: *Naturam. expellas furca licet; usque recurret.* Ad sententiam facit Sen. epist. 119.: *Natura contumax est: non potest vinci; suum poscit.* 25 *fastigia; vestigia.* * *Prorumpet fastigia* V. A. C. a 2. m. G. Vr. I. Ch. F. Bene *fastidia.* Hoc est, ut notat Gesnerus, divitum deliciae repugnant simplicitati naturae, quam fastidium; sed paullatim tamen vincit natura, ut cupide ad contemptam illam simplicitatem redeant. Seneca epist. 119. in fine: *Inter reliqua hoc nobis natura praestitit praecipuum, quod necessitati fastidium excussit.* Vid. I. sat. 2. 115., quem locum adduxit Seneca.

27 *fucum, succum, sucum.* Eadem varietas in mss., quae I. sat. 4. 100. Confer. II. od. 16. 35. epod. 12. 21. I. epist. 6. 18. II. epist. 2. 181. 28 * *propriusve medullis* Vp. A. An. D. Al. *propiusque.* 29 * *potuit* Ch. F. 29 * *verum falso* Vp. C. 31 *quatient.* Hic obiter ex ms. emendo locum Propertii IV. el. 4. 9. 10., adhuc depravatum post editionem Burmanni, et Santenii: *Quid tum Roma fuit, tuba quum vicina Curetis Concuteret lento murmure saxa Iovis?* pro *tubicen vicina Curetis Quum quateret.* 32 *fuge magna.* Ita Ovid. III. Trist. 4. 31. In marmore apud Gud. p. 291. et Bonad. Carm. ex ant. lap. II. p. 113.: MAIORA. FVGE. ET. NIMIS. ALTA. CAVETO. 33 *praecedere; praecellere.*

Imploravit opes hominis; frenumque recepit:
Sed, postquam victor violens discessit ab hoste;
Non equitem dorso, non frenum depulit ore.
Sic, qui pauperiem veritus, potiore metallis
Libertate caret; dominum vehet improbus; atque
Serviet aeternum; quia parvo nesciet uti.

37 *violens victor* Vr. H. Ch. E. Va. A., alii mss. apud Pulm. Bentl.; atque ita anonymus Trai. ad Rhen. 1713. *violens victo* Coll. Sax., Bentl. ex ingenio *victor victo* Cun. San. Mervill. [Bod.] Quis crederet, Bentleium adeo in elegantiis linguae Latinae hospitem, ut tot ineptiis hunc locum sollicitaret, *victor violens discessit;* quo nihil excogitari potest et elegantius, et significantius; ut poeta primum equi impetum exprimeret, exsultantis, et se e certamine raptim, ac *violenter*, ut exponit Acron, eripientis? Quid opus erat *victo*, quum iam dixisset *victor*? 38 * *pellit ab ore* Ba. B. 39 * *metallo* Va. A.

40 *vehit* Ch. F. Va. A., Porph. in editione Basil. 1580.; sed in ms. Ch. *vehet*: Bentleius adoptavit [*vehit*] ex suis mss., et quia qui *caret*, *vehit:* alias dicendum erat *carebit*: ita sex editiones apud Cun., qui etiam recepit in textum; inde San. Mervill. Phil. Sandby. Merito reiecit Dac. Baxt., atque alii. *Vehet*, ac *serviet* coniungenda. Vid. epist. 16. 66. 41 *aeternum. Aeterno* etiam dicebatur, ut apud Plin. H. N. II. 107., et in marmore Tibure reperto, inter Anecd. litt. ex mss. Codd. eruta, vol. 4. p. 520. Romae 1783.: TVTA (*busta*). AETERNO. MANEANT. SI. DICERE FAS. EST. Sed *aeternum* legas pro *aeternus*, uti *obliquum* pro *obliquo*, ex mss., apud Propert. IV. 3. 22. 23.: *Dignior, obliquum funem qui torqueat Ocno; Aeternumque tuam pascat, aselle, famem.* 41 *quia parvo* V. C. I. O. a 2. m. P. S. Vr. B. C. E. F. Vp. C. D. Ch. A. E. F. An. A. B. Ba. A. Va. C., alii mss. apud Lamb. Torr., omnes Cruq.; ita notatum ex ms. in ora editionis Aldi 1509. in Bibl. Barb., edit. Lips. 1499. Aldi 1501. Dion. ab Harsio Lugd. 1538. Muret. D. Heins. Despr. Bond, Talb. Bentl. anonymus Trai. ad Rhen. 1713.

Cui non conveniet sua res; ut calceus olim,
Si pede maior erit, subvertet; si minor, uret.
Laetus sorte tua vives sapienter, Aristi;
Nec me dimittes incastigatum, ubi plura
Cogere, quam satis est, ac non cessare videbor.
Imperat, aut servit collecta pecunia cuique;
Tortum digna sequi potius, quam ducere funem.
Haec tibi dictabam post fanum putre Vacunae;
Excepto, quod non simul esses, cetera laetus.

Baxt. Cun. San. Sandby, Wakef. Wetz. Zeun. Al. *qui parvo*. *Qui*, et *quia* facile, et passim permutantur in mss.

41 *nesciet* V. C. I. O. P. S. Vr. B. C. E. F. Vp. D. Ch. A. E. F. An. A. B. Ba. A. Va. C., alii mss. apud Pulm., edit. Venn. 1481. 1486. Britann. 1520. Chab., aliique suprascripti. Al. *nesciat; nescit*. 43 *minor*, *urget*. 44 * *vivas* Ch. A. a 2. m. An. A. a 2. m. 45 * *dimittas* Ch. F.

49 * *templum putre* V. G. Ba. B. *fanum post putre* Cun. ex aure sua. 49 *Vacunae*. *Vacuna*, Dea Sabinorum, Romanis *Victoria*, iuxta Varronem apud Acron. Hoc ipsum templum, sub Romano *Victoriae* nomine restitutum fuisse, utpote iam putre aevo Horatii, ab Imperat. Vespasiano, constat ex inscriptione prope vicum, nunc *Rocca giovine*, reperta, et in hoc hodiedum asservata, et ab de Sanctis Villa d'Orazio, p. 36. edit. sec., Chaupuis Mais. d'Hor. tom. III. p. 170., aliisque relata; sed hoc mense Iunio a Laurentio Re, P. Archaeologiae Pr. in Archigymnasio Romano, ad archetypum, me rogante, exacta:

IMP. CAESAR VESPASIANVS
AVG. PONTIFEX MAXIMVS. TRIB
POTESTATIS CAENSORAEDEMVIC TORIAE
*vetus*TATE DILAPSAMSVAIMPENSA
RESTITVIT

Deae Vacunae nomen apud Romanos, per iocum verbi, ad aliam significationem traductum fuisse, ut Deae propi-

EPISTOLA XI.

AD BVLLATIVM.

Ad vitam beatam parum, aut nihil referre, quo quisque loco habitet.

Quid tibi visa Chios, Bullati, notaque Lesbos?
Quid concinna Samos? quid Croesi regia Sardis?
Smyrna quid, et Colophon? maiora, minorane fama?
Cunctane prae Campo, et Tiberino flumine sordent?
An venit in votum Attalicis ex urbibus una? 5
An Lebedum laudas, odio maris, atque viarum?
Scis, Lebedus quid sit; Gabiis desertior, atque
Fidenis vicus: tamen illic vivere vellem;

tiae vacationibus, praeter Ausonium epist. IV. 99., patet ex alio marmore apud Bonad. Carm. ex ant. lap. II. p. 536.:

VIXI. EDI. ATQVE. BIBI. LVRCO. MERVS. ATQVE. POPINO
HAEC. MIHI. QVOT. CVRIS. VITA. PERACTA. FVIT
QVI. LEGIS. HAEC. DIVAE. BONA. VERBA. PRECARE. VACVNAE
NVNC. SALTEM. VACVO. DONET. VT. ESSE. MIHI

3 *minorave; minoraque.* 4 * *prae caupo* V. D. a 1. m.: error manifestus, ut I. sat. 1. 29. 7 *quam sit* Aldus 1501. 1509. 1519. Iunta 1503. edit. Ven. 1509. Basill. 1527. 1531. 1580. Frib. 1536. Dion. ab Harsio Lugd. 1538. Mur. Lamb. Chab. D. Heins. Bond, Despr. 7 *Gabiis.* Gabiorum ruinae indubie tandem detectae sunt anno 1792. et seq. ad lacum Gabinum, nunc *di Castiglione*, ubi statuae et inscriptiones multae repertae. Earum notitiam dedimus primi in Anthol. Rom. anni 1792. mense Aprili; deinde illustravit opere peculiari omnia Enn. Visconti. Vid. epist. 15. 9. Gabii et Fidenae eodem hoc sensu Horatii coniunguntur ab Iuvenali VI. 56. seq. 8 *vicis* V. T. Vr. F., edit. Princ. Venn. 1478. 1483. 1486. 1490. 1495. 1552. Flor. 1482.

Oblitusque meorum, obliviscendus et illis,
Neptunum procul e terra spectare furentem.
Sed neque, qui Capua Romam petit, imbre, lutoque
Adspersus, volet in caupona vivere: nec, qui
Frigus collegit, furnos, et balnea laudat,
Ut fortunatam plene praestantia vitam.
Nec, si te validus iactaverit Auster in alto;
Idcirco navem trans Aegaeum mare vendas.
Incolumi Rhodos, et Mitylene pulchra facit, quod
Paenula solstitio, campestre nivalibus auris;
Per brumam Tiberis, Sextili mense caminus.
Dum licet, ac vultum servat Fortuna benignum;
Romae laudetur Samos, et Chios, et Rhodos absens.
Tu, quamcumque Deus tibi fortunaverit horam,
Grata sume manu: neu dulcia differ in annum;

8 * *mallem* V. A. a 2. m. 10 *ex terra* V. A. D. M. T. Vr. E. F. Vp. C. An. B. Ba. A. B. Va. C., unus apud Pulm. * *a terra* An. A. C. 11 *lutoque* Vid. I. sat. 5. 6.

15 *Nec te si* V. A. T., Cuning. 16 * *trans Aegaeum navem* Ba. B. 16 * *vendes* V. A. a 1. m. 18 * *immanibus auris* Vr. I. *nivalibus austris* V. A. Vr. H. 20 *ac vultum* V. B. I. M. O. P. T. a 2. m. Vr. C. D. E. H. I. Vp. C. Ch. A. An. A. C. Ba. A. Va. C., alii mss. apud Pulm. Cruq. Combe; notatum ex ms. in ora edit. Aldi 1509. in Bibl. Barb.; et sic Talb. Bentl. Cun. San. Sandby, Val, Gesn. Zeun. Horatium imitatur Ovidius I. Trist. el. 4. 27.: *Dum iuvat, et vultu ridet Fortuna sereno.* Al. *et vultum.* 21 *laudatur* mss. duo apud Pulm. 22 *Deus, seu fors donaverit* Cun. audacter, et indocte. 23 *sume manu.* In marmore Villae Albanae, quod videas integrum apud Marin. Iscriz. della Villa Albani p. 116., et in descriptione eiusdem Villae, quam renovavi anno 1803., p. 99.: FORTVNA. SPONDET. MVLTA. MVLTIS. PRAESTAT. NEMINI. VIVE. IN. DIES. ET. HORAS. NAM. PRO-

Ut, quocumque loco fueris, vixisse libenter
Te dicas: nam si ratio, et prudentia curas,
Non locus effusi late maris arbiter, aufert;
Caelum, non animum, mutant, qui trans mare currunt.
Strenua nos exercet inertia: navibus, atque
Quadrigis petimus bene vivere. Quod petis, hic est;
Est Ulubris; animus si te non deficit aequus.

EPISTOLA XII.

AD ICCIVM (A).

Divitem non esse, qui rebus non utatur, demonstrat; amicum amico commendat; deque rebus Romanis verba facit.

Fructibus Agrippae Siculis, quos colligis, Icci,
Si recte frueris; non est, ut copia maior
Ab Iove donari possit tibi. Tolle querelas;
Pauper enim non est, cui rerum suppetit usus.
Si ventri bene, si lateri est, pedibusque tuis: nil

PRIVM. EST. NIHIL. Vid. I. od. 11. 8. III. od. 8. 27. II. sat. 2. 126. seqq. II. epist. 2. 177. seqq. 23 *neu dulcia* Vr. D. G. H. I. Ch. A. An. A. B. Ba. B., alii mss. apud Lamb. Pulm. Bentl., qui restituit in textu; sequuntur anonymus Trai. ad Rhen. 1713. Baxt. Cun. San. Gesn. Oberl. Combe, Wakef. Wetz. Zeun. Al. *nec dulcia.* * *ne dulcia* Ba. A. a 2. m. 24 *Tu quocumque.* 28-29 *navibus, atque quadrigis.* Non terra, marique; ut vulgo Interpretes; sed spectaculis in Circo cum *quadrigis*, et cum *navibus* in Naumachia. Notum etiam illud Iuvenalis X. 80.: [*Duas tantum res anxius optat, Panem, et Circenses.*]

(A) *ad Ictium.* 3 * *a Iove* V. G. Vr. I. Vp. D. An. C. 5 * *lateri pedibusque* V. I. P. Vr. I. Ch. E.

Divitiae poterunt regales addere maius.
Si forte, in medio positorum abstemius, herbis
Vivis, et urtica; sic vives protinus, ut te
Confestim liquidus Fortunae rivus inauret;
Vel, quia naturam mutare pecunia nescit;
Vel, quia cuncta putas una virtute minora.
Miramur, si Democriti pecus edit agellos,
Cultaque; dum peregre est animus sine corpore velox?
Quum tu inter scabiem tantam, et contagia lucri,
Nil parvum sapias, et adhuc sublimia cures:
Quae mare compescant caussae; quid temperet annum;
Stellae sponte sua, iussaene vagentur, et errent:
Quid premat obscurum Lunae, quid proferat orbem;
Quid velit, et possit rerum concordia discors;
Empedocles, an Stertinium deliret acumen?

8 * *sic vivis* V. C. a 1. m. *sic vives proximus* Vr. G. a 1. m. 9 *confestim largus* Eutyches apud Putsch. col. 2160. Recte *liquidus*. S. Hieron. ad Eust. ep. 22. n. 32. t. 1. col. 115.: *Aurum liquescit in litteras.* 14 * *inter tantam* V. Z. * *tanta et* Ch. E. An. B. *tantam inter scabiem* Cun. more suo. 15 * *Nil pravum* Ch. A. a 1. m. 16 * *compescunt* V. P. 16 * *temperat* Vr. B. Ch. F. An. A. Ba. A., edit. Princ. 17 * *an errent* Ba. A. 18 * *premit* V. K. 20 *Stertinium* V. A. B. C. D. E. I. M. P. Q. S. T. Vr. C. F. a 1. m. G. H. a 2. m. Vp. F. Ch. F. An. A. B. Va. A. a 2. m. C. Ba. A. B., alii mss. apud Lamb. Pulm. Cruq. Torr. Val.; notatum ex ms. in ora edit. Aldi 1519. in Bibl. Angel. et 1509. Barb.; restituit Lamb. Gryph. 1566. Cruq. Torr. Talb. D. Heins. Dac. Baxt. Bentl. anonymus Trai. ad Rhen. 1713. Cun. San. Phil. Sandby, Gesn. Batt. Val. Dorigh. Oberl. Combe, Wakef. Wetz. Zeun. *Stertinium acumen;* ut *Sulpiciis horreis* IV. od. 12. 18. *Stertinum* V. G. Vr. B. D. Vp. D., Aldus 1501. Iunta 1503. Al. *Stertinii.* Vid. H. sat. 3. 33. 296. 20 * *delirat* Ch. E.

Verum, seu pisces, seu porrum, et caepe trucidas;
Utere Pompeio Grospho; et, si quid petet, ultro
Defer: nil Grosphus, nisi verum, orabit, et aequum.
Vilis amicorum est annona, bonis ubi quid deest.
Ne tamen ignores, quo sit Romana loco res:
Cantaber Agrippae, Claudì virtute Neronis
Armenius cecidit; ius, imperiumque Phraates
Caesaris accepit genibus minor; aurea fruges
Italiae pleno defundit Copia cornu.

21 * *Verum ubi seu* V. A.

22 * *petat* An. C. 23 * *nec Grosphus* V. A. 23 * *vera orabit et aequa* Vp. F. 25 *Nec tamen* V. A. I. Vr. D. G. Ba. B., edit. Flor. 1482. Ven. 1483. 1509.

29 *defundit* V. B. a 1. m. G. I. M. Vr. B. Va. A. C. a 1. m., alii mss. apud Bentl.; notatum ex ms. in ora edit. Aldi 1519. in Bibl. Angel. et 1509. Barb.; restituit Bentl., inde anonymus Trai. ad Rhen. Cun. San. Merv. Dor. Al. *defudit*, *diffundit*, *diffudit*. Adnotat Bentleius, si *defudit* vera sit lectio, post messem scriptam esse hanc epistolam: si *defundit*, messis tempore. At male ipse, aliique supponunt, vocabulo *fruges* triticum tantum contineri; quum notum sit vel ex Lexicis, eo omnia fructuum genera comprehendi; etiam glandes, poma, uvam, cetera. Confer. I. od. 17. 14. seqq. IV. od. 7. 11. carm. sec. 29. [?] I. epist. 16. 9. Hanc fructuum varietatem cumulatam videmus in cornu Copiae, quod Fortunae, Abundantiae, et Fluminibus tribuitur in antiquis monumentis, statuis, nummis, cet. Atque ideo ad messis tempus referri versus nullo modo poterit: magis ad anni finem, seu post autumnum. At rectius puto, totum annum frugiferum respicere, seu continue frugibus abundantem, *locupletem frugibus annum* II. epist. 1. 137.; ut ita etiam in hoc Augusto gratetur poeta, quemadmodum IV. od. 15. 5. Demum Copia cornu *defundere* melius dicetur; quia est ab uno vase, ex alto, et confertim fundere; quam *diffun-*

EPISTOLA XIII.

AD VINIVM ASELLAM (A).

Docet, qua ratione velit, libellos suos Augusto tradi.

Ut proficiscentem docui te saepe, diuque;
Augusto reddes signata volumina, Vini,
Si validus, si laetus erit, si denique poscet:
Ne studio nostri pecces; odiumque libellis
Sedulus importes, opera vehemente minister.
Si te forte meae gravis uret sarcina chartae;
Obiicito potius, quam, quo perferre iuberis,
Clitellas ferus impingas; Asinaeque paternum
Cognomen vertas in risum, et fabula fias.
Viribus uteris per clivos, flumina, lamas.
Victor propositi, simul ac perveneris illuc;
Sic positum servabis onus, ne forte sub ala

dere, quod esset hac, illac distribuere, spargere. Petron. c. 5. 21.: *Sic flumine largo Plenus Pierio defundes pectore verba;* ubi eadem varietas in mss. et editis; ut apud Prudent. II. contra Symmach. 675., aliosque Scriptores passim. Confer quoque I. sat. 5. 10. II. sat. 2. 58. I. epist. 3. 8. epist. 5. 4 IV. od. 13. 28.

(A) *Ad vinnium* vulgo. Bentleius *Vinium* restituit; non tamen post edit. Ven. 1492., ut male notat Cuning. Anim. c. 8. p. 76. Multi Vinii in marmoribus scriptis.

2 * *reddas* V. D. I. 3 * *poscit* Ch. A. 4 * *Nec studio* V. B. T. Vr. E. Ba. A. 5 * *ministri* Ba. B. 6 *urget sarcina* Ch. A. a 2. m., ms. unus Pulm. unus Val. unus Combe; et ita coniiciebat Henr. Steph. Refutat Bentleius.

7 * *proferre* V. D. M. Vp. A. 7 * *iuberes* Vr. H. 9 * *ut fabula* Vp. A.

10 * *utaris* V. A. 11 * *illac* Ba. A. 12 *Sepositum* coniicit D. Heinsius; refutat Bentleius.

Fasciculum portes librorum, ut rusticus agnum:
Ut vinosa glomus furtivae Pyrrhia lanae;
Ut cum pileolo soleas conviva tribulis.
Nec vulgo narres, te sudavisse ferendo
Carmina, quae possint oculos, auresque morari
Caesaris: oratus multa prece, nitere porro.
Vade, vale, cave ne titubes, mandataque frangas.

EPISTOLA XIV.

AD VILLICVM SVVM.

Illum carpit, quod urbanam vitam sibi exoptet.

Villice silvarum, et mihi me reddentis agelli,
Quem tu fastidis, habitatum quinque focis, et
Quinque bonos solitum Variam dimittere patres;

13 * *Fasciculos* V. Z.

14 *glomus* Vr. E. a 1. m., ms. 1. Cruq. 2. Gesn., Iunta 1503. Ven. 1509.; Bentl., inde anonymus 1713. Cun. San. Phil. Dor. Wakef. Wetz. Neutrum; et rectius numero singulari. It. *gnomero.* Al. *glomos, globos;* quod ex glossemate ortum puto. Non. Marc. 5. 58 : *Globus* est *soliditas undiqueversum rotunda; ut est sphaera, et staminum glomera.* 16 *Nec vulgo* Vr. H. Ch. E. Ba. A. a 2. m., mss. 2. apud Bentl. duo apud Combe. Al. *Ne vulgo* Bentleius ex uno ms. *Neu vulgo;* quod et in alio ms. a 2. m. apud Oberl.; sequuntur anonymus Trai. ad Rhen. 1713. Cun. San. Dorigh. Wakef. Wetz. [Bod.] 17 *possint* V. A. C. E. G. K. M. P. S. Vr. B. C. D. E. F. Ch. A. E. Au. A. Va. C., alii mss. apud Pulm. Val.; restituit Lamb. Talb. Baxt. Bentl. Cun. San. Phil. Merv. Gesn. Dorigh. Oberl. Combe, Wakef. Wetz. Zeun. Al. *possunt.* 17 **aures oculosque* Vr. A. *oculosque auresque* Cun. ex aure sua.

1 *me redimentis* ex ms. Barthius Advers. XV. 3.; refutat Bentleius. 3 *Variam* V. A. B. a 1. m. E. G. I. Vr.

Certemus, spinas animone ego fortius, an tu
Evellas agro; et melior sit Horatius, an res. 5
Me, quamvis Lamiae pietas, et cura moratur,
Fratrem moerentis, rapto de fratre dolentis
Insolabiliter; tamen istuc mens, animusque
Fert; et amat spatiis obstantia rumpere claustra.

C. D. E. G. H. M. Vp. C. Ch. F. An. C. Ba. A., alii mss. apud Lamb. Pulm.; notatum ex ms. in edit. Aldi 1501. in Bibl. Vat. et 1509. Barb.; ita Commentator Cruquianus; revocavit in textum Cruquius, Talb. Baxt. Bentl. anonymus 1713. Cun. San. Mervill. Gesn. Sandby, Phil. Batt. Dorigh. Oberl. Combe, Wakef. Wetz. Zeun. Al. *Bariam.* Aliqui mss. et Bad. Ascens. edit. Venn. 1486. 1490. *Baria; Barium* Iunta 1503. Bene *Variam*, etiamnum *Vicovaro;* oppidum imminens Anieni in via Valeria, milliario VIII. supra Tibur. Hinc huius urbis porta orientalis vocabatur olim *Variana;* male *Barana* dicta a Nicodemo Sanseverinate Rer. Tiburt. Pentad. pr. lib. 1. c. 7., qui florebat anno 1461., et a Cassio Corso delle acque corr. tom. 1. par. 1. n. 5. §. 2. p. 33.: atque hinc legendum apud Frontinum de Aquaed. art. 6.: *Concipitur Anio vetus supra Tibur XX. milliario extra portam Varianam:* ubi libri editi ante Polenum habent *Raranam;* Nardinus Roma ant. VIII. 4. legit *Romanam;* codex Cassinensis *RRa . nam;* Urbinas *RRa. nam;* Polenus tutius vocem omittit omnino. 5 *evelles* V. B. I. P. Vr. C. Vp. F. Ch. A. An. A. 5 *an rus* ex coniectura D. Heinsius, sequitur Cun. argutiis; refutat Bentl. 6 *moretur* V. G. Q. S. Vr. F. a 2. m. G. Ch. F. An. C., alii mss. apud Pulm. Val.; ita Britann. 1520. Lamb. Talb.

9 *Fert, et avet* ex coniectura, et argutiis Bentl.; sequitur Wakef. 9 *claustra.* Haec alio nomine *carceres* vocantur in Circo; et *spatium* dicitur intervallum illud inter primam metam, et sedilia, quo tendebant bigae, vel quadrigae e claustris prorumpentes. Vide in descriptione Circi Caracallae c. 10. cum figuris; et I. sat. 1. 114. Apud Propert. IV. el. 5. 29. legas ex ms.: *Et stimulare vi-*

Rure ego viventem, tu dicis in Urbe, beatum:
Cui placet alterius, sua nimirum est odio sors.
Stultus uterque locum immeritum caussatur inique:
In culpa est animus, qui se non effugit umquam.
Tu mediastinus tacita prece rura petebas;
Nunc Urbem, et ludos, et balnea villicus optas.
Me constare mihi scis; et discedere tristem,
Quandocumque trahunt invisa negotia Romam.
Non eadem miramur: eo disconvenit inter
Meque, et te: nam, quae deserta, et inhospita tesqua
Credis; amoena vocat, mecum qui sentit; et odit,
Quae tu pulchra putas. Fornix tibi, et uncta popina
Incutiunt Urbis desiderium; video: et, quod
Angulus iste feret piper, et thus, ocius uva;
Nec vicina subest vinum praebere taberna
Quae possit tibi, nec meretrix tibicina, cuius
Ad strepitum salias terrae gravis: et tamen urges
Iampridem non tacta ligonibus arva; bovemque
Disiunctum curas, et strictis frondibus exples.

rum, pretium facit: utere claustris; pro *Et simulare... caussis.* 11 *odio res* ms. unus Pulm., alii Lambini; notatum ex ms. in ora edit. Aldi 1519. in Bibl. Angel. 15 * *urbem ludos* V. I. Va. A. 16 *Me mihi constare* Cun. ex aure sua, et contra metrum. 17 * *vesana negotia* notatum ex ms. in ora edit. Aldi 1519. in Bibl. Angel. 19 * *nam qui* Vr. I.

19 *tesca* praeferunt in nota Lamb. et Torr. 21 *vocas.* 22 * *video quod* Vr. I. 23 * *ferat* V. P. 24 * *Ne vicina* Vp. F. 25 * *posset* V. M. An. C. 28 *Deiunctum* mss. 4. apud Lamb. 28 *strictis et frondibus* ms. apud Pulm., et ita Cun. Quid sit *stringere*, et *destringere*, iam dixi III. od. 1. 17. II. sat. 1. 41.

Addit opus pigro rivus, si decidit imber,
Multa mole docendus aprico parcere prato.
Nunc, age, quid nostrum concentum dividat, audi.
Quem tenues decuere togae, nitidique capilli;
Quem scis immunem Cinarae placuisse rapaci;
Quem bibulum liquidi media de luce Falerni,
Cena brevis iuvat; et prope rivum somnus in herba:
Nec lusisse pudet; sed non incidere ludum.
Non istic obliquo oculo mea commoda quisquam
Limat; non odio obscuro, morsuque venenat:
Rident vicini glebas, et saxa moventem.
Cum servis urbana diaria rodere mavis;
Horum tu in numerum voto ruis; invidet usum
Lignorum, et pecoris tibi calo argutus, et horti.
Optat ephippia bos piger: optat arare caballus:
Quam scit uterque, libens, censebo, exerceat artem.

30 * *parcere campo* V. Z. Ch. F. a 2. m. 31 * *consensum* Vr. H. 33 *Cinarae* Vid. IV. od. 1. 4. 33 * *capaci* Vr. I. a 1. m. 34 *media de nocte* V. Q., alii mss. apud Talb. Val. Combe; notatum ex ms. in ora edit. Aldi 1519. in Bibl. Angel. 40 *servis tu urbana* Bentl. ex ingenio. 40 * *urbana cibaria* An. A. a 1. m. 40 *reddere mavis* edit. Flor. 1482. 43 * *epithia bos* V. A. C. E. F. 43 *bos: piger optat arare caballus.* Sic interpungit Bentleius, et cum eo Wetzel; ut *piger* referatur ad *caballus;* quasi e re nata, et occasione dicatur: pigerrimus enim fuerit, qui ephippia detrectet; aratrum, et iugum appetat. Haeret hinc etiam Gesnerus; et exponit, *piger*, quem piget laboris sui. Ita nihil refert, sive ad bovem, sive ad equum referas. Non video, quare eo sensu *pigerrimus* dici possit equus, qui praeferat libenter duro aratro gravem terram vertere, I. sat. 1. 28.; longe laboriosius vitae genus quod esset ordinario equorum. *Piger* bos dicitur, quia natura *tardus*, perpetuo epitheto. Ovid. I. Amor.

EPISTOLA XV.

AD C. NVMONIVM VALAM.

Percontatur de Velia, et Salerno, deque rebus ad iucunde vivendum idoneis.

Quae sit hiems Veliae; quod Caelum, Vala, Salerni;
Quorum hominum regio, et qualis via (nam mihi Baias
Musa supervacuas Antonius; et tamen illis
Me facit invisum, gelida quum perluor unda

el. 13. 16.: *Prima vocas tardos sub iuga panda boves.* Nam, ut inquit Cic. II. de Nat. Deor. 63.: *Ipsa boum terga declarant, non esse se ad onus accipiendum figurata: cervices autem natae ad iugum: tum vires humerorum, et latitudines ad aratra extrahenda.* Si ergo bos, et equus, sua sorte non contenti, vitae genus inter se commutare amarent, l. c. 1. seqq.; ad impossibile niterentur, et contra naturam agerent; imprudenter omnino. *Bos arat, equus certat: quod si eorum opera mutes, naturae iniuriam facis.* Maxim. Tyrius Dissert. 13. Hinc adagium illud, quod affert Horatius; et de quo idem Cicero V. ad Att. 15.: *Clitellae bovi sunt impositae.* Non detrectarent igitur laborem *pigri;* sed talem eligerent, quem ignorarent, et perferre non possent. Patet etiam ex versu sequenti. 4 *cum pervehor unda* mss. 2. apud Torr., qui notat, ex hac scriptura melius exprimi, quod inquit Plin. XXIX. 5.: *Mersit in lacus aegros;* sed tamen nihil mutat. Recte *perluor*, quod est *perfundor;* hac in re verbum medicum. Celsus IV. 5.: *Hinc perfundi frigida, atque in eadem natare, canalibus eiusdem subiicere etiam stomachum ipsum, et magis etiam a scapulis id, quod contra stomachum est: consistere in frigidis, medicatisque fontibus, quales Cutiliarum, Sumbruinarumque sunt, salutare est.* Et I. 4.: *Multa calida aqua per caput se totum perfundere tum tepida, dein frigida; diutiusque ea caput, quam ceteras partes perfundere;*

Per medium frigus: sane murteta relinqui,
Dictaque cessantem nervis elidere morbum
Sulfura contemni, vicus gemit, invidus aegris,
Qui caput, et stomachum supponere fontibus audent
Clusinis; Gabiosque petunt, et frigida rura.
Mutandus locus est, et diversoria nota;
Praeteragendus equus. Quo tendis? non mihi Cumas
Est iter, aut Baias! laeva stomachosus habena
Dicet eques, sed equis frenato est auris in ore;)
Maior utrum populum frumenti copia pascat;
Collectosne bibant imbres, puteosne perennes

deinde id aliquandiu perfricare; novissime detergere, et ungere. Capiti nihil, aeque prodest atque aqua frigida.

5 *myrteta.* Vid. Bentl. *Murteta* etiam Ch. A. a 2. m.

9 *Clusinos Gabiosque* legit ex ingenio Cuning., ut sint *fontes Gabii;* at *Gabii* fontes non dicuntur, sed Gabini: urbis nomen *Gabii*, adiectivum *Gabinus*. Notum vel pueris ex Cic. pro Planc. n. 9. Virg. VII. Æ. 682. Livio, Ovidio, Lucano, aliis; et praesertim ex marmoribus Gabinis, recenter detectis, de quibus ad epist. 11. 7. dixi. Hinc bene Acron: *Clusinae, et Gabinae aquae frigidae sunt.* Aquae sulfureae sunt, hodieque existunt. 12 *stomachatus* Vr. B. a 2. m. G. Vp. A. Ch. A. Ba. B., ms. unus apud Pulm., alius apud Oberl.; praefert H. Stephanus in praef. Sed bene *stomachosus*, ut *cerebrosus* I. sat. 5. 21.; solitus stomachari; eo magis, quia infirmus. * *stomachandus* Vr. I.

13 * *Dicit eques* Vr. H. 13 *sed equis* V. C. a 1. m. T. Vr. B. Vp. F. Ch. A. An. A. a 1. m. B., alii mss. 3. apud Bentl.; notatum ex ms. in ora editionis Aldi 1501. in Bibl. Vat., et 1519. Bibl. Angel.; restituit, et probat idem Bentleins, quia sententiose dictum: non de hoc tantum equo; sed de omnibus: sequuntur anonymus Trai. ad Rhen. 1713. Cun. San. Wakef. Vulgatam *equi* male defendunt Iohnson, et Wetzel, qui Latine non sapiunt. [*equi* et Bod.] 15 *puteosve* edit. princ. Med. 1470. Venn. 1481. 1483. 1486.

Dulcis aquae: (nam vina nihil moror illius orae,
Rure meo possum quidvis perferre, patique:
Ad mare quum veni, generosum, et lene requiro,
Quod curas abigat; quod cum spe divite manet
In venas, animumque meum; quod verba ministret; 20

1490. Flor. 1482. Lips. 1499. 16 *Dulcis aquae* V. A. C. a 2. m. D. E. Vr. F. I. a 2. m. Vp. A. An A., alii mss. apud Lamb. Pulm. Cruq. Talb. Val. Oberl. Combe; restituit H. Steph. Lamb., aliique editores non pauci usque ad Bentleium, qui iterum revocavit *iugis* aliorum mss. et editorum; sed potius verborum lusibus, quam argumentis. Non solum enim *dulcis* est perpetuum aquae potabilis epitheton, ut pluribus asserit Lambinus; sed qualitas aquae hìc ab Horatio non erat reticenda; cui *deterrima* adeo invisa I. sat. 5. 7.; deterrimae autem sunt earum potoribus in Baiano, Puteolano, Neapolitano, utpote locis vulcanicis, lateque salibus, et sulfure saturatis; ut norunt omnes, et ipse sum expertus. In huiusmodi terris vel bitumine, vel alumine, vel sulfure abundantibus quam rari sint fontes dulcis aquae, docet Vitruvius VIII. 3. De puteis suae villae Laurentinae, in littore maris sitae, gloriatur Plinius III. epist. 17.: *Haec amoenitas deficitur aqua salienti; sed puteos, ac potius fontes habet. Sunt enim in summo: et omnino littoris illius mira natura: quocumque loco moveris hamum; obvius, et paratus humor occurrit; isque sincerus, ac ne leviter quidem tanta maris vicinitate salsus.* Opponuntur hìc *imbres collecti*, seu cisternae, et *putei perennes;* ideo *perennes*, quia alicubi aestivo tempore exsiccantur: *perennes aquae*, seu perpetuo, continue profluentes, ut notum ex Lexicis; adeoque *iuges;* quod addere ridiculum esset, et inutile. Bentleium sequuntur anonymus Trai. ad Rhen. 1713. Baxt. Cun. Gesn. Oberl. Combe, Wakef. Zeun. 17 * *quidvis sufferre* V. A. *quodvis* coniicit Nic. Heins. Advers. III. 13. p. 493.: adoptavit Cun.; refutat Bentl. 18 *venio* mss. apud Val. Combe. 20 * *animoque meo* Ch. E. 20 *ministrat* V. O.,

Quod me Lucanae invenem commendet amicae.)
Tractus uter plures lepores, uter educet apros;
Utra magis pisces, et echinos aequora celent;
Pinguis ut inde domum possim, Phaeaxque reverti:
Scribere te nobis; tibi nos adcredere par est.
Maenius, ut, rebus maternis atque paternis
Fortiter absumptis, urbanus coepit haberi;
Scurra vagus, non qui certum praesepe teneret;
Impransus non qui civem dignosceret hoste;
Quaelibet in quemvis opprobria fingere saevus;
Pernicies, et tempestas, barathrumque macelli;
Quidquid quaesierat, ventri donabat avaro.
Hic, ubi nequitiae fautoribus, et timidis nil,
Aut paullum abstulerat; patinas cenabat omasi
Vilis, et agninae; tribus ursis quod satis esset.

edit. Med. 1470. Flor. 1482. Ven. 1483. 21 *commendat* V. M. a 1. m. Vr. D. a 1. m. E. Ch. A. 25 *adcredere* Vr. H. I. Vp. F.; notatum ex ms. in ora editionis Med. 1476. Bibl. Barb.; ita Bentl., anonymus Trai. ad Rhen. 1713. Cun. San. Mervill. Oberl. * *at credere* Vr. D. Ch. A. a 1. m. *haec credere* An. A. *ac reddere* V. T. *ac nos tibi credere* edit. Frib. 1536. Al. *accredere; ac credere; accedere.*

30 *figere* Cun. ex ingenio, inde Mervill. Phil. *Fingere* tuetur Bentl.

32 *donarat* V. A. a 1. m. B. K. I. P. R. T. a 2. m. Z. Vr. C. E. I. Vp. A. F. Ch. A. E. a 2. m. F. An. A. B., alii mss. apud Pulm. Cruq. Combe. *donaret* edit. Cadom. 1480., Bentl. ex ingenio; sequuntur anonymus Trai. ad Rhen. 1713. Cun. San. Mervill. Wakef. Wetz. *Donabat* indicativo modo; quia in hoc praecipue deridetur ab Horatio,

35) *agninae* V. A. B. a 1. m. E. G. K. a 2. m. P. Vr. C. E. a 1. m. E. F. a 1. m. I. a 2. m. Vp. A. a 1. m. Ch.

Scilicet, ut ventres lamna candente nepotum
Diceret urendos, correptus. Bestius idem

A. a 1-m. F. An. A. Ba. A., alii mss. apud Lamb. Pulm. Cruq. Talb,, Commentator Cruquianus, edit. Princ. Britann. 1520. Lamb. Cruq. Talb. Marcil. Baxt. Bentl. anonymus Trai. ad Rhen. 1713. Cun. San. Mervill. Phil. Gesn. Sandby, Batt. Val. Oberl. Combe, Wakef. Wetz. Zeun.; praefert H. Steph. in diatr. p. 139. Turn. Advers. VI. 25. Al. *agnini.* Agnina, caro; ut apud Plaut. in Aul. II. 8. 3. seq.: *Venio ad macellum, rogito pisces: indicant Caros; agninam caram, caram bubulam, Vitulinam, cetum, porcinam.* Et in Captiv. IV. 2. 39.: ut et *vitulina* simpliciter apud Corn. Nep. in Agesil. VIII. 4. Virg. I. Æ 215. *pinguisque ferinae:* quod notavit Charis. lib. 4. p. 290 edit. Basil. 1551. *Omasi villi* coniungenda: Ital. *trippa.*

36 * *et ventres* Ba. B. 36 *lama, lamina, lamna* Cic. V. in Verr. 63.: *Quid quum ignes, candentesque laminae, ceterique cruciatus admovebantur?* Quinctil. Decl. IX.: *Fremebant omnia apparatu mortis: hic ferrum acuebat: ille accendebat ignibus laminas: hinc virgae, inde flagella adhibebantur.* Sil. Ital. I. 171. *candens chalybs:* ubi de hac lamina candente, qua sontes urebantur, plura veterum loca adfert Dausquius. Vid. II. sat. 7. 58.

37 *correptus bestius* V. E. K. N. Q. Vr. E. G. Vp. D. Ch. E. An. B., alii mss. apud Britann. 1520. Lamb. Pulm. Cruq. Torr. Talb. Bentl. Val., edit. Princ. Venn. 1478. 1479. 1481. 1483. 1490. 1492. 1495. 1514. Flor. 1482. Lips. 1499. Al. *correctus Bestius.* Sed *Bestius* etiam alii mss. nostri, et aliorum editorum. In editis vulgo *Maenius. Corrector Bestius* ex uno ms. Lambinus, inde Bentl. Cun. San. Mervill. Phil. Gesn. Dorigh. Oberl. Combe, Wakef. Wetz. Zeun. [Bod.] *Correptus*, id est, obiurgatus, reprehensus; non *correctus*, emendatus. Nec *corrector*, qui perperam hic inducitur ex ficta persona Bestii. *Bestium* potius dictum puto ipsum Maenium, pro *bestiali;* ut exponunt veteres Scholiastae passim in mss.; seu *brutali*, qui ursis voracious comparabatur, in edendo, et praedando. Quod Italice

Quidquid erat nactus praedae maioris, ubi omne
Verterat in fumum, et cinerem; non hercule miror,
Aiebat, si qui comedunt bona: quum sit obeso
Nil melius turdo; nil vulva pulchrius ampla.
Nimirum hic ego sum: nam tuta et parvula laudo,
Quum res deficiunt; satis inter vilia fortis.
Verum, ubi quid melius contingit, et unctius; idem
Vos sapere, et solos aio bene vivere, quorum
Conspicitur nitidis fundata pecunia villis.

EPISTOLA XVI.

AD QVINCTIVM.

Villam suam graphice describit; et, quis dicatur vir bonus, statuit.

Ne perconteris, fundus meus, optime Quincti,
Arvo pascat herum, an baccis opulentet olivae,
Pomisne, an pratis, an amicta vitibus ulmo:
Scribetur tibi forma loquaciter, et situs agri.
Continui montes, ni dissocientur opaca
Valle; sed, ut veniens dextrum latus adspiciat sol;

dicimus, *un uomo brutale, bestiale.* 38 *Si quid erat* Bentleius ex suppositis Torrentii mss.; inde anonymus Trai. ad Rhen. 1713. Cun. San. Mervill. Dorigh. Wakef. 39 * *Verteret* Vp. F. 40 *comedunt bene.* 41 * *Nil turdo melius* Ch. E.

41 * *nil vulva dulcius* V. Z. Ba. B. 42 *tutus nam parvula* Cuning. ex ingenio audaci, more suo, et inscite.

3 *Pomisve.* 3 *an pratis* V. T. Vr. G. H. I. An. C. Ba. B., alii mss. apud Pulm. Cruq. Bentl. Val.; laudant Cruquius, et Torrentius; sed Bentleius revocavit in textum; inde anonymus Trai. ad Rhen. 1713. Baxt. Cun. San. Merv. Phil. Sandby, Batt. Val. Dorigh. Oberl. Combe, Wakef. Wetz. Zeun. Confer epod. 7. 13. I. epist. 3. 3. epist 11. 4. epist. 18. 102. Al. *et pratis.* 3. *an amica; an vincta.*

Laevum discedens curru fugiente vaporet.
Temperiem laudes. Quid? si rubicunda benigni
Corna vepres, et pruna ferant? si quercus, et ilex

7 *Scribentur* Vr. I. An. C., edit. Med. 1476. Venn. 1479. 1481. 1483. 1486. 1495. 1509. Flor. 1482. Iunta 1503. Ascens. Britann. 1520. *5 ni dissocientur* V. A. D. T. a 2. m. Vr. C. D. H. I. Vp. A. D. Ch. A. F., alii mss. apud Pulm. Torr. Oberl. Combe; ita Bentl. Cuning. Sandby. Al. *nisi*. 7 *descendens* Vp. C. D. Ba. A., alii mss. apud Bersm. Bentl. Val. Oberl.; ita dedit Loch. Non male, si sumatur, ut apud Liv. IX. 23. n. 32.: *Et prius sol meridie se inclinavit*; atque alios auctores passim. Manil. III. 370. seqq. edit. Bentl.: *At simul e medio praeceps descenderit orbe, Inferiora petens devexo sidera curru; Et dabit in ponum laxas effusus habenas.* Adde Senecam supra ad epist. 6. 5. *decedens* Bentl. ex ingenio [sic et Bod.]; sed elegantior, et ad rem vulgata *discedens*; nam proprie hìc coniunguntur *veniens*. et *discedens*. Liceat hìc obiter locum Propertii desperatissimum, de portu Epirotico, qui Soli oppositus erat, nempe contra Aquilonem situs, ex mss. emendare; et similiter in versu sequenti. IV. el 6. 15. seqq.: *Est Phoebum* (pro *Phoebi*) *fugiens Athamana ad littora portus* (*Qua sinus Ioniae murmura condit aquae:*) *Actia Iulaeae pandens* (pro *pelagus*) *monumenta carinae, Nautarum votis non operosa viae.* 8 *quod si* An. C., alii mss. apud Lamb.* *at si* V. A. a 1. m., a 2. *quid si.*

8 *benigni* V. Z. a 2. m. Vr. C. a 1. m. Ch. E. a 2. m. F., alii mss. apud Pulm. Cruq. Bentl. Val.; restituit Bentl. et probat; inde anonymus Trai. ad Rhen. 1713. Cun. San. Merv. Sandby, Dor. Wakef. Wetz. Al. [Bod] *benigne*, ut vulgo in editis, et mss., sed in Ch. E. a 2. m. *benignae*, ut in aliis mss. apud Bentl.: et ita fortasse etiam in aliis omnibus legendum esset; quia ut plurimum diphthongos omittunt. 9 *ferent* V. K. Vr. C. Vp. A., edit. Princ. Aldus 1501. *ferunt* Bentl. ex ingenio, inde anonymus Trai. ad Rhen. 1713. Cuning. Baxt. Sanad. Mervill. Gesn. Oberlinus, Combe, Wakef. Wetz, Zeun.

9 *et quercus.*

Multa fruge pecus, multa dominum iuvet umbra? 10
Dicas adductum propius frondere Tarentum.
Fons etiam rivo dare nomen idoneus, ut nec
Frigidior Thracam, nec purior ambiat Hebrus,
Infirmo capiti fluit aptus, et utilis alvo.

10 *iuvat* Vr. I. Vp. C. Ch. A. a 1. m. An. C., alii mss. apud Pulm. Bentl., qui recepit in textum post *ferunt*; et alii editores praedicti. 11 * *Dicas advectum* Vr. I. *abductum* Ba. B. 12 *Fons.* Porphyrio, Commentator Cruquia-Dnus, esprez, Baxt. San. Gesn. Paul. (?), alii, notant, hîc Horatium loqui de fonte Bandusiae, de quo III. od. 13 1.; sed vide, quae ibi observavimus. 13 *Threcam* scriptum reperit Nic. Heinsius, ad Ovid. IV. Trist. el. 1. 21., in vetustissimo Leidensis Bibliothecae ms.; adoptavit Cun. Vid. II. sat. 6. 44. 14. *fluit aptus* V. C. a 2. m. G. I. K. M. O. P. Q. R. T. Vr. B. F. a 2. m. I. Vp. A. C. D. Ch. E. F. An. A. B. Ba. A., alii mss. apud Pulm. Torr. Talb. Val. Oberl. Combe; edit. Princ. Zar. Medd. 1476. 1477. Venn. 1478. 1479. 1481. 1483. 1486. 1490. 1492. Flor. 1482. Lips. 1499. Iunta 1503. Ascens. Britann. 1520. Al. [Bod.] *fluit utilis*, *utilis*; quam lectionem inde ab Aldo cur praetulerint vulgo Interpretes fere omnes, non dicunt. Verbum tamen *aptus* hîc optimum, et rei significandae concinnum est etiam apud medicos, et promiscue cum alio *utilis*. Celsus, Horatio coaevus, I. 3.: *Aestate vero, et potione et cibo saepius corpus eget; ideo prandere quoque commodum est. Eo tempore aptissima sunt et caro, et olus: potio quam dilutissima, ut et sitim tollat, nec corpus incendat: frigida lavatio, caro assa, frigidi cibi, vel qui refrigerent.* II. 24.: *Stomacho autem apta sunt, quaecumque austera sunt, et quae acida.. vinum austerum.. cibi, potionesque frigidae, vel calidae.* IV. 5.: *Utilis in ieiuno potio est absinthii, aut hyssopi, aut rutae. Exercitatio primo levis, deinde maior adhibenda est; maximeque quae superiores partes moveat: quod genus in omnibus stomachi vitiis aptissimum est.. Potui quidem aptissimum est vinum frigidum, vel certe bene calidum meracum.* Q. Ser. Samon. de Medic. c. 14. v. 236.: *Man-*

Hae latebrae dulces, etiam, si credis, amoenae,
Incolumem tibi me praestant Septembribus horis.
Tu recte vivis, si curas esse, quod audis.
Iactamus iam pridem omnis te Roma beatum:
Sed vereor, ne cui de te plus, quam tibi credas;
Neve putes alium sapiente, bonoque beatum:
Neu, si te populus sanum, recteque valentem
Dictitet, occultam febrim sub tempus edendi
Dissimules; donec manibus tremor incidat unctis.
Stultorum incurata pudor malus ulcera celat.
Si quis bella tibi terra pugnata, marique
Dicat; et his verbis vacuas permulceat aures:
Tene magis salvum populus velit, an populum tu,
Servet in ambiguo, qui consulit et tibi, et Urbi,
Iuppiter; Augusti laudes agnoscere possis?

ditur apta rubus gingivis. c. 47. v. 374.: *Vulneribusque aptus* (scorpio), *fertur revocare venenum.* Scrib. Larg. Compos. med. c. 16. n. 68.: *Compositorum autem medicamentorum haec sunt apta. Fellis taurini* etc. Et in epist. dedic. in fine: *Compositiones aptae ad vitia.* Veget. Art. veter I. 17.: *Alia quoque vilior; sed non minus apta curatio est.* 15 * *et iam* V. Z. *et si iam* Ba. B. *et* (*iam*) *si credis* Bentl., inde anonymus Trai. ad Rhen. 1713. *et iam* (*si credis*) Gesnerus, inde Combe, Wetzel, Zeun. [Bod.]; ut sit, etiam nunc, hoc ipso tempore, quo scribo, debeo valetudinem agello meo; tempestate alias gravissima. Sed, qui Latine sapiat, haec non admittet; et *amoenae* non ad anni tempestatem; sed ad ipsam villam, et rus esse referendum, patet ex epist. 14. 20. *Etiam* addit vim, affirmando. 16. *praestent* V. I., Cun. ex ingenio.

20. *beatum* pro *beatiorem* accipiendum, iam notaverat Charis. lib. 4. p. 290. edit. Frib. 1551. 26 *his vacuas dictis* Cuning. ex ingenio audaci, more suo. 26 * *demulceat* Vp.A.

27 * *aut populus* Ba. A. 28 * *servat* Vp. C. a 2. m. 28 * *consulet* V. Z. 29 * *cognoscere* Ba. B.; et ita Por-

Quum pateris sapiens, emendatusque vocari;
Respondesne tuo, dic sodes, nomine? Nempe
Vir bonus, et prudens dici delector ego, ac tu.
Qui dedit hoc hodie; cras, si volet, auferet: ut si
Detulerit fasces indigno, detrahet idem.
Pone, meum est, inquit: pono, tristisque recedo.
Idem si clamet furem, neget esse pudicum,
Contendat laqueo collum pressisse paternum;
Mordear opprobriis falsis, mutemque colores?
Falsus honor invat, et mendax infamia terret,
Quem, nisi mendosum, et medicandum? Vir bonus est quis?
Qui consulta patrum, qui leges, iuraque servat;
Quo multae, magnaeque secantur iudice lites;
Quo res sponsore, et quo caussae teste tenentur.

phyrio. 30 *Cum cupias*, vel *cupies*. * *et cupias* Vp. D. An. A. *videri* Aldus 1501. 33 * *at si* Vr. I. a 2. m. Vp. D. 34 * *detrahat* V. G. Vr. E. *detrahit* Ch. E. F. Va. C.

35 *tristisque recordor* mss. 2. apud Pulm. 38 *colorem* mss. 3. apud Cruquium, 2. apud Bentleium, qui refutat; edit. Princ., adoptavit Combe. 40 *medicandum* V. A. a 1. m. C. a. 1. m. D. G. a. 1. m. Vr. B. a. 2. m. C. a. 2. m. D. E. a 1. m. Vp. C. a 1. m. An. A. a 1. m. Va. C. a 1. m., alii mss. apud Pulm. Cruq. Torr. Bersm. Bentl. Oberl.; adoptavit Cruquius, Baxt.; defendit Bentl., inde anonymus Trai. ad Rhen. 1713. Cun. San. Phil. Sandby, Gesn. Dor. Oberl. Combe, Wakef. Wetz. Zeun. Al. *mendacem*. * *turpem* An. C. 43 *Quo res sponsore* ita divisim primus restituit ex ms. Cruquius, deinde melius probavit Bentleius, pro vulgato *quo responsore*: responsorem autem pro Iurisconsulto de iure respondente accipiebant Interpretes. Sed hoc alienum erat a mente poetae, qui tantum quaerit, quis apud vulgus *vir bonus* audiat. At non minus aberrant a poetae mente Bentleius, Gesnerus, aliique, qui eum sequuntur, dum *sponsorem* exponunt pro

Sed videt hunc omnis domus, et vicinia tota
Introrsus turpem, speciosum pelle decora. 45
Nec furtum feci, nec fugi; si mihi dicat
Servus: habes pretium, loris non ureris, aio.
Non hominem occidi; non pasces in cruce corvos.
Sum bonus, et frugi: renuit, negitatque Sabellus:

simplici *fideiussore*, qui debitorum obligationibus accedit in nummis illis credendis; ad hoc trahentes Persii locum V. 78., qui nihil facit. Omnino e contextu videtur hic agere Horatius de litibus finiendis, de re iudiciaria; non de fideiussionibus extra iudicium praestandis in negotiatione. In iudicio quis spondet, seu *fideiussor iudicio sistendi causa datur*, ut inquit Paulus in I. 1. ff. In ius vocati; et datur pro *re*, seu pro ipsa lite: et iuxta Ulpianum in l. 2. §. 5. ff. Qui satisdare cogantur, *in fideiussorem*, *qui aliquem iudicio sisti promiserit, tanti, quanti ea res erit, actionem dat Praetor.* Datur pariter fideiussor, *iudicatum solvi;* seu, qui se obligat, pro reo iudicatum solvere; qua in re lis ipsa *res* quoque appellatur passim ab Iurisconsultis in titulo Pandectarum *Iudicatum solvi*, lib. 46. tit. 6. Vide II. epist. 2. 67. de Arte poet 423. 45 *Introrsus* Vr. D. Ch. A., ms. 1. apud Oberl.; ex aliis mss. restituit Bentleius: et concinne; ne tria verba contigua in eandem litteram exeant. Sequuntur anonymus Trai ad Rhen. 1713. Cun. Sun. Merv. Wakef. Wetz. Zeun. Al. *Introrsum.*

45 * *pelle decora?* Vr. H. 46 * *Nec feci furtum* An. A. B. 46 *dicit* ex mss. Bentleius, ob verbum sequens *aio;* sed male. Eum sequuntur anonymus Trai. ad Rhen. 1713. Cun. San. Merv. Wakef. Wetz. 47 * *non loris ureris* An. A. B. 49. *bonus, ac frugi* edit. Med. 1476. Flor. 1482. Venn. 1483. 1492. Cuning. San. 49 *negitatque Sabellus* ms. 1. apud Cruq., qui recepit in textum; inde Bentl. et ex alio ms.; ita etiam H. Steph. in Diatr. p. 136.; D. Heins., ed. Iansonii Amstel. 1652.. anonymus Trai. ad Rhen. 1713. Cun. San. Phil. Dor. Wakef. Wetz. Zeun. *Negito*, verbum ad hunc locum exquisitius; et quod occurrit apud Plaut. in Merc. prol. 50, Bacch. V. 2. 76. Lucret.

Cautus enim metuit foveam lupus, accipiterque
Suspectos laqueos, et opertum miluus hamum.
Oderunt peccare boni virtutis amore;
Tu nihil admittes in te formidine poenae.
Sit spes fallendi, miscebis sacra profanis:
Nam de mille fabae modiis quum surripis unum,
Damnum est, non facinus, mihi pacto lenius isto.
Vir bonus, omne Forum quem spectat, et omne tribunal,
Quandocumque Deos vel porco, vel bove placat;
Iane pater! clare, clare quum dixit, Apollo!

IV. 911. Sallust. Iug. c. 12. Cic. IV. Acad. 22. *renuitque, negatque Sabellus* ms. 1. apud. Bersmann. 3. apud Val. 2. apud Combe. Al. *renuit, negat atque Sabellus;* quod plane Horatio indignum. 51 *Suspectus* V. C. T. a. 2. m. Vr. D. Vp. D. Ch. A. Ba. B., Coll. Sax. apud Gesn., edit. Venn. 1478. 1481. *suspensos* Hildeb. Mor. phil. c. 995; et *praecavet* pro *miluus*. 51 *adopertum* V. A. Vp. A. Ba. A., edit Princ. Med. 1476. Venn. 1478. 1479. 1483. 1509. Flor. 1482. * *at opertum* V. N. *ac opertum* edit. Ven. 1492. Lips. 1499. 51 *Miluus*. Vid epod. 16. 32. 52 *pietatis amore* ms. unus apud Pulm. 53 *Tu nil* ms. 1. apud Pulmann., Cuning. more suo. 54 * *fana profanis* r. I.

55 *unam* coniicit Cun. in nota, contra omnium mss. fidem; immo contra quam legebat S. Augustinus de Mendac. c. 12. n. 19. ante omnes mss.: *Si enim quaeratur, quid obsit homini copiis superfluis redundanti, si de innumeris millibus frumentorum amittat unum modium; qui tamen modius possit ad necessarium victum prodesse furanti; consequens erit, ut et furtum sine reprehensione fieri possit, et falsum testimonium sine peccato dici. Quo quid dici potest perversius?* 56 * *Damnum, non facinus* Vr. I. *pacto mihi* mss. 2. apud Bentl., et sic Cun. 59 *clare, cum clare dixit* V. G. Vr. B. a 1. m.; alii mss. apud Combe, Iunta 1503. * *clare dixit cum dixit* V. G. Z., edit. Princ. Venn. 1478. 1479. 1481. 1483. 1486. 1490. 1514. Flor. 1482. Lips. 1499. * *clare tacitus cum di-*

Labra movet, metuens audiri: pulchra Laverna,
Da mihi fallere; da iusto, sanctoque videri:
Noctem peccatis, et fraudibus obiice nubem.
Quî melior servo, quî liberior sit avarus,
In triviis fixum quum se demittit ob assem,
Non video: nam, qui cupiet, metuet quoque; porro
Qui metuens vivet, liber mihi non erit umquam.
Perdidit arma, locum virtutis deseruit, qui
Semper in augenda festinat, et obruitur re.
Vendere quum possis captivum, occidere noli:
Serviet utiliter: sine pascat durus, aretque:
Naviget; ac mediis hiemet mercator in undis:
Annonae prosit: portet frumenta, penumque.

xit V. P. *supplex dixit* ms. apud Combe .61 *iusto*, *sancto-que* V. C. a 2. m. D. a 1. m. M. Vr. C. E. H., alii mss. apud Canter. Nov. lect. l. 4. c. 12. Lamb. Pulm. Cruq. Torr. Val. Oberl.; restituit Cruq., inde Torr. Rutg. D. Heins. Bentl., qui probat, anonymus Trai. ad Rhen. 1713. Cun. San. Phil. Sandby, Batt. Dor. Val. Zeun. Confer I. sat. 4. 39. de Arte poet. 372. Al. *iustum*, *sanctumque*.

63 *Qui-qui* V. A. B. E. I. K. M. O. T. Z. Vr. C. a 1. m. E. F. Vp. A. Ch. E. An. A. B. C. Ba. A. B., alii. mss. apud Lamb. Pulm. Cruq.; ita Porphyrio (edit. Ven. 1481. *qui-quo;*) restituit Lamb. Cruq. Talb. Baxt. Bentl. anonymus Trai. ad Rhen. 1713. Cun. San. Phil. Sandby, Batt. Gesn. Val. Dor. Oberl. Combe, Wakef. Wetz. Zeun. Al. *Quo-quo*. 63 * *fit* Vp. C 64 *se dimittit* 64 * *ob assem?* Vr. H. Persius V. 111.: *Inque luto fixum possis transcendere nummum?* 65 *metuet*. Vid. I. epist. 2. 51. epist. 6. 12.

66. *vivet* V. A. D. E. Vr. C. H. I. Vp. C. Ch. A. Ba. A., alii mss. apud Pulm. Oberl. Canter. Nov. lect. l. 4. c. 12.; restituit Lamb. Cruq. Chab. Talb. Baxt. anonymus Trai. ad Rhen. 1713. Gesn. Combe, Wakef. Wetz. Zeun. Al. *vivit*. 70 * *aret vel* V. D. a 2. m. 72 *penumque* V. A. Vr. H., alii mss. apud Combe. Alii mss. et editiones

Vir bonus, et sapiens audebit dicere; Pentheu
Rector Thebarum, quid me perferre, patique
Indignum coges? Adimam bona. Nempe pecus, rem,

[velut Bod.] *penusque* dant, quin critici aliquid de varietate, et de vera lectione mussitant; atque etiam in Lexicis lectio *penus* hinc affertur ad probandum, neutro genere vocem adhiberi posse. Verum, ut potius *penum* legamus foeminino genere, praeter mss., facit communior usus Scriptorum, praesertim Iurisconsultorum in Pandectis, titulo de Penu legata, lib. 43. tit. 8., quos inter Quintus Mucius, Labeo, et Trebatius, aevi Augustei, in l. 3.; Labeo item in l. 4. §. 5.; Mucius, et Q. Scaevola apud A. Gellium IV. 1. Ita effert Cic. II. de Nat. Deor. 27.: *Penates, sive a penu ducto nomine (est enim omne, quo vescuntur homines, penus); sive ab eo, quod penitus insideant.* Vitruv. X. 8. Virg. I. Aen. 704.: *Cura penum struere;* et ante omnes Lucilius in libro XVI. satyrarum apud Gell. l. c.: *Legavit quidam uxori mundum omne, penumque:* et apud Nonium Marc. v. Penus: *Magna penus parvo spatio consumpta peribit:* apud Serv. ad Virg. l. c.: *Uxori legata penus.* Adhibetur etiam *penus, penoris* ab aliis Iurisconsultis posterioribus in citato titulo; et ita ab aliis Scriptoribus, ut notat ibi A. Gellius, et Priscian. lib. 6. apud Putsch. c. 713., *teste Donato, et Capro*: sed bene addit Nonius: *Neutro etiam lectum est apud plurimos, quorum auctoritas non probatur.* Masculino etiam genere enunciatam vocem, asserunt praedicti Gellius, Nonius, et Priscianus; et ita Plautus in Pseud. I. 2. 45.: *Nisi mihi annuus penus datur.* Sed sive virili, sive foeminino genere accipiatur; terminatio apud Horatium *penum* erit, non *penus*, ad meliores eius aevi Scriptores, et ad Lucilium, quem prae oculis saepissime habuit exacta. Nec facit, quod Servius *penusque* ibi legerit; et locum afferat ad probandum neutrum genus. Id unum probat, iam tum variatam fuisse lectionem; ut passim occurrit apud Horatium, aliosque. 73 *ac sapiens* Cuning.

74 * *proferre* V. T. Ba. B. 75 * *cogis* V. B. a 2. m.

Lectos, argentum: tollas licet. In manicis, et
Compedibus saevo te sub custode tenebo.
Ipse Deus, simul atque volam, me solvet. Opinor,
Hoc sentit: moriar; mors ultima linea rerum est.

EPISTOLA XVII.

AD SCAEVAM.

Quemadmodum potentiorum amicitia comparanta, atque colenda.

Quamvis, Scaeva, satis per te tibi consulis; et scis,
Quo tandem pacto deceat maioribus uti;
Disce, docendus adhuc quae censet amiculus; ut si
Caecus iter monstrare velit: tamen adspice, si quid
Et nos, quod cures proprium fecisse, loquamur.
Si te grata quies, et primam somnus in horam
Delectat; si te pulvis, strepitusque rotarum,
Si laedit caupona; Ferentinum ire iubebo:
Nam, neque divitibus contingunt gaudia solis;
Nec vixit male, qui natus, moriensque fefellit.
Si prodesse tuis, paulloque benignius ipsum
Te tractare voles; accedes siccus ad unctum.

76 * *et manicis* edit. Med. 1476. Venn. 1481. 1486. 1490. Iunta 1503. Britann. 1520. * *in manicis te* V. G. 78 *volet* ms. 1. apud Pulm, 1. apud Combe. * *solvat* Vr. I. 79 * *Non sentit* V. E. Al. *Haec sentit.* 79 * *rerum*, sine *est*, Vr. H. 2 * *pacto liceat* V. A. Vp. A. a 1. m. 3 * *et si* V. I. a 1. m. Vp. C. Ch. F. 4 * *quod si* Vp. A. 7 * *Delectat* Ch. A. F. 8 *Si laedit* V. S., edit Princ. Aldus 1501. 1509. 1519. Britann. 1520. Basill. 1527. 1531. 1580. Frib. 1536. Dion. ab Harsio Lugd. 1538. R. Steph. 1544. Mur. Ven. 1552 * *Si laedat* V. K. Z. 10 * *Nec male vixit* Vr. H. *iussit* Ba. B. 11 * *populoque benignius* V. T. *benignior* Cun. ex ingenio. 12 * *accedis* Ch. A. a 2. m. *accedas* An. C.,

Si pranderet olus patienter, regibus uti
Nollet Aristippus. Si sciret regibus uti,
Fastidiret olus, qui me notat. Utrius horum
Verba probes, et facta, doce; vel iunior audi,
Cur sit Aristippi potior sententia: namque
Mordacem Cynicum sic eludebat, ut aiunt:
Scurror ego ipse mihi; populo tu: rectius hoc et
Splendidius multo est. Equus ut me portet, alat rex,
Officium facio. Tu poscis vilia: verum es
Dante minor; quamvis fers te nullius egentem.
Omnis Aristippum decuit color, et status, et res,
Tentantem maiora, fere praesentibus aequum.
Contra, quem duplici panno patientia velat,

et notatum ex ms. in ora editionis Aldi 1509. in Bibl. Barb. 21 *vilia verum es* V. A. P. Vr. D. H. a 2. m. Ch. E. An. A. a 2 m. C. a 1. m. Ba. A. B., alii mss. apud Pulm. Val. Combe, Porphyrio ms. et editus, Commentator Cruquianus, edit. Princ. Venn. 1478. 1479. 1481. 1483. 1486. 1490. 1492. 1495. 1509. Flor. 1482. Aldus 1501. 1509. 1519. Iunta 1503. Britann. 1520. Basill. 1527. 1531. 1580. Frib. 1536. Dion. ab Harsio 1538. R. Steph. 1544. Mur. Torr. Bond, Dac. *vilia verum* V. D. E. I. Vr. B. C. E. F. Vp. D. F. Ch. F., alii mss. apud Pulm. Cruq. Torr.; atque ita Zar. Cruq., praefert in nota Torr. *vilia rerum* V. B. D. E. K. O. R. S. T. Vr. I. Vp. A. C. Ch. A. An. B., alii mss. apud Lamb. Pulm. Cruq. Talb. Val.; restituit Lambinus ex suis mss., et quod dicatur *vana rerum*, *amara curarum*, *augusta viarum*. In ejus sententiam pedibus iverunt fere omnes editores, et praesertim recentiores Baxt. Bentl. Cun. Sau., [Bod.] ceteri. Sed prima lectio praeferenda tum ob auctoritatem mss., tum ob Porphyrionem ante mss. omnes notos; tum quia magis urget in dialogo, et irrisoria responsione. 25 * *velat patientia panno* V. Z. 25 *duplici panno*. Haec de Diogene accipio, de quo S. Hieron. contra Iovin. l. 2. c. 9.: *Refert Satyrus*

Mirabor, vitae via si conversa decebit.
Alter purpureum non exspectabit amictum;
Quidlibet indutus celeberrima per loca vadet;
Personamque feret non inconcinnus utramque:
Alter Mileti textam cane peius et angui
Vitabit chlamydem: morietur frigore, si non
Retuleris pannum: refer, et sine vivat ineptus.
Res gerere, et captos ostendere civibus hostes,
Attingit solium Iovis, et caelestia tentat.
Principibus placuisse viris, non ultima laus est.
Non cuivis homini contingit adire Corinthum.
Sedit, qui timuit, ne non succederet: esto.
Quid? qui pervenit, fecitne viriliter? Atqui
Hic est, aut nusquam, quod quaerimus. Hic onus horret,

qui illustrium virorum scribit historias, quod Diogenes palliolo duplici usus sit propter frigus. Id quoque tradit Laertius in vita Diogenis VII. segm. 22. Vide etiam Dacer. Averani Dissert. in Anth. 84. n. 12. t. 1. p. 221.; quamquam Batteux in Acad. Inscript. ad annum 1754. t. 26. p. 4. Mem. edit. in 4. Horatium loqui putet de Antisthene. Sanadonus pannum *duplicem* dictum putat pro *crasso, vili.* 27 * *expectavit* Vp. A. *expectabat* V. Q. Z. Vp. D. Ch. F. *evitabat* Vr. B. *evitabit* ms. 1. Lamb. 1. Val.

28 * *vadit* V. O. Vr. E. Vp. A. F. Va. C. 30 *angui* Vr. D. Ch. A.; ita Priscianus ms., apud Putsch. c. 766., ita Aldus 1509. 1519. Dion. ab Harsio Lugd. 1538, XX. editiones asserit Cun.; Bentl. restituit, sequuntur anonymus Trai. ad Rhen. 1713. Cun. San. Mervill. Wakef. Zeun. Al. [Bod.] *angue.* 31 *vitavit* V. E. I. M. O. Vr. C. F. a 1. m. Va. C., alii mss. apud Pulm., edit. Venn. 1478. 1479.

32 * *Detuleris* Ch. F. 32 *et sic vivit* Nestor Dionysius in Lexico. 33 *Res gerere.* Hic versus in Vr. I. postponitur sequenti. 36 * *hominum* Vr. I. Ch. F. a 2. m. An. B. C.; notatum ex ms. in ora edit. Aldi 1519. in Bibl. Angel.

Ut parvis animis, et parvo corpore maius;
Hic subit, et perfert. Aut virtus nomen inane est;
Aut decus, et pretium recte petit experiens vir.
Coram rege suo de paupertate tacentes,
Plus poscente ferent: distat, sumasne pudenter;
An rapias. Atqui rerum caput hoc erat, hic fons.
Indotata mihi soror est, paupercula mater,
Et fundus nec vendibilis, nec pascere firmus,
Qui dicit; clamat, victum date: succinit alter,
Et mihi dividuo findetur munere quadra.
Sed, tacitus pasci si posset corvus, haberet
Plus dapis; et rixae multo minus, invidiaeque.

40 * *et parvis* An. B. 41 * *et profert* Vr. I. *et praefert* edit. Basill. 1527. 1531. *ac perfert* Zar. 1470., Cun. more suo.

42 * *aut pretium* Vr. I. An. A. 43 *sua* Vr. D., ms. 1. apud Val. 1. apud Bentl., qui adoptavit in textu, meris argutiis. *Rex* hìc est amicus dives, benevolus, generosus, ut Maecenas supra epist. 7. 37.; ideoque bene *suus* dicitur. Colum. de Re rust. lib. 1. in praef. 9.: *An honestius duxerim mercenarii salutatoris mendacissimum aucupium circum volitantis limina potentiorum, somniumque regis sui rumoribus inaugurantis?* Plaut. in Sticho III. 2. 1: *Libros inspexi; tam confido, quam pote est, Me meum obtenturum regem ridiculis meis.* Sequuntur Bentleium Baxt. San. Mervill. Phil. Sandby, Gesn. Batt. Val. Dor. Oberl. Combe, Wakef. Wetz. Zeun. Sed. iam ante Bentleium ita legerant aliqui editores, Frischlinus, Piscator, Lubinus, alii, quos recenset Cun. 44 *ferunt* V. A. a 1. m. I. S., Cun.; *ferant* V. P., edit. Ven. 1495. 45 * *et fons* V. A a 1. m.

49 *findatur* V. K; sic in nota Lamb., et laudat in nota Dacerius; recepit Val. * *scindetur* Vp. D. ex glossemate. 49 *quadrans* ms. 1. Pulm. 1. Cruq. 1. apud Combe, et ita refert Donatus. 51 *rixae minus, et minus* Cur.

Brundisium comes, aut Surrentum ductus amoenum,
Qui queritur salebras, et acerbum frigus, et imbres;
Aut cistam effractam, et subducta viatica plorat;
Nota refert meretricis acumina, saepe catellam,
Saepe periscelidem raptam sibi flentis; uti mox
Nulla fides damnis, verisque doloribus adsit.
Nec, semel irrisus, triviis attollere curat
Fracto crure planum; licet illi plurima manet
Lacrima; per sanctum, iuratus dicat, Osirim!
Credite, non ludo; crudeles tollite claudum!
Quaere peregrinum, vicinia rauca reclamat.

ex ingenio, San. [Bod.]. 52. *Brundisium* Vid. I. sat. 5. ult. 54 *et cistam* edit. Zar. 1470. Venn. 1481. 1486. 1490. Iunta 1503. 54. *et subducta* mss. apud Combe, et editiones praedictae, Aldus 1509. 1519. Britann. 1520. Dion. ab Harsio Lugd. 1538. Mur. Chab. D. Heins. Torr. Desprez, Bond. Talb. 59 *planum*. *Planus* est circulator, impostor, homo vagabundus. Cic. pro Cluent. c. 26.: *Hic ille planus improbissimus, quaestu iudiciario pastus.* Petron c. 82.: *Notavit me miles, sive ille planus fuit, sive nocturnus grassator.* c. 140.: *Unde plani autem, unde levatores viverent, nisi aut locellos, aut sonantes aere sacellos pro hamis in turbam mitterent?* ibique Interpretes.

59* *manat* Vp. A. Ch. E. *plura manaret* edit Princ. [60 Bod.: *Osirin.*] 61 * *credite claudum* Vr. I. 62 *cauta reclamet* Markl. Epist. crit. p. 135. seqq., audacter, et inscite de more, dum frigidam, ac insulsam vocem substituit propriae, et ad rem elegantissimae, si, quid sit *raucus*, ipse intelligit; et quare ad irrisionem adhibeatur: nempe indicatur sonus ille asper vocis, qui ut plurimum a raucedine provenit: vel, ut ait Festus: *Ravam rocem significare ait Verrius raucam, et parum liquidam, proxime canum latratum: unde etiam caussidicus pugnaciter loquens rabula appellabatur.* Hinc Claudian. II. in Eutrop. 370. seqq.: *Qualis pauperiem nutrix invisa puellis Adsidet, et tela communem quaerere victum*

EPISTOLA XVIII.

AD LOLLIVM.

Amicitiae officia retractat; et de paranda animi tranquillitate agit.

Si bene te novi, metues, liberrime Lolli,
Scurrantis speciem praebere, professus amicum.
Ut matrona meretrici dispar erit, atque
Discolor; infido scurrae distabit amicus.
Est huic diversum vitio vitium prope maius;
Asperitas agrestis, et inconcinna, gravisque,
Quae se commendat tonsa cute, dentibus atris;
Dum vult libertas dici mera, veraque virtus.

Rauca monet. Inde etiam *rauca cymbala* Propert. III. el. 15. 36. *raucae cicadae* Virg. II. E. 12., et ranae. Apul. I. Met. p. 7. edit. Pric.: *Cauponem quoque vicinum, atque ob id aemulum, deformavit in ranam: et nunc senex ille, dolium innatans vini sui, adventores pristinos in faece submissus officiosis ronchis raucus appellat.* Sen. in Apocol. ante medium: *Vox, qualis esse marinis bestiis solet, rauca, et implicata.* Confer II. od. 14. 14. I. sat. 4. 66. 62. *reclamet* Ch. F. *reclamant* coniicit N. Heinsius.

5 *et prope* ex mss. Lambinus, et notatum ex ms. in ora editionis Aldi 1519. in Bibl. Angel. 7 * *tunsa* V. A. *densa* notatum in dicta editione. *Commendat se intonsa cute* Sanad. ex ingenio audaci. 8 *dici mera* V. A. T. Vr. C. D. G. I. Ch. A. E. F. Va. A., alii mss. apud Pulm. Torr. Bersm. Bentl. Barth. Advers. XXXVII. 22., notatum in praedicta editione, Iunta 1503.; revocavit in textum Bentleius, inde anonymus Trai. ad Rhen. 1713. Cun. Sanad. Sandby, Gesn. Val. Oberl. Dorigh. Combe, Wakef. Wetz. Zeun. Vulgo ab editione Principe, *mera dici.*

Virtus est medium vitiorum, et utrinque reductum.
Alter, in obsequium plus aequo pronus, et imi
Derisor lecti, sic nutum divitis horret;
Sic iterat voces, et verba cadentia tollit;
Ut puerum saevo credas dictata magistro
Reddere, vel partes mimum tractare secundas.
Alter rixator, de lana saepe caprina
Propugnat, nugis armatus: scilicet, ut non
Sit mihi prima fides; et, vere quod placet, ut non
Acriter elatrem, pretium aetas altera sordet.
Ambigitur quid enim? Castor sciat, an Dolichos plus;

9 * *vitiorum utrinque*, sine *et*, V. A. Vr. D. Ch. E.

9 *redactum* V. K. Z. An. B. a 2. m., edit. Princ. Zar. Med. 1477. Venn. 1478. 1479. 1481. 1495. Ascens.

11 *sic vultum* ms. apud Bentl. 14 * *partes nimium* V. E. Ch. F. An. C. Al. *minimum*. 14 *recitare* ms. apud Combe. 15 *rixator* coniicit Mur., probat Cun.; reiecerat Bentl., quia *rixator* nuspiam invenerat; sed Cun. Quinctilianum Inst. Orat. XI. 1. objecit: *Videas autem rixatores quosdam neque iudicum reverentia, neque agendi more ac modo contineri.* Cui adde Iul. Firmic. de Err. prof. Relig. V. 8.: *Homines erant mali, litigiosi, rixatores, contentiosi.* Unica, et vera lectio, quam praesertim contextus exigit, et antecedentia *agrestis, alter pronus, derisor;* hinc *alter rixator.* Sensui hiulco, et inconcinna male medetur Bentleius, addens *et* ad *propugnat.* Cruquius ex duobus mss. legebat *rixatus.* Al. *rixatur.*

17 * *fides?* V. A. Vr. H. 19 * *Ambigitur? quid enim?* V. A. Non tamen ita videtur interpungendum; nam sensus spectat ad praecedentia, de quibus rixator ille; et addit poeta: quibus de rebus tandem rixatur? Confer. II. sat. 6. 44. 19. *Dolichos* ex tribus mss. et Commentatore suo Cruquius; sequuntur Cun. San. Merv. Phil. Gesn. Val. Oberl. Combe, Wakef. Wetzel, Zeun. Recte: est nomen servi barbari, ut I. sat. 6. 38. II. 5. 18., ab insula Dolicha

Brundisium Minuci melius via ducat, an Appi.
Quem damnosa Venus, quem praeceps alea nudat;
Gloria quem supra vires et vestit, et ungit;
Quem tenet argenti sitis importuna, famesque;
Quem paupertatis pudor, et fuga; dives amicus,
Saepe decem vitiis instructior, odit, et horret:
Aut, si non odit, regit: ac, veluti pia mater,
Plus quam se sapere, et virtutibus esse priorem
Vult; et ait prope vera. Meae, contendere noli,
Stultitiam patiuntur opes. Tibi parvula res est;
Arta decet sanum comitem toga: desine mecum
Certare. Eutrapelus, cuicumque nocere volebat,
Vestimenta dabat pretiosa: beatus enim iam,
Cum pulchris tunicis sumet nova consilia, et spes;
Dormiet in lucem; scorto postponet honestum
Officium; nummos alienos pascet; ad imum

Plin. H. N. IV. 12. sect. 23. Al. [Bod.] *Docilis*. 20 *Minuci* V. A. O. Q. Vr. B. C. D. F. H. Vp. A. Ch. A. E. An. B. C., alii mss. apud Lamb. Pulm. Cruq. Torr. Talb.; probant Turn. Advers. I. 21. Torr. Talb. Sanad. Gesn.; tenent alii recentiores, Bentl., anonymus Trai. ad Rhen. 1713. Cun. Phil. Merv. Sandby, Dor. Oberl. Combe, Wakef. Wetz. Zeun. Eadem *via Minucia*, de qua Cic. IX. ad Att. 6., ut legunt meliores Interpretes, et Hennisius ad Bergerium, pro *Numicia*. Al. *Numici* in mss. multis, et editis. * *Mimici* Vp. D. Ba. B. *Muneci* V. E. *Munici* V. D. M. 21 * *quem in praeceps* V. T. 24 * *aut fuga* Ch. F.

26 * *et si* Ch. F. 28 * *ait et* Ch. A. *ut ait* Ba. B.

28 *mihi; mecum*. 33 *Pulchris cum tunicis* Cun. more suo. 33 * *sumit* V. A. 33 * *ac res* Ba. E. *et res* Va. A. a 1. m. *exspes* ex 1. ms. Cruquius: *ac spes* Cun. et San. ex gutture suo. 35 *pascet*, quam lectionem male defen-

Thrax erit aut olitoris aget mercede caballum.
Arcanum neque tu scrutaberis illius umquam;
Commissumque teges et vino tortus, et ira.
Nec tua laudabis studia, aut aliena reprendes;
Nec, quum venari volet ille, poemata panges.
Gratia sic fratrum geminorum, Amphionis, atque
Zethi, dissiluit; donec suspecta severo
Conticuit lyra. Fraternis cessisse putatur
Moribus Amphion: tu cede potentis amici
Lenibus imperiis; quotiesque educet in agros
Aetolis onerata plagis iumenta, canesque;
Surge, et inhumanae senium depone Camenae;
Cenes ut pariter pulmenta laboribus empta:
Romanis sollemne viris opus, utile famae,
Vitaeque, et membris: praesertim quum valeas, et
Vel cursu superare canem, vel viribus aprum
Possis. Adde, virilia quod speciosius arma

dit Rappoltus c. 40. p. 815. 36 *Threx* Vid. II. sat. 6. 44. 37 *scitaberis* Cun. San. 37 *illius* Vr. I., ms. Gott. apud Gesn. 1. apud Val., notatum ex ms. in ora editionis Aldi 1519. in Bibl. Ang., et ex 2. aliis restituit, et probat Bentleius; praesertim id suadente contextu, vv. 2. 24. 40. 44. 73. 84.; ex quibus evidenter patet, huius epistolae unicum argumentum esse, praecepta dare Lollio, quibus obtemperans Tiberio gratior fieret, et acceptior; ut amicitia eius in rem suam uteretur. Sequuntur anonymus Trai. ad Rhen. 1713. Baxt. Cun. San. Mervill. Phil. Gesn. Sandby, Val. Dor. Oberl. Combe, Wakef. Wetz. Zeun.; et ita citant Beroald. et Lotich. Al. *ullius*. 39* *reprehendas* Vr. C. a 1. m. 40* *pangas* V. D. E. T. Vr. H. Ch. F. a 2. m. Va. A. a 1. m. 44* *parentis* Ch. E. 45* *educis* Vp. D. Ch. A. 46 *Aeoliis* ex Ulitio San.; sed iam refutaverat Bentleius, cum membranis omnibus, excepto

Non est, qui tractet. Scis, quo clamore coronae
Proelia sustineas campestria: denique saevam
Militiam puer, et Cantabrica bella tulisti
Sub duce, qui templis Parthorum signa refigit
Nunc; et, si quid abest, Italis adiudicat armis.
Ac, ne te retrahas, et inexcusabilis absis;
Quamvis nil extra numerum fecisse, modumque
Curas; interdum nugaris rure paterno.

ms. Bos., ob Meleagrum, et aprum Calydonium. 54 *sustentes* Cun. ex ingenio, et San.; addens et ex editione Cadom. 1480. Vid. II. epist. 1. 1. 56 *refigit* V. A. B. a 2. m. C. D. E. M. T. Vr. C. D. E. I. Vp. D. Ch. A. F. An. A. Ba. A. Va. C., alii mss. apud Lamb. Pulm., omnes Cruquii, omnes Torr., alii apud Bentl. Val. Oberl., notatum ex ms. in ora editionis Aldi 1509. Bibl. Barb., Aldus 1501. Cruquius; revocavit in textum Bentl., inde anonymus Trai. ad Rhen. 1713. Baxt. Cun. San. Merv. Phil. Gesn. Sandby, Dorigh. Oberl. Combe, Wakef. Wetz. Zeun. Bentleius refert ad annum V. C. DCCXXXIV.; Wetz. in historia vitae Horatii per consules digesta, §. 64. ad annum praecedentem ex Dione LIV. 8., qui narrat, signa ista ab Augusto fuisse suspensa in templo Martis Ultoris. Confer IV. od. 15. 7. Al. *refixit*. 57 *Nunc et* V. A. T. Vr. C. D. H. I. Ch. A. E. F. Ba. B., alii mss. apud Lamb. Pulm., omnes Cruquii, 2. Torr. 2. Oberl.; admiserunt in textum praedicti editores omnes. Al. *Et nunc* in editis inde ab Aldo 1501. 57 * *advindicat* Vr. I. *abiudicat* Vr. H. *adiudicat arvis* Bentl. in nota; sed argutiis. 58 * *Ac te ne* Vr. A. a 2. m. 58 *abstes* Bentl. argutiis, ex male intellecta significatione verborum *absum*, et *absto*, quae occurrunt, primum hìc; alterum de Arte poet. 362. *Absum* negat praesentiam simpliciter: *absto* negat praesentiam in aliquo loco proximo; sed affirmat in aliquo plus, aut minus remoto, ut l. c. Adoptarunt nihilominus Baxt. San. Merv. Phil. Dor. Oberl. Combe, Wakef. Wetz. Zeun. [Bod.] 63 *Hadria*. Vid. I. od. 3. 15. 64 * *coronat* V. D.

Partitur lintres exercitus: Actia pugna,
Te duce, per pueros hostili more refertur.
Adversarius est frater; lacus, Hadria; donec
Alterutrum velox victoria fronde coronet.
Consentire suis studiis qui crediderit te,
Fautor utroque tuum laudabit pollice ludum.
Protinus ut moneam, si quid monitoris eges tu;
Quid de quoque viro, et cui dicas, saepe videto.
Percontatorem fugito: nam garrulus idem est;
Nec retinent patulae commissa fideliter aures;
Et semel emissum volat irrevocabile verbum.
Non ancilla tuum iecur ulceret ulla, puerve,
Intra marmoreum venerandi limen amici:
Ne dominus pueri pulchri, caraeve puellae,
Munere te parvo beet; aut incommodus angat.
Qualem commendes, etiam, atque etiam adspice; ne mox
Incutiant aliena tibi peccata pudorem.
Fallimur, et quondam non dignum tradimus: ergo
Quem sua culpa premet, deceptus omitte tueri;
Ut penitus notum, si tentent crimina, serves;
Tuterisque tuo fidentem praesidio: qui

71 * *Et volat emissum semel* Hildeb. Mor. phil. c. 984. 73 *Inter* Vr. C., edit. Venn. 1479. 1481. 1483. 1486. 1490. 1492. 1495. Flor. 1482. Lips. 1499. Iunta 1503.

74 * *Ne pueri dominus* V. D. E. Vr. H. Vp. A. Va. A., *pueri cari pulchraeque* ms. 1. apud Pulm. 76 *commendas* edit. Ven. 1552. 77 *ruborem* Cun. more suo. 78 *et quemdam* edit. Flor. 1482. Venn. 1483. 1486. 1490. 1492. 1509.

79 * *premit* V. K. P. U. Z. Vp. A. D. Ch. E. An. B. *premat* V. A. a 1. m. 80 *At penitus* Bentleius [Bod.] ex coniectura, et nulla necessitate. *Ac penitus* Cun. Vide epist. 19. 3. (?) 81 *fidens est praesidio* Vr. C. a 2. m.,

Dente Theonino quum circumroditur, ecquid
Ad te post paullo ventura pericula sentis?
Nam tua res agitur, paries quum proximus ardet;
Et neglecta solent incendia sumere vires.
Dulcis inexpertis cultura potentis amici;
Expertus metuit. Tu, dum tua navis in alto est,
Hoc age, ne mutata retrorsum te ferat aura.
Oderunt hilarem tristes, tristemque iocosi;
Sedatum celeres; agilem, gnavumque remissi;
Potores bibuli media de nocte Falerni

alius ms. apud Oberl., et notatum ex ms. in ora editionis Aldi 1501. in Bibl. Vatic. *fidenter* ex ms. apud Barth. Advers. XXXVII. 22. Bentleius, quem sequuntur anonymus Trai. ad Rhenum 1713. Cun. San. Mervill. Wakef. [Bod.]; refutant Gesn. et Wetz. Egregia est sententia in lectione vulgata; ut Lollius tueatur illum, qui in eius patrocinio confidit, si tanto patrocinio dignus repertus fuerit. Ad quid enim tot verba, ut ipse defendat *omni fidentia praesidio suo* hominem, qui eius patrocinium non imploret, etsi ut vir probus ei notus sit? 82 *en quid, et quid.*

86 *amici est* ms. apud Combe. 87 * *metuat* V. A. a 1. m. *metuet* V. Z. Vr. D. a 2. m. Ch. A. a 1. m. F., alii mss. apud Pulm. 89 *hilarum* Cun. inepte. 91 *Potores liquidi* aliquot mss. apud Georg. Fabric., qui damnat, et *potores bibuli* retinendum affirmat; exponens, *vehementiae causa, id est temulentiae assueti;* quos vulgo nos dicimus *sponghini;* bibuli ut spongiae. *Potores liquidi* etiam habet Hildebert. Mor. phil. c. 989. Sed plane amore novitatis lectionem *liquidi* tuetur Bentleius; et aliam insuper *de luce*, unius ms. (cui concinunt 2. alii apud Combe), pro *de nocte:* vere in media luce caecutiens; et elegantiam sententiae perdens, quae recta, et planissima est; ut exponit Gesnerus. Potores acres, vinosi, oderunt te, recusantem bibere pocula Falerni post mediam noctem tibi porrecta; quamvis iures, te recusare ob metum aestus nocturni a vino intempestive oriturî.

Oderunt porrecta negantem pocula; quamvis
Nocturnos iures te formidare vapores.
Deme supercilio nubem: plerumque modestus
Occupat obscuri speciem, taciturnus acerbi.
Inter cuncta leges, et percontabere doctos,
Qua ratione queas traducere leniter aevum:
Num te semper inops agitet, vexetque cupido;
Num pavor, et rerum mediocriter utilium spes:
Virtutem doctrina paret, naturane donet:
Quid minuat curas, quid te tibi reddat amicum:

Vide epist. 14. 34. [utraque lectio Bentleii expressa in Bodon.] Rosellus *bibuli* interpretatur *Bibuli consulis*, de quo III. od. 28. 92 * *negantes* V. D. a 1. m.

93 *vapores* An. B. Ba. B., alii mss. apud Val. Aldus 1501. 1509. 1519.; et inde vulgata fere apud omnes usque ad Talbot, qui restituit *tepores* aliorum mss., et priscarum editionum; deinde adoptarunt Bentl. anonymus Trai. ad Rhen. 1713. Cun. Sanad. Mervill. Phil. Sandby, Dorigh. [Bod.] *Tepores* ortum puto, cum Baxtero, e glossemate; licet tot mss. assertum. *Vapores* sunt, quos vulgo dicimus, *i vapori*, *i fumi del vino*, *che danno al capo*.

94 *supercilio nubem*. Plura Graecorum, et Latinorum loca ad hoc collegit Bochart. Hieroz. I. 3. c. 2. col. 728. t. 2. 97 *transducere* ms. apud Lamb. 98 *Num te* V. A. T. Vr. B. C. D. a 2. m. F. a 1. m. H. Ch. A. F., alii mss. apud Lamb. Pulm. Cruq. Torr. Val. Oberl. Commentator Cruquianus, notatum ex ms. in ora editionis Aldi 1519. in Bibl. Ang. Al. *Nec te*, *Non te*, *Neu te*, vel *Ne te*, [Bod. utrobique.] praesertim apud recentiores editores inde ab Aldo 1501. Haud interrogative scribendum puto, magis ex toto contextu: ita in versu sequenti. Eadem varietas apud Plin. in Paneg. 49., atque apud alios auctores passim. 99 *Num pavor*. Ut in versu praecedenti. 100 *naturave*, *naturaque*, 101* *minuit* Ch. F.

Quid pure tranquillet; honos, an dulce lucellum,
An secretum iter, et fallentis semita vitae.
Me quoties reficit gelidus, Digentia, rivus,
Quem Mandela bibit, rugosus frigore pagus;
Quid sentire putas? quid credis, amice, precari?
Sit mihi, quod nunc est; etiam minus; et mihi vivam
Quod superest aevi, si quid superesse volunt Di:
Sit bona librorum, et provisae frugis in annum,
Copia; ne fluitem dubiae spe pendulus horae.
Sed satis est orare Iovem, quae donat, et aufert:

104 *gelidis-rivis* mss. 2. apud Val. 107 *et mihi* V. B. O. Vr. A. B. a 2. m. C. D. E. G. Vp. D. F. Ch. A. F. An. A. C., alii mss. apud Pulm. Torr.; ex suis restituerunt Lamb. et Cruquius, et iterum Baxt. Bentleius; inde anonymus Trai. ad Rhen. 1713. Cun. San. Mervill. Phil. Sandby, Gesn. Dorigh. Oberl. Combe, Wakef. Wetz. Zeun. * *at mihi* Vp. A. Al. *ut mihi* 108 * *sit quid* Vp. B.

110 *neu fluitem* ex mss. Bentleius, sequitur anonymus Trai. ad Rhen. 1713. [Bod.] 110 * *Hoc satis* V. P. T. *Haec satis* V. A. a 2. m., alii mss. apud Lamb.; et aliquando fuit lectio vulgata. *Sed* adversativa est correctio praecedentium votorum. 111 *quae* Vr. A. C. a 2. m. E.; ex 3. mss. Torrentii, qui laudat in nota, et ex Acrone, et Prophyrione restituit Talbot; sequuntur Baxt. Bentl. anonymus Trai. ad Rhen. 1713. Cun. San. Mervill. Sandby, Dorigh. Oberl. Combe, Wakef. Wetz. Zeun. Rectius; et ita requirit sententia: nempe ea, quae Iupiter solet dare, bona temporalia; non quae animum, animi dotes, virtutes respiciunt; ex Ethnicorum philosophorum opinione, damnata etiam communi sensu. Al. *qui*. 111 *ponit* V. B. D. K. S. Vr. B. a 1. m. C. I. Vp. A. a 2. m. D. Ch. A. An. A. C., alii mss. apud Cruq. Bentl. Val. Combe; praetulit Bentleius; sequuntur anonymus Trai. ad Rhen. 1713. Cun. San. Merv. Sandby, Dorigh. Sed retinenda alia lectio vulgata *donat*, quam habent ceteri mss. nostri,

Det vitam, det opes; aequum mî animum ipse parabo.

EPISTOLA XIX.

AD C. CILNIVM MAECENATEM.

Vitiosam in Carminibus pangendis imitandi rationem suggillat; et cur sua poemata quibusdam non placeant, ostendit.

Prisco si credis, Maecenas docte, Cratino,
Nulla placere diu, nec vivere carmina possunt,
Quae scribuntur aquae potoribus. Ut male sanos
Adscripsit Liber Satyris, Faunisque poetas;
Vina fere dulces oluerunt mane Camenae. 5

et aliorum, et Ioannes Sarisberiensis Polycr. III. 9; quippe cui favet proprietas verbi, quod hic Deorum beneficentiam, liberalitatem includit ad hominum utilitatem; ut III. od. 8. 27.; et eodem sensu generali passim alibi. Contra *ponere*, est simpliciter *deponere*, vel *collocare*; ut in loco ab ipso Bentleio adducto, I. od. 34. 16.; et alibi saepe. Errorem inde puto ortum, quod in aliquibus mss. lectum sit *ponat;* unde postea a 2. manu emendatum *ponit;* quum restitui debuisset *donat*. Sic in V. E. habetur *ponat;* in Vr. A. *ponat*, a 2. m. *ponit*. 112 *op.; animum mihi ego ipse p.* mss. apud Bentl., et Ioannes Sarisber l. c.; sequitur Sanad.

1 *Cratino*. Idem, de quo I. sat. 4. 1. 3 *aquae potoribus*. Dativo casu, ut I. od. 6. 1. 3 *Ut male sanos*. Et in mss. Scholiastae, et in editis critici, disputant, an *ut* interpretari debeat pro *postquam;* an pro *tamquam* Pro hac significatione stant praesertim Lambinus, Marcil. Bentl. Cum Porphyrione, Cruquio, Torrentio, aliisque non paucis, pro *postquam*, seu verius *statim ac*, illud accipio; ut v. 10. *Hoc simul*, id est, *simul ac*: nempe, statim ac Liber adscripsit poetas, vel ipsae Musae oluerunt. 4 *Adscribit* V. P. Q. T., alii mss. apud Pulm.; ita in editis

Laudibus arguitur vini vinosus Homerus:
Ennius ipse pater numquam, nisi potus, ad arma
Prosiluit dicenda. Forum, Putealque Libonis
Mandabo siccis; adimam cantare severis.
Hoc simul edixi; non cessavere poetae
Nocturno certare mero, putere diurno.
Quid? si quis vultu torvo ferus, et pede nudo,
Exiguaeque togae simulet textore Catonem;

inde ab Aldo 1501. 1509. 1519. Basill. 1527. 1531. R. Steph. 1544. G. Fabric. 1555.; errore manifesto. 8 *Prosiliit.*

10 *edixi* Vr. A. a 1. m. C. a 1. m. An. A. a 1. m., alius ms. Lambini a 2. m., 1., Torr. 2. Bersm. 1. Bentl. 7. Val.; ita in nota legit Torr., laudat in nota Talbot, restituit in textu Bentl., sequuntur anonymus 1713. Cun. San. Merv. Phil. Sandby, Batt. Gesn. Val. Dorigh. Wakef.; indocte reiiciunt Baxt. Wetz. Zeun. Ex contextu toto, et ex locis Romanis, Foro, et Puteali Libonis, quis scite dubitare poterit, hic, post alios, Horatium ipsum loqui edictali more Praetoris, et queri, quod poetae sui temporis, illum imitentur in laudibus vini, atque in potando; non in veris ingenii dotibus, et carminis arte? Apertissime id suadent, quae sequuntur de imitatione, quae neque ad Bacchum, neque ad Cratinum, neque ad Ennium referri possunt; sed ad Horatium, qui itidem sui exemplum fingit in v. 18.; quod si proponere velit, sequuturos auguratur ineptos illos poetas. Attente legas contextum omnem ad finem, in quo veluti tabellam vitae suae pictam Maecenati appendit, ut ipse de Lucilio dixit II. sat. 1. 33. Confer II. sat. 2. 2. I. epist. 5. 19. de Arte poet. 295. seqq. *edixti* (o Maecenas) D. Heins. in nota ex coniectura; et ita lego in An. A. a 2. m. Al. *edixit.* 19 *nec cessavere* edit. Venn. 1479. 1481. Lips. 1499. 11 *potare* V. Q. An. C., edit. Ven. 1650. 12 * *Quod si* Ch. A. a 2. m. An. A.

13 *tesquore* mss. quidam apud Muret.; pro *squalore*, ut ipse interpretatur vocem novam. Refutavit Lamb. Pul-

Virtutemne repraesentet, moresque Catonis?
Rupit Iarbitam Timagenis aemula lingua; 15

mannus, Turneb. Advers. XVII. 22.; sed iterum laudavit in nota Dacer., merito explosus a Baxt., aliisque. Non solum mss. omnes ceteri; sed et Acron, et Porphyrio repugnant. *Textore* pro *textura*; ut I. epist. 1. 94 *tonsore* pro *tonsura*. 15 *Iarbitam* V. A. D. O. Z. Vr. A. Vp. A. a 1. m. D., alii mss. apud Pulm., Commentator Cruquianus; restituit Georgius Fabric., ut ab Iarba rege Mauritano derivatum, quia Maurus erat ille. Sequuntur Pulm. Torr. Baxt. Bentl. anonymus Trai ad Rhen. 1713. Cun. San. Merv. Gesn. Val. Dorigh. Oberl. Combe, Wakef. Wetz. Zeun. *Hyarbitam* ab Aldo 1501. Iunta 1503. vulgo in aliis editis. In quibusdam priscis editionibus, et in mss. mira varietas in hoc nomine, quam partim iam notaverat Torrent.; *Hiarbitam*, *Iarbitham*, *Hyharbitam*, *Yarbitam*, *Hyrabitam*, *Tarbitam*, *Barbitam*, *Tharbitam*, *Tharpitam*, *Barbutam*, *Taibytam*. Eadem varietas in mss. Acronis, et Porphyrionis, et in editionibus primis; licet in aliis *Hyarbitam* legatur. 15 *aemula cena* mss. apud Torr., qui notat, id eo referri posse, quod inter pocula certamen illud initum fuisse Scholiastes narrat. Novitatem arripuit Sanadonus; fisus praesertim Porphyrioni, cuius expositionem ad lectionem conducere putat; quod nempe Timagenes multos conabatur adhibere et cenae, et declamationi suae: dumque ab his multum laudatur, in admirationem sui provocasse Iarbitam dicitur, qui se, et stomachum abrupit, dum Timagenem et dicendo, et pascendo amicos conatur aequare. Sed qui initio apertius dixerat, *dum Timagenem imitatur post convivium, et inter pocula declamantem, propter insolentiam faciendi quod conabatur, paene disruptus est*, cui concinit Acron, magis linguam aemulam supponit, quam cenam; illamque poeta declarat in v. seq. *tenditque disertus haberi*. Praedicta Porphyrionis verba adduximus prout leguntur in emendatioribus editis; at in ms. Ch. hoc modo leguntur, ex quo verum Iarbitae nomen eruimus: *Hic barbita maurus regione fuit cordus quidam timaginem imitatus*.

Dum studet urbanus, tenditque disertus haberi.
Decipit exemplar vitiis imitabile: quod si
Pallerem casu, biberent exsangue cuminum.
O imitatores, servum pecus, ut mihi saepe
Bilem, saepe iocum vestri movere tumultus!
Libera per vacuum posui vestigia princeps;
Non aliena meo pressi pede: qui sibi fidit
Dux, regit examen. Parios ego primus iambos
Ostendi Latio; numeros, animosque sequutus
Archilochi; non res, et agentia verba Lycamben.

17 * *exemplum*, atque *exemplar* Porphyrio ms. Ch.

17 - 18 *Quid si . . . cuminum?* Vr. D. Vp. C., et ita dedit Glareanus Frib. 1536. * *Quod si . . . cuminum?* Vr. A. a 2. m. C. G. Vp. F. In. 3. mss. Torreatius reperit *pro si*, quod ut magis poeticum laudat. Inde Sanadonus intulit in textum *proh! si.* Sequitur Mervill. Sed in hisce omnibus nihil esse mutandum, etiam suadet Porphyrio. De cumino Plinius H. N. XX. 14.: *Ferunt Porcii Latronis... adsectatores, cumini potione similitudinem coloris studiis contracti imitatos.* 19 - 20 *ut mihi bilem*, *ut mihi saepe iocum* ex mss. notat Talbot; admisit in textum Cuning., sequuntur Sanad. Mervill. Eamdem lectionem invenit in alio ms. Bentleius; sed refutavit. Confer I. od. 8. 11. 12. I. sat. 3. 9. I. epist. 17. 55. Virg. VIII. E. 97. seq. III. AE. 185., ubi *saepe* eleganter repetitur. 22 *fidit* V. B. M. O. S. T. Vr. B. F. G. a 1. m. I Ch. A. F. An. C., alii mss. apud Cruq.; Acron, et Porphyrio, Aldus 1501. 1509. 1519. Venn. 1509. 1552. 1573. Britann. 1520. Basill. 1527. 1531. 1580. Frib. 1536. Dionys. ab Harsio Lugd. 1538. R, Steph. 1544. Muret. Pulm. D. Heins. Rutgers. Talbot, Dacer. Desprez, Baxt. Bentl. anonymus Trai. ad Rhen. 1713. Cun. San. Mervill. Phil. Gesn. Batt. Sandby, Val. Dorigh. Oberl. Combe, Wakef. Wetz. Zeun. Al. *fidet.*

23 *regit* V. B. M. O. S. T. Vr. B. F. I. Ch. A. F., Aldus 1501., et alii editores supra laudati. Al. *reget.*

24 *numerosque animosque* Cun. ex aure sua. 25 *Ly-*

Ac, ne me foliis ideo brevioribus ornes,
Quod timui mutare modos, et carminis artem;
Temperat Archilochi Musam pede mascula Sappho;
Temperat Alcaeus; sed rebus, et ordine dispar;
Nec socerum quaerit, quem versibus oblinat atris; 30
Nec sponsae laqueum famoso carmine nectit.
Hunc ego, non alio dictum prius ore, Latinus
Vulgavi fidicen: iuvat immemorata ferentem,
Ingenuis oculisque legi, manibusque teneri.
Scire velis, mea cur ingratus opuscula lector 35
Laudet, ametque domi; premat extra limen iniquus?
Non ego ventosae plebis suffragia venor,
Impensis cenarum, et tritae munere vestis:
Non ego nobilium scriptorum auditor, et ultor,

camben. Vid. epod. 16. 13. 26 27 * *Anne me artem?* Vr. H. *At ne me* Aldus 1501. 1509. 1519 Britann. 1520. Basill 1527. 1531. 1580. Frib. 1536. Dion. ab Harsio Lugd. 1538. Muret. Talbot. 30 *oblinet, oblimat, oblimet.* 31 *famoso crimine.*

31 * *nectat* Ba. A. 32 *Latinus* V. A. a 1. m. B. a 1. m. Q. R. S. a 1. m. T. Vr. A. B. C. a 2. m. E. a 1. m. Vp. F. Ch. A. a 1. m. An. A. Ba. B., omnes mss. Lambini, alii apud Pulm. omnes Cruquii, uno excepto, alii apud Talb. Oberl., edit Ven. 1479. Lamb. Cruq. Talbot, Baxt. Bentl. anonymus Trai. ad Rhen. 1713. Cun. San. Merv. Phil. Sandby, Gesn. Dorigh. Oberl. Combe, Wakef. Zeun. Ut IV. od. 3. 23. *Romanae fidicen lyrae.* Od. 6. 25.: *Doctor argivae fidicen Thaliae Phoebe.* Od. 8. 20. *Calabrae Pierides.* Ovid. IV. Trist. 10. 50. de ipso Horatio: *Dum ferit Ausonia carmina culta lyra.* Al. *Latinis.* 33 * *ferendo* V. A. a 1. m. 34. *Ingeniis* in pluribus mss. nostris, et aliorum, et in priscis editionibus usque ad Iuntam 1503., deinde Muretus, Lambin. Cruq., ceterique recentiores, bene *ingenuis.*

39 * *adiutor et ultor* V. S. Vr. B. a 1. m. An. A. a 2. m. Va. A., ms. 1. apud Gesn. Confer. de Arte poet.

Grammaticas ambire tribus, et pulpita dignor.
Hinc illae lacrimae. Spissis indigna theatris
Scripta pudet recitare, et nugis addere pondus,
Si dixi; rides, ait, et Iovis auribus ista
Servas: fidis enim, manare poetica mella
Te solum, tibi pulcher. Ad haec, ego naribus uti
Formido: et, luctantis acuto ne secer ungui,
Displicet iste locus, clamo; et diludia posco.
Ludus enim genuit trepidum certamen, et iram;
Ira truces inimicitias, et funebre bellum.

419. seqq. *et actor* ms. 1. apud Lamb.; unde aliqui admiserunt in textu; quod refutant Lamb. et Marcil.

43 * *rides?* Vr. D. 45 * *Solum te* V. T. 46 * *Formido luctantis* V. A. Vr. D. 46 *ungue* Vr. C. a 1. m. Vp. A. a 2. m. Va. A., edit. Venn. 1481. 1486. 1490 Iunta 1503. 47 *ille locus* V. A. B G. P. Q. Vr. B. D. E. F. a 1. m. Vp. C. Ch. E., alii mss. apud Torrent., Aldus 1501. Iunta 1503, Lamb. Cruq., laudat Torr. in nota. 47 *ac diludia* Cun. Merv. *ac deludia* ms. 1. apud Val., San., auctoribus, ut ait, Vossio, et Salmasio; inde Dorigh. Ignorat uterque, praepositionem *di* apponi verbis compositis, ut exprimant separationem, seiunctionem, divisionem in duas partes. At praepositio *de* in compositis indicat derivationem. Vid. I. od. 35. 39. de Arte poet. 129. 326. Hinc *diludia* sunt divisiones ludorum in plures dies; sive, ut exponit Porphyrio, *intermissionem*, *vel dilationem ludorum*. Vide etiam Guil. Canter. Nov. lect. I. 6. c. 4. *Deludia* nusquam extat. 48 * *generat trepidum* V. D. *trepidum genuit* Cun. more suo, inde San Merv. * *genuit trepitum* Vr. I.; fortasse *strepitum*, non male. 49 *bellumque funebre* edit. Ven. 1481. *ac funebre* Cun. San. Merv. Dorigh.

EPISTOLA XX.

AD LIBRVM SVVM.

Quae illi reformidanda sint; et quae de auctore ipse praedicare debeat, aperit.

Vertumnum, Ianumque, liber, spectare videris;
Scilicet ut prostes Sosiorum pumice mundus.
Odisti claves, et grata sigilla pudico:
Paucis ostendi gemis, et communia laudas;
Non ita nutritus. Fuge, quo descendere gestis; 5
Non erit emisso reditus tibi. Quid miser egi?

1 * *sectare* Ch. F. 2 * *pumice nudus* V. A. Vr. D. *purus* V. D. *in pumice mundus* notatum ex ms. in ora edit. Aldi 1509. Bibl. Barb. Ovid. I. Trist. 1. 11. 12.: *Nec fragili geminae poliantur pumice frontes, Hirsutus passis ut videare comis.* III. 1. 13. 14.: *Quod neque sum cedro flavus, nec pumice levis; Erubui domino cultior esse meo.* Sosii, librarii, de quibus etiam in Arte poet. 345. CN. POMPEIVS PHRIXVS DOCTOR LIBRARIVS DE SACRA VIA occurrit apud Reines. Inscript 123. cl. XI., de quo plura, et de librariis in illa via, Martorell. de Reg. th. calam. pag. 248. 251. 3 * *pudicis* V. D. Vr. I.

5 *discedere* Vr. G., edit. Flor. 1482. Venn. 1483. 1486. 1490. Lips. 1499. Aldus 1501. 1509. 1519. Iunta 1503. Basill. 1527. 1531. 1580. Frib. 1536. Dion. ab Harsio Lugd. 1538. R. Steph. 1544. Lamb., aliique fere omnes usque ad Baxt. et Bentl., qui restituerunt *descendere* aliorum mss. nostrorum, et aliorum editorum, praesertim Cruquii, et Torrentii, qui omnes suos mss. ita habere asserunt, et laudant in nota. Ita etiam dedit editio Princ., et aliae priscae saepe laudatae. Probat Bentleius prae aliis ex Cic. Senec. Horatio III. od. 1. 11. epod. 7. 7.; ex quibus intelligitur, olim Romanos, qui in Collibus habitabant, descendisse ad Forum, in loco plano atque humili situm. Quod pariter omnes Ciceronis editores observant, nosque perspicimus. Prope Forum erat, hinc Iani, illinc Vertumni templum; et circa Sosii librarii. Bentl. sequuntur ano-

Quid volui? dices, ubi quis te laeserit; et scis
In breve te cogi, plenus quum languet amator.
Quod si non odio peccantis desipit augur,
Carus eris Romae, donec te deserat aetas.
Contrectatus ubi manibus sordescere vulgi
Coeperis; aut tineas pasces taciturnus inertes;
Aut fugies Uticam, aut vinctus mitteris Ilerdam.

nymus Trai. ad Rhen. 1713. Cun. San. Merv. Phil. Gesn. Dor. Oberl. Combe, Wakef. Wetz. Zeun. Vid. epist. 16. 7. Vertumni statuam, in Velabro sitam, loquentem inducit Propert IV. 2., ubi etiamnum haec emendanda: v. 11. *praecerpimus*, pro *praecepimus*, vel *percepimus*. v. 18. *in vincto*, pro *invito*. v. 46.: *Impositus*, *frontem languеat ante meam*, pro *Impositus fronti meae*.

7 *ubi quis* V. E. G. I. K. Q. R. T. Vr. F. G. I. Vp. D. Ch. E., alii mss. apud Pulm. Combe, edit. Princ., ac aliae antiquae; et inde vulgata usque ad Bentleium, qui praetulit aliam lectionem *ubi quid*, aliorum mss. nostrorum, aliquot Pulm., et suorum; rectius, ut putat, ut rem, non hominem intelligamus. Sed nihil ad rem loca, quae ipse affert ex nostro de Arte poet 103. I. epist. 17. 8. II. epist. 2. 16. Potius conferre debebat II. epist. 1. 221. seq. In eius sententiam pedibus iverunt anonymus Trai. ad Rhen. 1713. Sanad. Merv. Gesn. Sandby, Dorigh. Oberl. Combe, Wakef. Wetz. Zeun. [Bod.] *ubi te quid* Cun.

8 * *cogi te* Ch. E. 8 *plenus cum languet* Ch. F.; ex 1. ms. Bentl., ut rotundius et numerosius auri suae; inde anon. 1713. Cun. San. Merv. Phil. Gesn. Val. Oberl. Combe, Wak. Wetz. Zeun. Vid. de Arte poet. 260. Al.: *cum pl.*

9 * *dissipit* V. T. *despicit* An. C. 10 *deserit* V. P. R. An. C., alii mss. apud Valart, edit. Med. 1476. Venn. 1478. 1479. 1483. 1486. 1490. 1495. Flor. 1482. Bentl. *deseret* V. I. K. S. Ch. F., alii mss. apud Val.; ita edit. Med. 1477. Cun. Sanad. Merv. Sandby, Val. [Bod.] 11 *Contractatus*.

13 *auc unctus* V. K. Ba. B., alii mss. apud Valart, edit. Princ. Med. 1476. Ven. 1478; ita aliae multae ex primis, Aldus 1501. 1509. 1519. Iunta 1503.; inde apud alios usque ad Lamb., qui restituit *vinctus*; iterum refutat late,

Ridebit monitur non exauditos; ut ille,
Qui male parentem in rupes protrusit asellum
Iratus. Quis enim invitum servare laboret?
Hoc quoque te manet, ut pueros elementa docentem
Occupet extremis in vicis balba senectus.
Quum tibi sol tepidus plures admoverit aures,

praeter necessitatem, Bentleius. Sed nemo rem acu tetigit. *Aut fugies Uticam, aut vinctus mitteris Ilerdam.* Sensus ex iuris civilis notione pendet. Exulabis, inquit Horatius libro suo, in longinquas terras. Ex tribus speciebus exilii duae erant, *lata fuga*, et *relegatio* in locum determinatum: ut exponit Martianus in l. Exilium 5. ff. de Interd. et releg. Ad primam alludit Horatius, quum ait, *fugies*, quocumque volueris; puta in Africam, Uticam; ad secundam spectat *mitteris Ilerdam.* S. Cyprian. ad Success. epist. 82. edit. Paris 1666.: *Vincti in Caesarianas possessiones descripti mittantur.* S. Irenaeus contra Haeres. lib. 3. c. 14. de S. Paullo Apostolo: *Vinctus Romam missus est.* Et est simul dilogia; ut liber abeat longe a patria vinctus, tamquam reus, in librariorum sarcinis. Petron. c. 102.: *Ego vos in duas iam pelles coniiciam, vinctosque loris inter vestimenta pro sarcinis habebo . . . Vestes quoque diutius vinctas ruga consumit, et chartae adligatae mutant figuram.* 13 * *Ilardam* V. G. Vr. I. *Hilerdam* Vr. G. An. C. 15 *protrusit* V. A. B. D. G. I. K. M. O. P. Q. S. Vr. B. C. D. E. F. G. H. Vp. A. C. D. F. Ch. A. E. F. An. A. B. C. Ba. B. Va. C., alii mss. apud Lamb. Pulm. Cruq., notatum ex ms. in ora edit. Aldi 1501. in Bibl. Vat. et 1509. Bibl. Barb.; restituit Lamb. G. Fabric. Chab. Bond, Talb. Dac. Baxt. Bentl. Cun. San. Merv. Phil. Gesn. Dor. Oberl. Combe, Wakef. Wetz. Zeun. *protrudit* V. T. Va. A., ms. 1. apud Cruq. * *promisit* V. E. Al. *detrusit.* Apul. II. Met. edit. Pric. p. 30.: *Navis ipsa, in qua vehebamur, variis turbinibus procellarum quassata, utroque regimine amisso, aegre ad ulterioris ripae marginem detrusa, praecipitio demersa est.* Sed recte hic *protrusit*, quia ante seagebat asinum. 16 * *laborat* Ch. F. 19 * *sol trepidus* V. P. Vr.

Me libertino natum patre, et in tenui re
Maiores pennas nido extendisse loqueris:
Ut, quantum generi demas, virtutibus addas;
Me primis Urbis belli placuisse, domique:
Corporis exigui, praecanum, solibus aptum:
Irasci celerem; tamen ut placabilis essem.
Forte meum si quis te percontabitur aevum;
Me quater undenos sciat implevisse Decembres,
Collegam Lepidum quo duxit Lollius anno.

I. An. B. Acron, et Porphyrio: *Sol tepidus. Secundum morem librariorum, et magistrorum loquitur, qui circa quartam, vel quintam horam, dictata pueris praebere consueverunt; quo tempore tractabiliores sunt.* 19 *admoverit annos* V. K. a 1. m. Vr. B. a 2. m., alii mss. apud Combe. Sed bene *aures*. Ovid. III. Trist. 7. 25.: *Aut ego praebebam factis modo versibus aures*. IV. 10. 49. seq.: *Et tenuit nostras numerosus Horatius aures, Dum ferit Ausonia carmina culta lyra.* 20 * *patre natum* V. E. a 1. m. T. Va. A. Vid, I. sat. 6. 6. 46. 21 *pinnas* Vr. C., ms. 1. apud Pulm. 22 * *Ut generi quantum demas* Vr. I. *demas generi* ms. 1. apud Pulm. 23 *Me primis Urbis belli*. Sunt Brutus, et Cassius, quorum partes sequutus erat. Vid. II. sat. 1. 76. II. epist. 2. 47. seqq.

23 *bello* Ch. F., mss. 2. apud Pulm. *Belli*, ut *militiaeque*.

24 *domique*. In pace, Augusto, Maecenati, Pollioni, aliisque. Vid. I. sat. 5. 31. seqq. sat. 9. 48. seqq.

27 * *undenum* Vr. B. a 1. m. 28 *duxit quo* Cun. ex aure sua. *Lollius*. Lollius, et Lepidus consules anno U. C. 733. Tunc 44. annos impleverat Horatius mense Decembri. Vide eius vitam in primo volumine.

Q. HORATII FLACCI

EPISTOLARUM

LIBER SECVNDVS.

EPISTOLA I.

AD AVGVSTVM.

Principis laudibus poetarum laudes miscet, in quos illum vult esse benignum; atque recentiores cum veteribus acutissime comparat.

Quum tot sustineas et tanta negotia solus;
Res Italas armis tuteris, moribus ornes,
Legibus emendes; in publica commoda peccem,

1 * *Dum tot* Ba. A. 1 *sustentes* Cun. stulte, ut supra epist. 18. 54. 2 *tuearis* V. A. I. T. Vr. C. Ch. E., alii mss. apud Lamb. 2 *moenibus ornes* coniicit Bentl. in nota; contra quem insurrexit Chishull Inscript. Sig. p. 185. Quae adducit novator, urbem Romam spectant, non *res Italas;* de quibus poeta. Urbem tamen et *moribus* ornavit Augustus. Ovid. II. Trist. 1. 232. seq.: *Urbs quoque te, et legum lassat tutela tuarum; Et morum, similes quos cupis esse tuis.* Vid. IV. od. 15. 10. seq. carm. sec. 57. seqq. 3 *Legibus emendes.* Inscriptio Emeritae in Hispania, apud Grut. p. 149. 4.: ORBE. MARI. ET. TERRA. PACATA. TEMPLO. IANI. CLVSO. ET. REP. PO. ROM. OPTIM. LEGIB. SANCTISS. INSTIT. REFOR. Florus in fine: *Ob haec tot ingentia*

Si longo sermone morer tua tempora, Caesar.
Romulus, et Liber pater, et cum Castore Pollux,
Post ingentia facta Deorum in templa recepti;
Dum terras, hominumque colunt genus, aspera bella
Componunt, agros adsignant, oppida condunt;
Ploravere suis non respondere favorem
Speratum meritis. Diram qui contudit Hydram,
Notaque fatali portenta labore subegit,
Comperit invidiam supremo fine domari.
Urit enim fulgore suo, qui praegravat artes,

facta dictator perpetuus, et pater patriae dictus, tractatum etiam in Senatu, an, quia condidisset Imperium, Romulus vocaretur: sed sanctius, et reverentius visum est nomen Augusti; ut scilicet iam tum, dum colit terras, ipso nomine, et titulo consecraretur. 3 *in commoda publica* V. A., edit. Flor. 1482. Venn. 1483. 1486. 1490. 1514. Lips. 1499. 6 *ingentia fata* Bentl. meris argutiis. Terent. in Eun. V. 9. 59. seq.: *Postquam eis mores ostendi suos, Et collaudavi secundum facta et virtutes tuas, Impetravi:* ubi Donatus: *Proprie facta militibus adscribuntur.* 6 * *in templa revecti* Vp. D. 7 *Dum terras hominumque colunt genus.* Quinctil. Inst. or. X. 1.: *Hos nominamus, quia Germanicum Augustum ab institutis studiis deflexit cura terrarum; parumque Diis visum est, esse eum maximum poetarum.* 8 *agros adsignant.* Augustus ipse in Monum. Ancyrano, apud Grut. p. 231., et post Aurel Victor. edit. Amst. 1735. t. 2. p. 356.: AGRIS QVOS. IN. CONSVLATV. MEO. QVARTO. ET. POSTEA. CONSVLIBVS. MARCO. ET. CN. LENTVLO. AVGVRE. ADSIGNAVI. MILITIBVS. *oppida formant* Cun. temere, more suo.

10 * *spectatum* Vp. E. 10 * *duram qui* V. A. Vid. III. od. 6. 36. 10 * *contulit* V. O. a 2. m. An. A. 11 *labore.* Vid. I. od. 3. 36. epod. 17. 64. 13 * *splendore* V. X.

13 *pergravat* edit. Princ. Venn. 1481. 1483. 1486. 1495.

Infra se positos; extinctus amabitur idem.
Praesenti tibi maturos largimur honores,
Iurandasque tuum per numen ponimus aras;
Nil oriturum alias, nil ortum tale fatentes.
Sed tuus hic populus, sapiens et iustus in uno,
Te nostris ducibus, te Graiis anteferendo;
Cetera nequaquam simili ratione, modoque
Aestimat; et, nisi quae terris semota, suisque

Flor. 1482. Lips. 1499. 14 * *positos* Ch. A. a 2. m. Hanc esse veram lectionem, atque ita legisse Porphyrionem, liquidum est ex eius commentario: *Gravis est enim, inquit* (Horatius), *inferioribus, et infra positis nocet, quia artibus bonis ceteros vincit; sed requiritur tamen, ac desideratur extinctus.* Huc certe respexit Quinctil. Inst. orat. X. 1, de Charisio loquens: *Atque ille quidem omnibus eiusdem operis auctoribus abstulit nomen, et fulgore quodam suae claritatis tenebras obduxit.* Et paulo post de Germanico: *Dicent haec plenius futura secula. Nunc enim ceterarum fulgore virtutum laus ista praestringitur.* Al. [Bod.] *positas.* 16 *per numen* V. E. G. Vr. E. H., ms. Blandinius vetustissimus apud Cruq. 2. Bersm., edit. Cadom. 1480., probat Bentl. Adde Vitruvium, cuius verba dedimus ad carm. sec. 26.; et confer nostrum III. od. 5. 2. IV. od. 5. 35. Bentleium sequuntur anonymus Trai. ad Rhen. 1713. Cun. San. Mervill. Phil. Sandby, Dorigh. Wakef. Frustra renuunt Gesner. Wetzel. Al. [Bod] *nomen.* 17 * *aliter* Va. C. a 2. m. 17 *nihil ortum* Vr. B. a 1. m. D. Vp. C. Ch. A. F., Cuning. ex ingenio, San. Mervill. 17 * *tale loquentes* V. B. *ferentes* V. I. a 1. m.

18 *tuus hoc populus* ex ms. 1. Bentl., barbare, et indocte. *Hic* necessario additum ab Horatio, ut initio statim Populum Romanum demonstraret, de quo perpetuo agit in epistola. Quinctil. Dial. de Orator: *Facile perferebat prior iste populus, ut imperitus et rudis, imperitissimarum orationum spatia.* Sequuntur Bentleium anonymus Trai. ad Rhen. 1713. Cun. San. Mervill. Phil.

Temporibus defuncta videt, fastidit, et odit:
Sic fautor veterum, ut tabulas peccare vetantes,
Quas bis quinque viri sanxerunt, foedera regum
Vel Gabiis, vel cum rigidis aequata Sabinis,
Pontificum libros, annosa volumina vatum,
Dictitet Albano Musas in monte loquutas.
Si, quia Graecorum sunt antiquissima quaeque
Scripta vel optima, Romani pensantur eadem
Scriptores trutina; non est quod multa loquamur:
Nil intra est oleam, nil extra est in nuce duri:
Venimus ad summum fortunae; pingimus, atque
Psallimus, et luctamur Achivis scitius unctis.

Sandby, Dorigh. Wakef. [Bod.] 22 * *vidit* Va. A. a 1. m.

22 *fastidit.* Quinctilianus l. c.: *Nec quaero, quis disertissimus: hoc interim probasse contentus sum, non esse unum eloquentiae vitium; sed in illis quoque, quos vocatis antiquos, plures species deprehendi: nec statim deterius esse, quod diversum est: vitio autem malignitatis humanae vetera semper in laude; praesentia in fastidio esse.* Pluribus deinde exagitat *antiquorum admiratores.* 23 * *sic factor* Vr D. 24 *sanxere et foedera* edit. Ven. 1492. * *scripserunt* Va. A. e glossemate.

25 *Gabiis.* Vid. I. epist. 11. 7. 27 * *Dicat et* Vr. D. *dictitat* Vp. F. 28 *Graiorum* ms. 1. Pulm. 2. Torr. 1. Bentl; notatum ex ms. in ora edit. Aldi 1501. Bibl. Vat., et 1509. Bibl. Barb.; adoptavit Bentl, sequuntur anonymus Trai. ad Rhen. 1713. Cun. San. Dorigh. Wakef. Wetzel. Male. Conferpotius infra v. 161., et de Arte poet. 268. 286.

29 *pensentur* V. B. D. Ch. F., alii mss. apud Lamb. Combe. 31 *olea* V. M., Bentl. ex coniectura, deinde Mervill. Wetz. 31 *nihil extra* V. P. X., Cuning. 32 * *ad summam* V. A. B. X. Ch. F. An. B. 32 * *pangimus* Ch. E. Va. C. 33 *fortius* mss. 2. apud Val. * *dictius* Vr. E. a 1. m. *scitius* Eutyches apud Putsch. c. 2179. Verissima le-

Si meliora dies, ut vina, poemata reddit;
Scire velim, chartis pretium quotus adroget annus.
Scriptor, abhinc annos centum qui decidit, inter
Perfectos, veteresque referri debet? an inter
Viles, atque novos? Excludat iurgia finis.
Est vetus, atque probus, centum qui perficit annos.
Quid? qui deperiit minor uno mense, vel anno,
Inter quos referendus erit? veteresne poetas?
An quos et praesens, et postera respuat aetas?
Iste quidem veteres inter ponetur honeste,
Qui vel mense brevi, vel toto est iunior anno.

ctio; et vox hoc sensu communis. C. Nepos in praef.: *Saltasse eum commode, scienterque tibiis cantasse.* Censor. c. X.: *Sonos scienter tractavere.* A. Gellius XIX. 9.: *Desideravit exhiberi, quos habere eum adolescentem sciebat, scitissimos utriusque sexus, qui canerent voce et qui psallerent.* IV. 11.: *Diligentius, scitiusque carmina Empedoclis arbitrati sunt.* Sveton. in Tito 3.: *Ut qui cantaret, et psalleret iucunde, scienterque.* Apul. X. Met. p. 255. edit. Pric.: *Scitissimum construxerunt chorum, dominae Veneris coma blandientes. Iam tibiae multiforatiles cantus Lydios dulciter consonant.* Amm. Marcell XXVIII. 4.: *Socratem perrogasse quemdam scite lyrici carmen Stesichori modulantem.* Ex glossemate videtur ortum vulgatum *doctius.* [ut Bod.] 35 *chartis pretium* V. A. M. X., Vr. D. I. Ch. A. F. Va. A., alii mss. apud Cruq. Pulm. Torr. Oberl. Combe, edit. Venn. 1481. 1486. 1490. Lips. 1499. Cruquius adoptavit tamquam mollius, inde Talb. Bentl. anonymus Trai. ad Rhen. 1713. Cun. San. Mervill. Sandby, Dorigh. Al. [Bod.] *pretium chartis.* 37 *veteresne.*

38 *excludit* V. P. *excludet* Vp. C. 42 *respuat* V. A. B. E. M. P. X. Vr. E. Va. A. Ba. B, alii mss. apud Pulm. Cruq. Torr. Bentl. Val. Oberl. Combe; notatum in ora editionis Aldi 1501. in Bibl. Vat., revocavit in textum Bentleius, inde anonymus Trai. ad Rhen. 1713. Cun.

Utor permisso; caudaeque pilos ut equinae,
Paullatim vello; et demo unum, demo et item unum:
Dum cadat elusus ratione ruentis acervi,
Qui redit in fastos, et virtutem aestimat annis;
Miraturque nihil, nisi quod Libitina sacravit.
Ennius, et sapiens, et fortis, et alter Homerus,
Ut critici dicunt, leviter curare videtur,
Quo promissa cadant, et somnia Pythagorea.
Naevius in manibus non est, et mentibus haeret
Pene recens: adeo sanctum est vetus omne poema.

San. Mervill. Phil. Sandby, Dorigh. Dubitative; non absolute, ut aliae lectiones *respuit*, vel *respuet*. 45 *promisso* edit. Princ. Med. 1476. Venn. 1478. 1479. 1481. 1486. 1490. 1492. 1495. 1509. 1514. Lips. 1499. Aldus 1501. Iunta 1503.

46 *evello* V. I., ms. 1. Pulm. Val. Maxim. VII. 3. 6. *Duos in conspectu eorum constituit equos, alterum validissimum; alterum infirmissimum: ac deinde validi caudam ab imbecillo sene paullatim carpi; infirmi a iuvene eximiarum virium universam convelli iussit.*

46 *et item* V. G. Vr. B. C. D. Vp. C. Ch. A. a 1. m. Va. A. Ba. A., alii mss. apud Pulm. Bersm. Bentl. Oberl.; restituit Bentl., inde anonymus Trai. ad Rhen. 1713. Cun. San. Merv. Phil. Dor. Wakef. * *itidem* Vr. E. a 2. m. a 1. *idem*. Al. [Bod.] *etiam*. 48 *in fastos* V. B. a 2. m. D. I. M. O. P. Vr. B. C. E. Vp. C. F: Ch. A. E. F. An. A. B. Va. A. a 2. m. C. Ba. A., alii mss. apud Torr. Bentl. Oberl. Combe; notatum ex ms. in editione Aldi 1509. Bibl. Barb., laudat in nota Torr., restituit Bentl., inde anonymus 1713. Cun. San. Mervill. Dorigh. Wakef. Al. [Bod.] *ad fastos*. N. Heins. ad Ovid. I. Fast. 11. *fastus*.

49 * *nisi quid* Ba. B. 51 * *leniter* V. T. Vr. I.

52 * *cadant insomnia* An. A. a 1. m. 53 *nunc est* Dousa ex ingenio 53 *at mentibus* Dacer. *non mentibus* Sanad. audacter. 54 *Pene recens?* sic interpungit Bentl., et cum eo anonymus 1713. Cun. San. Merv. Phil. Gesn.

Ambigitur quoties, uter utro sit prior; aufert
Pacuvius docti famam senis; Accius alti:
Dicitur Afranî toga convenisse Menandro;
Plautus ad exemplar Siculi properare Epicharmi;
Vincere Caecilius gravitate, Terentius arte.
Hos ediscit; et hos, arto stipata theatro,
Spectat Roma potens: habet hos, numeratque poetas
Ad nostrum tempus, Livî scriptoris ab aevo.

Oberl. Combe, Wakef. Wetz. Zeun. [Bod.] *non est? recens? poema!* San., quem sequitur Dorigh. Sed. ex toto contextu, nullo animi motu enunciari videtur a poeta, ut cetera. 56 *Actius*, *Attius*. Quinctil. Inst. orat. X. 1.: *Tragoediae scriptores Accius, atque Pacuvius, clarissimi gravitate sententiarum, verborum pondere, et auctoritate personarum. Ceterum nitor, et summa in excolendis operibus manus, magis videri potest temporibus, quam ipsis defuisse. Virium tamen Accio plus tribuitur: Pacuvium videri doctiorem, qui esse docti affectant, volunt.* Et Dial. de Orator.: *Exigitur iam ab oratore etiam poeticus decor; non Accii, aut Pacuvii veterno inquinatus; sed ex Horatii, et Virgilii, et Lucani sacrario prolatus . . . Asinius quoque, quamquam propioribus temporibus natus sit, videtur mihi inter Menenios, et Appios studuisse. Pacuvium certe, et Accium, non solum tragoediis; sed etiam orationibus suis expressit: adeo durus, et siccus est.* 58-59 *Plautus, Caecilius, Terentius.* Quinctil. Inst. orat. l. c.: *In comoedia maxime claudicamus; licet Varro dicat Musas, Ælii Stolonis sententia, Plautino sermone locuturas fuisse, si Latine loqui vellent; licet Caecilium laudibus ferant; licet Terentii scripta ad Scip. Afric. referantur: quae tamen sunt in hoc genere elegantissima, et plus adhuc habitura gratiae, si intra versus trimetros stetissent.*

60 * *edicit* Vr. I. 62 * *ad vestrum* Vp. A. Ch. E. Vide de Arte poet. 270. 62 *Livii scriptoris ab aevo.* Val. Maxim. II. 4. 4.: *Primus omnium poeta Livius ad fabula-*

Interdum vulgus rectum videt; est, ubi peccat.
Si veteres ita miratur, laudatque poetas;
Ut nihil anteferat, nihil illis comparet; errat.
Si quaedam nimis antique, si pleraque dure
Dicere credit eos; ignave multa fatetur;
Et sapit, et mecum facit, et Iove iudicat aequo.
Non equidem insector; delendave carmina Livî

rum argumenta spectantium animos transtulit. 65 *Ut nil* Cun. * *Ut nil . . nil* V. O. Va. C. 66 * *dura* Ch. E. a 1. m. 67 *cedit* ex ms. Bentl., et meris argutiis; inde Baxt. Cun. San. Merv. Phil. Sandby, Gesn. Dor. Oberl. Combe, Wakef. Zeun. [Bod.] *Cedit* pro *concedit*, *dat.* Sed populus *credit* iudicio suo, non aliorum; ut et *fatetur*; quia *videt* per se, v. 63. Cic. de Clar. orat. c. 53. n. 198.: *Numquam sapientis iudicium a iudicio vulgi discreparet.* Vitr. VII. praef.: *Populus cunctus significando monebat iudices, quod probarent.* Al. *credat.*

69 *delendave* V. A. a 1. m. G. P. X. Va. C., alii mss. apud Cruq. et Torr., qui laudant in nota, alii apud Val.; ita notatum ex ms. in ora edit. Aldi 1509. Bibl. Barb.; revocavit in textum Baxt., inde Bentl. anonymus Trai. ad Rhen. 1713. Cun. San. Merv. Gesn. Dor. Oberl. Combe, Wakef. Wetz. Zeun. Al. [in his Parmenses] *delendaque.* 69 *Laevî* ex ms. Bentl., inde anonymus 1713. Cun. San. Mervill. [Bodon.]; refutat Wetzel. Ex contextu patet, poetam loqui de eodem Livio, in quo insistit hìc, quia primum illum nominaverat; at vero protestatur, *non equidem insector.* Nec mirum, puero Horatio Orbilium dictasse Livii carmina, licet antiquissimi; quum de suis coaevis, altero post seculo, scribat Quinctil. Dial. de Orat.: *Vobis utique versantur ante oculos, qui Lucilium pro Horatio, et Lucretium pro Virgilio legunt: quibus eloquentia tui Aufidii Bassi, aut Servilii Noniani, ex comparatione Sisennae, aut Varronis, sordet: qui rhetorum nostrorum commentarios fastidiunt, oderunt; Calvi mirantur: quos more prisco apud iudicem fabulantes*

Esse reor; memini quae plagosum mihi parvo
Orbilium dictare: sed emendata videri,
Pulchraque, et exactis minimum distantia, miror.
Inter quae verbum emicuit si forte decorum;
Si versus paullo concinnior unus, et alter;
Iniuste totum ducit, venditque poema.
Indignor quidquam reprehendi, non quia crasse
Compositum, illepideve putetur; sed quia nuper:
Nec veniam antiquis; sed honorem, et praemia posci.
Recte, necne crocum, floresque perambulet Attae
Fabula, si dubitem; clament periisse pudorem
Cuncti pene patres, ea quum reprehendere coner,

non auditores sequuntur, non populus audit; vix denique litigator perpetitur: adeo moesti, et inculti, illam ipsam, quam iactant, sanitatem, infirmitate, et ieiunio consequuntur. Non tamen dissimulabo, in Porphyrione ms. Ch. bis legi *Levium*. 70 * *memini quem* notatum ex ms. in ora edit. Aldi 1519. Bibl. Ang. 72 * *parum distantia* Ch. E. *nimium* V. G. X. An. A., alii mss apud Cruq.

73 * *enituit* V. T. a 1. m. *emicuit verbum si* Cun. ex aure sua. *decorum*, sine *et*, Vr. H., ms. 1. Pulm. 2. Torr. 1. Bentl. 1. Combe; laudat in nota Torr., ita legit Bentl., inde anonymus Trai. ad Rhen. 1713. Cun. San. Merv. Dorigh. Videtur elegantius, et concisius. Confer supra v. 66. I. epist. 17. 6. [Bod. *dec. et*]. 75 * *ducit totum* Vp. A. 75 *venitque* ex ms. Bentleius, et subtilitatibus; ut sensus sit: totum poema iniuste *ducit* emptorem, et *venit*. Sed *vendit*, est pro vendere facit. 76 *reprendi*, et v. 81. *reprendere* Cun. 77 * *illepideque* Ch. A. An. C. 78 *ac praemia* notatum ex ms. in ora edit. Aldi 1509. Bibl. Barb., et ita Cun. ex aure sua. 79 *perambulat Atae*, vel *Actae*. 80. *clamant* V. A. a 2 m. B. D. G. I. S. Vp. A. C. Ch. A. a 2. m. E. An. A. Ba. A. a 2. m., mss. 3. Torr. 2 Bersm. Ceteri mss., et Porphyrio ms. et editus, ut in editis vulgo libris omnibus, *clament*. 81 * *conor*

Quae gravis Aesopus, quae doctus Roscius egit:
Vel quia nil rectum, nisi quod placuit sibi, ducunt;
Vel quia turpe putant parere minoribus; et quae
Imberbes didicere, senes perdenda fateri.
Iam Saliare Numae carmen qui laudat, et illud,
Quod mecum ignorat, solus vult scire videri:
Ingeniis non ille favet, plauditque sepultis;
Nostra sed impugnat; nos, nostraque lividus odit.
Quod si tam Graiis novitas invisa fuisset,
Quam nobis; quid nunc esset vetus? aut quid haberet,
Quod legeret, tereretque Quiritum publicus usus?

Vr. B. 82 *Aesopus - Roscius.* Quinctil. Inst. orat. XI. 1.: *Plus affectus habent lentiora: ideoque Roscius citatior, Aesopus gravior fuit; quod ille comoedias, hic tragoedias egit.* De Roscio saepe Cicero de Oratore. Vid. de Art. poet 280. 83 *dicunt.* 85 *Imberbi* Comm. Cruquianus et inde fortasse Cruquius; non ex vetustissimis suis, ut pro eo male asserit Bentl., qui ita legit etiam ex suis innominatis, et ex Nonii, et Charisii grammaticalibus non firmis praeceptis; inde Baxt. anonymus 1713. Cun. San. Mervill. Phil. Sandby, Dorigh. Gesn. Combe, Wakef. Zeun. [Bod.] Praeter mss. etiam Porphyrio ms. et editus legit *imberbes.* Confer de Arte poet. 161. 85 *fateri.* Horatium imitatur Petron. c. 1.: *Nunc pueri in scholis ludunt, iuvenes ridentur in Foro; et, quod utroque turpius est, quod quisque perperam discit, in senectute confiteri non vult.* 86 *Saliare Numae carmen.* De carminibus Saliaribus egit Gutberletus, et nuper Marin. Arvali pag. 596. Quinctil. Inst. orat. I. 6 11.: *Saliorum carmina vix sacerdotibus suis satis intellecta.* 86 * *laudet* An. C.

88* *plaudetque* Va. A. An. C. 89 * *edit* V. T.

90 *Graecis* mss. apud Combe, et edit. 1470. 92* *Quiritum* notat Fulvius Ursinus ex ms. in ora edit. Aldi 1519. Bibl. Angel. Veram lectionem puto, pro vulgata, insulsa, et inutili *viritim* [sic Bod] cum *publicus.* Respondet prae-

Ut primum positis nugari Graecia bellis
Coepit, et in vitium fortuna labier aequa;
Nunc athletarum studiis, nunc arsit equorum:
Marmoris, aut eboris fabros, aut aeris amavit;
Suspendit picta vultum, mentemque tabella;
Nunc tibicinibus, nunc est gavisa tragoedis:
Sub nutrice puella velut si luderet infans;
Quod cupide petiit, mature plena reliquit.
Quid placet, aut odio est, quod non mutabile credas?
Hoc paces habuere bonae, ventique secundi.
Romae dulce diu fuit et sollemne, reclusa
Mane domu vigilare; clienti promere iura;
Cautos nominibus rectis expendere nummos;
Maiores audire; minori dicere, per quae

cedentbus *Graiis*, et *nobis*: nempe, quid haberent *Romani*, quod legerent? *Tererentque*, ut Cic. IX. ad Famil. 25.: *Cyropaediam, quam contriveram legendo, totam in hoc imperio explicavi.* 96 * *atque eboris* An. B.

96 *aeris.* Vid. II. sat. 3. 21. 97 * *vultum mentemque* Vr. E. *mentem picta vultumque* V. T. *vultum picta* Vr. I. *mentem vultumque* An. C. *vultumque animumque* Cun. audacter more suo. 100. *relinquit* Ba A., edit. Venn. 1479. 1481. 1483. 1486. 1490. 1495. Flor. 1482. Lips. 1499.

101 * *quid non* Vr. D. 103 * *Dulce diu Romae* Ch. E.

104 * *clienti et promere* An. C. *clienti ponere* Vr. I.

105 * *Captos nominibus rectis* Va. A., ms. 1. Pulm. 1. Bentl. *Scriptos* Bentl. ex ms. Barthii Advers. XXXVII. 18. 105 *nominibus certis* V. G. R. T., alii mss. apud Lamb. Torr. Talb., edit. Princ., et inde fortasse omnes usque ad Cruq., qui restituit *rectis* aliorum mss., et Porphyrionis: *certis* iterum producit Bentl.; sequuntur anonymus Trai, ad Rhen. 1713. Baxt. Gesn. Oberl. Combe, Wakef. Wetz. Zeun. Nomina *recta* sunt *legitima*, ut exponit Porphyrio; ad tramites iuris, et honestatis reda-

Crescere res posset; minui damnosa libido.
Mutavit mentem populus levis, et calet uno
Scribendi studio, pueri, patresque severi
Fronde comas vincti cenant, et carmina dictant. 110
Ipse ego, qui nullos me adfirmo scribere versus,
Invenior Parthis mendacior, et prius orto
Sole vigil calamum, et chartas, et scrinia posco.
Navim agere ignarus navis timet; abrotonum aegro
Non audet, nisi qui didicit, dare: quod medicorum est,
Promittunt medici; tractant fabrilia fabri. 116
Scribimus indocti, doctique poemata passim.
Hic error tamen, et levis haec insania, quantas
Virtutes habeat, sic collige. Vatis avarus

cta, tum quoad sortem, tum quoad usuras. Quae rite *cauta* sunt, iam sunt *certa*. Passim in mss. *rectum et certum* commutantur, ut notant Interpretes ad Lucan. V. 417. et VII. 216. ad Grat. Cyneg. 7. ad Quinctil. Inst. orat. I. 6. ad Senec. Oed. 987. Burm. ad Propert. I. el. 19. 24.

107 * *res possit* V. D. *minui et* An. B. *damnosa cupido* Va. A. 109 *puerique* V. R., edit. Venn. 1481. 1483. 1486. 1490. 1492. 1495. Flor. 1482. Lips. 1499. Iunta 1503. Bad. Ascens. Cruquius; non tamen ex suis mss., ut male iterum asserit Bentleius, qui adoptavit in textu ex hac suppositione, et ab aliquibus priscis editionibus, tamquam auribus suis suavius, et numerosius; sed magis amore novitatis. Illum sequuntur anonymus 1713. Baxt. Cun. San. Merv. Gesn. Oberl. Combe, Wakef. Wetz. Zeun. [Bod.] *iuvenesque* Britann. 1520. 110 *vincti certant* Markland. ad Stat. Sylv. V. 1. p. 247. audacter, et inscite more suo. 111 *me* omittunt aliqui mss. 112 *prior* Cun. ex ingenio audaci. *Prior* alio sensu usurpatur ab Horatio. Vid. carm. sec. 51. 113 * *calamum chartas* An. A. 115 *meli-corum est*, et v. 116. *melici* coniicit Bentl. in nota, argu-

Non temere est animus: versus amat, hoc studet unum:
Detrimenta, fugas servorum, incendia ridet;
Non fraudem socio, puerove incogitat ullam
Pupillo; vivit siliquis, et pane secundo;
Militiae quamquam piger, et malus, utilis urbi.
Si das hoc, parvis quoque rebus magna iuvari;
Os tenerum pueri, balbumque poeta figurat,
Torquet ab obscoenis iam nunc sermonibus aurem;
Mox etiam pectus praeceptis format amicis,
Asperitatis, et invidiae corrector, et irae:
Recte facta refert; orientia tempora notis
Instruit exemplis; inopem solatur, et aegrum.
Castis cum pueris ignara puella mariti
Disceret unde preces, vatem ni Musa dedisset?
Poscit opem chorus, et praesentia numina sentit;
Caelestes implorat aquas docta prece blandus;

tiis. 120 * *Non tener est* Ch. A. a 2. m. 121 * *fugam* V. T. 122 * *pueroque incogitat* V. Z. Vr. E. *puerove excogitat* V. K. *puero vel cogitat* V. O. *puero non cogitat* Aldus 1501. 1509. 1519. Britann. 1520. Basill. 1527. 1531. Frib. 1536. Dion. ab Hars. 1538. Gryph. 1566. *puerove cogitat* aliqui mss., edit. Lips. 1499. Iunta 1503. *Incogito* verbum insolens videtur Torr.; sed. occurrit apud Plautum, Terentium, aliosque, ut videre est in Lexicis.

122 * *incogitat unam* V. G. 124 *urbi est* V. G., alii mss. apud Combe. 125 *das haec* V. R., edit. Venn. 1479. 1481. 1483. 1486. 1490. 1495. Flor. 1482. Lips. 1499.

128 * *dictis informat* V. T. 129 *correptor* Vr. C., alii mss. apud Canter. Nov. lect. l. 4. c. 12. Torr. Val. Gesn. Vide II. sat. 3. 257. I. epist. 15. 37. 130. *noctis* V. T., ms. 1. Pulm., edit Venn. 1481. 1490. 133 *nisi Musa* mss. 2. Val., alii apud Combe, edit. Zar. 1470. Venn. 1481. 1483. 1486. 1490. 1492. Flor. 1482. Iunta 1503. 135 *opes*

Avertit morbos, metuenda pericula pellit;
Impetrat et pacem, et locupletem frugibus annum.
Carmine Dî superi placantur, carmine Manes.
Agricolae prisci, fortes, parvoque beati,
Condita post frumenta levantes tempore festo
Corpus, et ipsum animum spe finis dura ferentem,
Cum sociis operum, et pueris et coniuge fida,

docta ms. Bersm. 136* *Advertit* V. T. *Avertit nimbos* Vp. D. 136 *pericula tollit* ms. Bersm., Cun. ex ingenio. 137* *pacem locupletem* Vp. C. 142 *et pueris* V. A. G. T. Vr. C. D. F. Ch. E. An. C., alii mss. apud Pulm. Val., Aldus 1501. 1509. 1519. Iunta 1503. Britann. 1520. Basill. 1527. 1531. Dion. ab Harsio Lugd. 1538. R. Steph. 1544., inde vulgata fere apud omnes; sed *et* improbavit in nota Torrent., eiecit Bentl.; inde anonymus Trai. ad Rhen. 1713. Cun. Sanad. Baxt. Mervill. Gesn. Sandby, Dorigh. Oberl. Combe, Wakef. Wetz. Zeun. [Bod.] Putant Torrent. et Bentl., pueros, et coniugem esse *socios*, quia ipsi otiosi domi non sedebant. At praeter eos in agris colendis alii adhibebantur. Varro de Re rust. I. 17.: *Omnes agri coluntur hominibus servis, aut liberis, aut utrisque. Liberis, aut quum ipsi colunt, ut plerique pauperculi, cum sua progenie; aut mercenariis, cum conductitiis liberorum operis res maiores, ut vindemias, ac foenisicia, administrant.* Erant etiam amici, conterranei qui sibi invicem operas mutuabant; ut hodieque usus est in Italia. Nota Aesopi fabula apud A. Gell. II. 22.: *Dominus segetum illarum filium adolescentem vocat: et, videsne, inquit, haec ematuruisse, et maius iam postulare? Idcirco die crastino, ubi primum dilucidabit, fac amicos adeas, et roges veniant, operamque mutuam dent, et messem hanc nobis adiuvent.* De eodem usu Apuleius Apolog. p. 20. edit. Pric.: *Ego adeo servior: tu, an habeas ad agrum colendum, an ipse mutuarias operas cum vicinis tuis cambias, neque scio, neque laboro.* Hos ab Horatio vere appellatos *socios operum* arbitror. Quomodo enim pater cum solis filiis, et coniuge, Fescenninam licentiam inve-

Tellurem porco, Silvanum lacte piabant;
Floribus, et vino Genium, memorem brevis aevi.
Fescennina per hunc inventa licentia morem
Versibus alternis opprobria rustica fudit;
Libertasque recurrentes accepta per annos
Lusit amabiliter; donec iam saevus apertam
In rabiem coepit verti iocus, et per honestas

nire poterat, et fundere opprobria versibus alternis? et quae sequuntur. 143 *porca* Cun. ex ingenio, quod dubitative proposuerat Lambinus. *Telluri matri scrofa inciens immolatur, et feta*, ut inquit Arnob. VII. p. 227. Lugd. Baxt. 1651.; at haec et *porcus* simpliciter dicebatur, Hygino teste fab. 227.; vel *porcus femina* iuxta Catonem de Re rust. c. 134. 145 *invecta* Bentl, ex coniectura, et quia ita legit Barthius ad Claudian. p. 765. Ita citant pariter Politianus, Brissonius, Passeratius, Popma, Ferrarius; nulla auctoritate: adoptarunt Cun. San. Merv. Phil. Val. Dor. Wakef. [Bod.] In V. Z. lego *invecta*, linea superducta, ut sit *invencta*: sic alibi passim. Cum aliis omnibus facit Porphyrio, et Servius ad Virg. VII. AE. 695.: nec menti poetae respondet *invecta*, pro *inventa*, excitata. *Invehere* est aliunde inventum alio inferre, introducere; ut Livius XXXIX. c. 8. n. 8.: *Graecus ignobilis in Etruriam primum venit, nulla cum arte earum, quas multas ad animorum, corporumque cultum nobis eruditissima omnium gens invexit.* Quo sensu Cic. IX. ad Famil. 15.: *Quum in urbem nostram est infusa peregrinitas.* Amm. Marcell. XXVII. princ.: *Hoc argumentum paullo postea digestum tumore tragico Phrynichus in theatrum induxerat Athenarum.* Vid. de Art. poet 211. 275.

149 *coepit verti* V. A. a 1. m. D. I. M. O. P. S. Z. Vr. B. C. Vp. A. D. Ch. A. F. An. B. C. Va. C., alii apud Pulm. Bentl. Combe, edit. 1470. Venn. 1481. 1483 1486. 1492. Flor. 1482. Asc. Basill. 1527. 1531. restituit Bentl., tamquam plenius, et sonantius; inde anonymus 1713. Cun. San. Merv. Phil. Dor. Wakef. Wetz. Al. [Bod.] *verti coepit.*

Ire domos impune minax: doluere cruento
Dente lacessiti; fuit intactis quoque cura
Conditione super communi; quin etiam lex,
Poenaque lata, malo quae nollet carmine quemquam
Describi: vertere modum, formidine fustis,
Ad bene dicendum, delectandumque redacti.
Graecia capta ferum victorem cepit, et artes
Intulit agresti Latio: sic horridus ille
Defluxit numerus Saturnius, et grave virus
Munditiae pepulere: sed in longum tamen aevum
Manserunt, hodieque manent, vestigia ruris.
Serus enim Graecis admovit acumina chartis;
Et, post Punica bella quietus, quaerere coepit,
Quid Sophocles, et Thespis, et Aeschylus utile ferrent.
Tentavit quoque, rem si digne vertere posset;

150 *Ire minax impune domos* mss. apud Combe, notatum ex ms. in editione Aldi 1519. Bibl. Angel., et ita Dan. Heins. 150* *domus* V. O. 153 *Poenaque nata* V. D. G. S. a 1. m. Vr. A. C. D. E. Vp. C. Ch. A. E.. alii mss. apud Torr. Cun. Val. *data* Ba. A. *sancta*, *malo nollet quae* Cun. audacter more suo. Alludit ad Leges XII. Tabularum, de quibus Cicero de Republ. lib. 4. et Tuscul. quaest. lib. 4. princ. S. Augustinus de Civ. Dei lib. 2. c. 9. et 12. Cornutus ad Pers. sat. 1., fuse Savaro ad Sidon. Apollin. I. epist. 12. p. 78., aliique recentiores, praesertim Icti. Vid. II. sat. 1. 81. seqq. de Arte poet. 282. seqq. Apud Propert IV. el. 11. 42. ex ms. lege: *Me neque censurae legem metuisse* (pro *mollisse*), *nec ulla Labe mea nostros erubuisse focos.* 158 *vi rus* coniiciunt Auratus, et Rutgersius; refutat Bentl. 162* *cernere coepit* V. O. 163 *Aeschylos* Vr. C. a 1. m. D. E. Ch. A. a 1. m.; ita dedit e mss. suis Bentl., inde anonymus 1713. Cun.

164* *quoque si digne rem* V. O. *possit* ms. 1. Pulm.

Et placuit sibi, natura sublimis, et acer; 165
Nam spirat tragicum satis, et feliciter audet;
Sed turpem putat inscite, metuitque lituram.
Creditur, ex medio quia res arcessit, habere
Sudoris minimum; sed habet comoedia tanto
Plus oneris, quanto veniae minus. Adspice, Plautus
Quo pacto partes tutetur amantis ephebi; 171
Ut patris attenti, lenonis ut insidiosi:
Quantus sit Dossennus edacibus in parasitis;
Quam non adstricto percurrat pulpita socco:
Gestit enim nummum in loculos demittere; post hoc

166 * *Iam spirat* Vp. A. 167 *inscite* V. B. a 1. m. O. Vr. C. D. E. Ch. F. Va. C., ms. 1. Pulm. aliquot Torr. alii apud Bentl. 5 Val.; ita Acron, et Porphyrio, aliique Scholiastae mss., qui exponunt *stulte*: restituit Baxt. anonymus Trai. ad Rhen. 1713. Cun. San. Merv. Phil Gesner. Sandby, Val. Dor. Oberl. Combe, Wakef. Wetz. Zeun. Bentleius ex coniectura de *inscite* fecit *inscitus*. *Inscitiae* V. B. a 2. m. D. I. M. S. Vr. B. a 1. m. Vp. C. F. a 1. m. Ch. A. An. A. a 1. m. C. Ba. B., alii mss. apud Pulm. Talb. Val. * *inscitiam* Vp. F. *in scriptis* V. C., alii mss. apud Combe; et ita in editis vulgo iam inde ab edit. Princ. 168 *e medio*. [Sic. Bod.] 168 * *quae res* Vr. E.

168 *arcessit* V. G. O. Vr. E. Vp. D., alii mss. apud Cruq.; restituit Lamb. Pulm. Cruq. edit. Basil. 1580. Chab. Torr. D. Heins. Torr. Despr. Bond, Dac. Baxt. Bentl., aliique recentiores omnes. *accersit* V. K. a 2. m. Vr. C. D., edit. Princ.: solita variatione, de qua I. epist. 5. 7. *accessit* ceteri mss. nostri, et aliorum, et praesertim priscae aliae editiones. 172 * *et patris* Ch. F. 172 * *et insidiosi* V. O. Vp. C. An. C. Va. C. 173 *Dorsennus*.

174 * *Quam non attrito percurrit* Vr. I. 175 *post haec* Ch. E., mss. 3. Bersm. *posthac* mss. 2. Pulm., edit. Venn. 1481. 1486. 1490. 1492. 1509. 1573. Lips. 1499. Aldus 1501. 1509. 1519. Iunta 1503. Basill. 1527. 1531. 1580. Dion. ab

Securus, cadat, an recto stet fabula talo.
Quem tulit ad scaenam ventoso Gloria curru:
Exanimat lentus spectator, sedulus inflat.
Sic leve, sic parvum est, animum quod laudis avarum
Subruit, aut reficit. Valeat res ludicra, si me
Palma negata macrum, donata reducit opimum.
Saepe etiam audacem fugat hoc, terretque poetam,
Quod numero plures, virtute, et honore minores,
Indocti, stolidique, et depugnare parati,
Si discordet eques, media inter carmina poscunt
Aut ursum, aut pugiles: his nam plebecula plaudit.
Verum equitis quoque iam migravit ab aure voluptas

Harsio Lugd. 1538. Muret. Gryph. 1566. 178 *instat* ex ms. Gesnerus, exponens: *Urget, reddit attentiorem, ac diligentiorem.* Sed auctoris sensum vere exanimat. *Inflat* enim opponitur illi, qui *exanimat*, spiritum subtrahit. Confer II. sat. 5. 98. Adoptarunt Combe, Wetzel, Zeun.

179 * *Si leve si parvum est* Va. C. a 1. m. 180 *ac reficit* V. A. a 1. m. An. C. Va. A.; ex 3. mss. Bentleius, et argutiis. Favent lectioni vulgatae etiam Acron, et Porphyrio, qui exponunt, primus: *Id est, brevis et parva est laus subtracta, vel adhibita;* alter: *Levis est suo tractu laus vel praebita, vel adempta.* Aut, ut rectius in ms. Ch.: *Levis res est laus vel subtracta, vel praebita.* Bentleium sequuntur anonymus 1713. Cun. San. Merv. Sandby. Gesn. Dor. Oberl. Combe, Wakef. Wetz. Zeun. [Bod.] 184 *et decertare* ms. 1. Pulm. 186 * *bis iam* Va. C. 186 * *plaudit* V. B. G. Vp. F. Ch. F., ms. 1. Cruq. 1. Oberl., qui laudat iu nota. *plaudet* V. K. a 1. m. O. Vr. A. B. E. F. Vp. C. Ch. A., alii mss. apud Lamb. Cruq. 1. Oberl. Vox et theatro, et plebi magis propria, quae voce, vel manuum complosione favet libentius, quam ut in se gaudeat moderate. Confer I. od. 20. 3. 4. II. sat. 3. 185. II. epist. 2. 130. de Arte poet 151. seq. Al. [Bod.] *gaudet*, 187 *equiti* Bentl. ex coniectura, frustra

Omnis ad incertos oculos, et gaudia vana.
Quattuor, aut plures aulaea premuntur in horas,
Dum fugiunt equitum turmae, peditumque catervae:
Mox trahitur manibus regum fortuna retortis;
Esseda festinant, pilenta, petorrita, naves:
Captivum portatur ebur, captiva Corinthus.
Si foret in terris, rideret Democritus; seu
Diversum confusa genus panthera camelo,
Sive elephas albus vulgi converteret ora:
Spectaret populum ludis attentius ipsis,
Ut sibi praebentem mimo spectacula plura.
Scriptores autem narrare putaret asello
Fabellam surdo: nam quae pervincere voces
Evaluere sonum, referunt quem nostra theatra?

reclamantibus librariis, ut ipse ait; adoptavit Oberl. Confer I. ep. 15. 13. 188 *ad ingratos oculos* Bentl audacius. *Oculi incerti* sunt inconstantes, qui nullibi consistunt; pro rerum spectandarum copia tanta, et tanto singula spectandi studio, ut voti sui incerti sint; neque constanter unam aliquam speciem, qua fruantur, probant. Turneb. Advers. XXVI., et hìc Pulm. 188 *ad gaudia* Va. A.

189 *aulaea.* Vid. de Arte poet. 154. 190 * *Diffugiunt* V. O. 191 * *Mox manibus trahitur* Ch. E.; et ita coniicit in nota Cun. Ex sensu huius versus emendo auctoritate ms. apud Propert. III. el. 9. 62.: *Hannibalis spolia? et victi monumenta Syphacis? Et Pyrrhi ad nostros gloria tracta* pro *fracta*) *pedes*? 196 *converterit* praefert Bentleius, quia bis legitur apud Priscian. c. 642 643. Putsch., levi momento. 198 **minimo* V. B. a 2. m. *nimio* Vr. B. a 2. m. Vp. A. a 2. m., ms. 1. apud Cruq. *nimium* Vp. A. a 1. m. Ch. F. a 1. m. *mimum* V. D. 1. Vr. B. a 1. m. Ch. A., alii mss. apud Cruq., qui praefert in nota. *nimio spectacula risu* Vr. B. a 2. m. Va. A. a 2. m., ms. 1. Pulm. alii Marcilii. *risum* Vr. F. a 2. m

Garganum mugire putes nemus, aut mare Tuscum;
Tanto cum strepitu ludi spectantur, et artes,
Divitiaeque peregrinae; quibus oblitus actor
Quum stetit in scaena, concurrit dextera laevae.
Dixit adhuc aliquid? Nil sane. Quid placet ergo?
Lana Tarentino violas imitata veneno.
Ac ne forte putes, me, quae facere ipse recusem,
Quum recte tractent alii, laudare maligne:
Ille per extentum funem mihi posse videtur

202 * *mare saevum* V. T. ex glossemate. 204 *oblitus auctor* V. E. Q. T. Z. Vr. A. Vp. A. F. Ba. A. Va. A., alii mss. apud Combe. 205 *Constitit* ms. Bersm. 206 * *quid? placet ergo?* Vr. H. 207 *Laena* Marcil. et Markland. ad Stat. Sylv. II. 3. p. 101., inde Wakef. Cur admirationem tantam spectatorum ad solam *laenam*, speciem vestis, referamus? *Lana* generice dicta, tincta purpura Tarentina, est pro purpura, seu quacumque veste purpurea; sed hic specialius Tarentina, quae imitabatur violas. Vide fuse de Aquino Deliz. Tarent. lib. 2. p. 220. seqq. Facit Paullus in l. 4. ff. de Auro, arg. leg.: *Cum quidam libertum suum in Asiam misisset ad purpuras emendas, et testamento uxori suae lanam purpuream legasset: pertinere ad eam, si quam purpuram vivo eo libertus emisset, Servius respondit.* Quinctil. Inst. orat XII. 11.: *Lana tincta fuco citra purpuram placet: at si contuleris etiam lacernae, conspectu melioris obruatur, ut Ovidius ait.* Vid. epod. 12. 21. 207 * *veneno?* V. A. Vr. A. Ch. A.

208 * *Anne forte* Va. A. 209* *Dum recte* notatum ex ms. in ora edit. Aldi 1501. Bibl. Vat. 209 *tractant.*

210.* *Ipse per extentum* Va. A. *Ire per extentum-Ille poeta* An. C. 210 *extensum* Ba. A., ms. 1. Pulm. 1. Val., et notatum ex ms. in ora edit. Aldi 1509. Bibl. Barb. Bene *extentum*: ita Sen. de Ira c. 13.: *Per intentos funes ires.* Ioann. Cassian. IX. Collat. 23.: *Per extentas sublime lineas, suspenso ferri incessu.* 210 * *mihi funem*

Ire poeta, meum qui pectus inaniter angit,
Irritat, mulcet, falsis terroribus implet,
Ut magus, et modo me Thebis, modo ponit Athenis.
Verum age, et his, qui se lectori credere malunt,
Quam spectatoris fastidia ferre superbi,
Curam redde brevem; si munus Apolline dignum
Vis complere libris, et vatibus addere calcar;
Ut studio maiore petant Helicona virentem.
Multa quidem nobis facimus mala saepe poetae,
Ut vineta egomet caedam mea: quum tibi librum
Sollicito damus, aut fesso: quum laedimur, unum
Si quis amicorum est ausus reprendere versum:
Quum loca, iam recitata, revolvimus irrevocati;

V. T. 212-213 *implet; Et, magus ut, modo.* Ita legit Wakef., et se probavisse affirmat in Silv. crit. IV. p. 3. Nihil audacius, et indoctius. *Falsi terrores magi* hic sunt *terrores magici* in epistola seq. 208. Magus est in comparatione poetae pro terroribus, et translationibus. 214* *qui me lectori* Vp. A. 214* *malint* Vp. F. 216* *Curam crede brevem* Ch.E. *Curam impende* ex ms. Bentleius, tamquam Deus ex machina illi et loco laboranti subvenerit. Sed non vidit, *redde* omnino sensum exigere. Agitur enim de illis, qui scripta sua Bibliothecae Palatinae offerebant vel Augustus optabat, ut offerrent; quibus ipse *reddebat curam brevem*, retribuebat favorem, gratiam, eadem ipsa scripta legendo, laudibus, praemiis, ornando, cumulando, si digna videbantur. Eodem fere sensu Cic. de Fato c. 2.: *Subtilitatem ab Academia mutuatur; et ei vicissim reddit ubertatem orationis, et ornamenta dicendi.* Censorin. de Die nat. c. I.: *Ita ego, a quo plura litteris percepi, tibi haec exigua reddo libamina.* Nec ideo minus Latine dicitur *reddere curam*, quam *praestare curam* apud Quinctil. Inst. orat. II. 3. Bentleii novitatem statim arripuerunt novatores alii, anonymus 1713. Cun. Sanad. Mervill. Phil. Sandby, Dor. Wakef. Wetz. 119* *facimus nobis* V. T. 221* *tum lae-*

Quum lamentamur, non apparere labores
Nostros, et tenui deducta poemata filo:
Quum speramus, eo rem venturam, ut simul atque
Carmina rescieris nos fingere, commodus ultro
Arcessas, et egere vetes, et scribere cogas.
Sed tamen est operae pretium, cognoscere, quales
Aedituos habeat belli spectata domique
Virtus, indigno non committenda poetae.
Gratus Alexandro regi Magno fuit ille
Choerilus, incultis qui versibus, et male natis,
Rettulit acceptos, regale nomisma, Philippos.

dimur Vp. A. 226 *speramus item fore venturum* V. A. a 1. m. Vr. B. C. Vp. A. Ba. A. a 1. m., ms. 1. Pulm. 5 Valart. * *te venturum* V. G. 227 * *et figere* V. T.

228 *accersas.* Variatio ut supra 168. 232 * *fuit ipse* Ba. B. 233 *Choerilos* Vr. C. a 1. m. K., Bentl. anonymus 1713. Cun. 234 *nomisma* V. M. Vr. B. E. H. Vp. A. Ch. A. Va. A., alii mss. apud Torr. Val.; ita Baxt. Bentl. anonymus Trai. ad Rhen. 1713. Cun. Gesn. Combe, Wakef. Zeun. A. *numus* est *numisma, nomisma a* νόμισμα. Utrumque bene usurpatum lego; sed hìc *nomisma*, Graeco more, praefero, tum auctoritate codicum, et Porphyrionis ms. et editi; tum quod ita effert Q. Ser. Samon. de Med. XIII. 525.: *Frustraque immensa nomismata fundes*; tum quia in Pandectis Florentinis, ante omnes Horatii notos mss. exaratis, habetur in l. 28. de Usufr. et l. 27. §. 4. de Auro, arg. legato; tum denique, quia Ausonius ita dedit epist. V. 5. 6.: *Ergo interceptos, regale nomisma, Philippos Accipe tot numero, quot duo Geryones.* Et 19.: *Bis septem rutilos, regale nomisma, Philippos.* Ubi, ipsum Horatii verba exscripsisse, quisque videt; et evidentius est ex epist. III., in qua inquit: *Quumque ego imitatus sim vesaniam Choerili; tu ignoscas magnanimitate Alexandri.* [Bod. *numisma*]. 234 *Philippos.* Aurei numami, dicti a Philippo II., Macedoniae

Sed, veluti tractata notam, labemque remittunt
Atramenta; fere scriptores carmine foedo
Splendida facta linunt. Idem rex ille, poema
Qui tam ridiculum tam care prodigus emit,
Edicto vetuit, ne quis se, praeter Apellem,
Pingeret; aut alius Lysippo duceret aera,
Fortis Alexandri vultum simulantia. Quod si
Iudicium subtile videndis artibus illud

rege, Alexandri M. patre, eorum institutore, et eius nomine signati. Vid. Eckhel. Doctr. vet. num. par. 1. vol. 2. p. 90. seqq. 237 *splendida facta.* Vide supra 6. et de Art. poet 68. Confer etiam I. od. 6. 12. 239 *ne qui* Cun. ex ingenio. Sed verae lectioni adde Plinium, et Apuleium ad v. seq. 240 * *Fingeret* An. C. 240 *cuderet* ex coniectura Lambinus, inde G. Fabric. et Bentleius, qui frustra lectionem confirmare conatur ineptiis argumentosis. Sapientibus criticis sufficiant, quae alii iam obiecerant Lambino, et quae affert ipse Bentleius. Plin. H. N. VII. 38.: *Idem hic imperator* (Alexander) *edixit, ne quis ipsum alius, quam Apelles pingeret, quam Pyrgoteles sculperet, quam Lysippus ex aere duceret.* Apuleius Florid. lib. 1.: *Edixit* (Alexander) *universo orbi suo, ne quis effigiem regis temere assimularet aere, colore, caelamine; quin saepe solus eam Polycletus aere duceret, solus Apelles coloribus delinearet, solus Pyrgoteles caelamine excuderet.* Effigiem Alexandri nomine insignem ex marmore dedimus aere caelatam ad Winkelm. Stor. delle arti, tom II. tab. V. 242 *iudicium subtile videndis artibus.* Idem dicas de cura eius in eligendis amicis. Iustinus XIII. 1.: *Quippe ea formae pulchritudo, et proceritas corporis et virium, ac sapientiae magnitudo in omnibus fuit, ut qui eos ignoraret, non ex una gente; sed ex toto terrarum orbe electos iudicaret.* De eius iudicio acri etiam erga poetas, aliosque viros doctos, praeter Aristotelem, quem quanti faceret, notum est, puta Homerum, Cratinum, Pindarum, Euripidem, Athenodorum, Thessalum,

Ad libros, et ad haec Musarum dona vocares;

veterum Scriptorum testimonia collegit De Sainte Croix Examen critique des anciens historiens d'Alexandre le Grand, Paris 1804. p. 205. seq.; ut hinc lucescat, acerbe nimis in Alexandrum pronunciasse Poetam nostrum. Cum Choerilo potius lusisse, quam serio egisse Alexandrum, arguere possumus ex Acrone ad Art. poet. 357., si vera sunt, quae ipse refert: *Choerilus poeta fuit, qui Alexandrum Magnum secutus, bella eiusdem descripsit: cui Alexander dixisse fertur, malle se Thersitem Homeri esse, quam huius Achillem. Choerilus Alexandri poeta depactus est cum eo, ut si versum bonum faceret, aureo nomismate donaretur: si malum, colaphis feriretur: persaepe male dicendo colaphis caesus est.* Sed cum Choerilo erant alii mali poetae, assentatores, et aulae accommodati, de quibus Q. Curtius VIII. 17 seq.; ex cuius verbis licebit suspicari, Horatium nostrum, quae habet initio huius epistolae, ex scriptis hausisse alicuius huiusmodi assentatoris: *Iamque omnibus praeparatis*, (Alexander) *ratus, quod olim prava mente conceperat, tunc esse maturum, quonam modo caelestes honores usurparet, coepit agitare. Iovis filium non dici tantum se; sed etiam credi volebat; tamquam perinde animis imperare posset, ac linguis. Itaque more Persarum, Macedonas venerabundos ipsum salutare prosternentes humi corpora iussit. Non deerat talia concupiscenti perniciosa adulatio; perpetuum malum regum, quorum opes saepius assentatio, quam hostes, evertit. Nec Macedonum haec erat culpa (nemo enim illorum quidquam ex patrio more labare sustinuit); sed Graecorum, qui professionem honestarum artium malis corruperant moribus.* 18. *Agis quidam Argivus, pessimorum carminum post Choerilum conditor, et ex Sicilia Cleo; hic quidem non ingenii solum, sed etiam nationis vitio adulator; et cetera urbium suarum purgamenta, quae propinquis etiam, maximorumque exercituum ducibus a rege praeferebantur: hi tum caelum illi aperiebant; Herculemque, et Patrem Liberum, et cum Polluce Castorem novo numini cessuros esse ia-*

Boeotùm in crasso iurares aëre natum.
At neque dedecorant tua de se iudicia, atque
Munera; quae multa dantis cum laude tulerunt,
Dilecti tibi, Virgilius, Variusque, poetae;
Nec magis expressi vultus per ahenea signa,
Quam per vatis opus mores animique virorum
Clarorum apparent. Nec sermones ego mallem
Repentes per humum, quam res componere gestas
Terrarumque situs et flumina dicere, et arces
Montibus impositas, et barbara regna; tuisque
Auspiciis totum confecta duella per orbem,
Claustraque custodem pacis cohibentia Ianum;

ctabant. Igitur festo die omni opulentia convivium exornari iubet; cui non Macedones modo, et Graeci principes amicorum; sed etiam nobiles adhiberentur. Cum quibus quum discubuisset rex, paullisper epulatus convivio egreditur. Cleo, sicut praeparaverat, sermonem cum admiratione laudum eius instituit: merita deinde percensuit, quibus uno modo referri gratia posset, si, quem intelligerent Deum esse, confiterentur, exigua thuris impensa tanta beneficia pensaturi. Persas quidem non pie solum; sed etiam prudenter reges suos inter Deos colere: maiestatem enim imperii salutis esse tutelam. Nec Herculem quidem, et Patrem Liberum prius dicatos Deos, quam vicissent secum viventium invidiam. Alios aliis temporibus fuisse Choerilos non malos poetas, docet ad h. l. Marcilius. 244 *Boeotùm.* Tertullian. de An c. 20.: *Thebis hebetes, et brutos nasci, relatum est.* 245 * *At non* Vp. F. *Ac neque* notatum ex ms. in ora edit. Aldi 1509. Bibl. Barb., et ita ex ingenio Cuningam. more suo. Vid. I. epist. 18. 80. 246 *tulere* Cun. 249 *moresque* Cuning.

251 *res quam* mss. 2. Val. 252 *Montibus impositas.* Quinctil. I. O. XI. 9.: *Adeundi plerumque asperi colles, expugnandae civitates quamlibet praecisis impositae rupibus, aut operum mole difficiles*; ubi in mss. aliquibus

Et formidatam Parthis te principe Romam:
Si, quantum cuperem, possem quoque; sed neque parvum
Carmen maiestas recipit tua: nec meus audet
Rem tentare pudor, quam vires ferre recusent.
Sedulitas autem, stulte quem diligit, urget;
Praecipue quum se numeris commendat, et arte:
Discit enim citius, meminitque libentius illud,
Quod quis deridet, quam quod probat, et veneratur.
Nil moror officium, quod me gravat: ac neque ficto
In peius vultu proponi cereus usquam,
Nec prave factis decorari versibus opto:
Ne rubeam pingui donatus munere, et una
Cum scriptore meo, capsa porrectus aperta,

legitur *montibus*, pro *rupibus*. 256 * *formidandam* Vr. B. 259 * *vires quam forte* V. A. 259 *recusant* V. O. Ch. E. Va. C., mss. 3. Val. 261 *numeris cum se* mss. apud Combe. 261 * *commendet* V. A. a 1. m. Va. C. 264 *facto* Ch. E., edit. Venn. 1495. 1514. 266 *fictis* ms. apud Combe.

267 *Nec rubeam* mss. 5. Pulm., edit. Venn. 1492. 1514.

268 * *correptus* V. K. a 2. m.; Porphyrio in edit. Ven. 1481.; nam in aliis deest adnotatio; et ita habent mss. Vat. et Ch. 268 *aperta* V. P. Q. Vp. C. Ch. A. E., ms. 1. Pulm., Aldus 1501. 1509. 1519. Bad. Ascens. edit. Basill. 1527. 1531. 1580. Dion. ab Harsio Lugd. 1538. Mur. Lamb. H. Steph. Lubin. Chab. D. Heins. Desprez, Bond, Talb. Dac. Baxt. San. Merv. Phil. Gesn. Sandby, Batt. Dor. Val. Oberl., Combe, Wetz. Zeun. Alii mss. et priscae editiones, quibus adhaerent inter recentiores Bentl. Cun. Wakef., ferunt *operta*; solita varietate, de qua diximus I. sat. 2. 86. Respicit Horatius ad morem efferendi cadavera porrecta in arca vel ad rogum, vel ad sepulcrum; et arca erat vel aperta, vel operta, seu clausa; ut notat Kirchmann. de Fun. Rom. lib. 2. c. 9. *Opertam* supponit,

Deferar in vicum vendentem thus, et odores,
Et piper, et quidquid chartis amicitur ineptis. 270

EPISTOLA II.

AD IVLIVM FLORVM.

Excusat se, variis de caussis, a carminibus, et epistolis conscribendis; ac in philosophia totus iam esse ait.

Flore, bono, claroque fidelis amice Neroni,
Si quis forte velit puerum tibi vendere natum
Tibure, vel Gabiis; et tecum sic agat: Hic et
Candidus, et talos a vertice pulcher ad imos,

ut in editis legitur; Acron, quum scribit: *Bene porrectus, et in capsa operta, quasi mortuus in feretro deferar in Vicum thurarium.* At potius de *aperta* intellexisse, credi potest, ex *feretro*, seu sandapila, quae ignobiliorum erat propria; ut notat idem Kirchmannus. Fulgentius de Prisco serm.: *Sandapilam antiqui dici voluerunt feretrum mortuorum, id est loculum; non in quo nobilium corpora; sed in quo plebeiorum, atque damnatorum cadavera portabantur.* De hac loquitur Poeta 1. sat. 8. 9.; et illi magis convenit, ut liber nullius valoris, tamquam cadaver ignobile ad puticula omnibus visibile, feratur in capsa vili aperta, omnibus derisui, et contemptui, in Vicum thurarium amiciendis scombris; thurique, et piperi excipiendis. Lucan. VIII. 736.; *Da vilem Magno plebeii funeris arcam, Quae lacerum corpus siccos effundat in ignes.* Alias, ad quid *operta*? An tamquam merx pretiosa, quae arte custodita supponeretur? De cadavere *porrecto* videas quae diximus ad epod. 10. 12. 270 *inemptis* V. P., ms. 1. Cruq; edit. Flor. 1482. Ven. 1483 Lips. 1499. Britann. 1520.; et ex ingenio Wakef. Chartae *ineptae*, et earum usus, erant in proverbio; ut Catullo carm. XXXVI. 1. 6. Persio I. 43. Mart. lib. 3. epigr. 12.

3 *Gabiis.* Vid. I. epist. 11. 7. 3 * *hic ist* V. K. T.

Fiet, eritque tuus nummorum millibus octo; 5
Verna ministeriis ad nutus aptus heriles;
Litterulis Graecis imbutus: idoneus arti
Cuilibet, argilla quidvis imitabitur uda;

8 *imitaberis* V. M. O. Vr. H. Ch. A. a 2. m. Ba B. Va. C. a 1. m., alii mss. apud Lamb. Cruq. Torr. Talb. Ceteri mss. nostri, et aliorum, *imitabitur*. Varietatem lectionis iam notaverat Acron ipse, qui pro *imitaberis* stat, et exponit: *Tanti ingenii es, ut flectas eum, quo velis, tamquam argillam udam.* In eamdem sententiam concesserunt Britann. 1520. Lamb.; et eius argumentis, in sensu Acronis, abducti H. Steph. Cruq. Pulm. Chab. Torr. D. Heins. Desprez, Bond, Dacer. Baxt. Bentl. anonymus Trai. ad Rhen. 1713. Cuning. Sanad. Merv. Gesn. Sandby, Phil. Batt. Val. Dorigh. Oberlin. Combe, Wakef. Wetz. Zeun. [Bod.] Artium bonarum ignari, hi non vident, puerum praedicari idoneum *arti cuilibet*, id est *servili*, mechanicae primum, deinde *liberali*, seu bonis artibus, quarum symbolum est *argilla*; quia ab argilla tractanda, seu plastice, in typis incipiunt discipuli, vulgo *modellare*; eademque etiam utuntur ipsi magistri, et professores in formis operum praeparandis. Plin. H. N. XXXV. 12.: *De pictura satis, superque: contexuisse his et plasticen conveniat. Eiusdem opere terrae fingere ex argilla similitudines . . . Lysistratus Sicyonius, frater Lysippi, de signis effigiem exprimere invenit: crevitque res in tantum, ut nulla signa, statuaeve sine argilla fierent.* Tertull. Apolog. adv. Gent. c. 12.: *Crucibus, et stipitibus imponitis Christianos, quod simulachrum non prius argilla deformat cruci, et stipiti superstructa.* Hoc indubium est sculpturae, aliarumque artium sororum methodum callentibus: et in artibus liberalibus servos, libertosque innumeros vulgo Romae doctos scimus. Vide quae fuse adnotavimus ad Winkelm. Storia delle arti lib. 7. c. 3. §. 27. lit. B. p. 71. tom. 2.; ubi in principio voluminis prostat imago, aere caelata, sculptoris ex argilla vultum pueri exprimentis, ducta ex marmore anaglypho Villae

Quin etiam canet indoctum, sed dulce bibenti.
Multa fidem promissa levant, ubi plenius aequo
Laudat venales, qui vullt extrudere, merces.
Res urget me nulla: meo sum pauper in aere.
Nemo hoc mangonum faceret tibi; non temere a me
Quivis ferret idem. Semel hic cessavit; et, ut fit,
In scalis latuit, metuens pendentis habenae.
Des nummos; excepta nihil te si fuga laedat.

Albanae. Generice de argilla in manu figuli cuiuslibet accipiendus Persius III, 23.: *Udum, et molle lutum es.* Ita in sacris paginis, Eccle. c. 33. v. 13. Ierem. c. 18. 6. Pueri, qua flexibiles per aetatem, non udae argillae; sed cerae comparantur ab Horatio de Art. poet. 163. Plut. de Educ. lib., aliisque. * *imitabimur* Vr. E. *mirabitur* edit. Ven. 1546. *mutabitur* ms. apud Gesnerum. 10* *levant promissa fidem* An. C. 10* *ubi lenius* V. A. 1. m. 11 *extrudere* V. A. E. M. O. P. Q. R. Vr. C. a 2. m. Vp. D. F. Ch. F. Ba. A. B. An. A. a 2. m. B., edit Princ. Med. 1476. Venn. 1478. 1479. 1481. 1483. 1486. 1490. 1492. 1495. 1509. 1546. 1552. Lips. 1499. Aldus 1501. 1509. 1519. Iunta 1503. Bad. Ascens. Basill. 1527. 1531. 1580. Dion. ab Harsio Lugd. 1538. R. Steph. 1544. Lamb. Mur., aliique fortasse omnes, etiam recentiores, uno excepto Cuning. *excludere* V. B. D. G. I. K. S. T. X. Z. Vr. B. C. D. E F. I. Vp. A. C. Ch. A. An. A. a 1. m. C. Va. A. C., alii mss. apud Lamb., qui refutat, sed adoptavit Cun. nulla data ratione: certe indocte; nam *excludit*, qui non admittit: at mercator, qui merces venales habet in horreo, illas vult emittere foras, seu *extrudere*, quodammodo per vim, laudibus, praeconiis alliciendo, cogendo emptores; ut de Art. poet. 419. *Extrudere* legendum apud Colum. VII. 5. 3. ex ms., pro *extendere*. 13* *faciet* V. D.; et notatum ex ms. in ora editionis Aldi 1501. Bibl. Vat. 14* *semel hoc* Ba. B. 15* *sub scalis* V. D. *in scalas* Ba. B. Cicero pro Mil. c. 15. de Clodio: *Fugiens, in scalarum se tenebras abdidit.* 16* *si te* V. A. 16 *laedit* Vp. A. Ch. A. a

Ille ferat pretium, poenae securus, opinor.
Prudens emisti vitiosum; dicta tibi est lex.
Insequeris tamen hunc, et lite moraris iniqua?
Dixi me pigrum proficiscenti tibi; dixi
Talibus officiis prope mancum: ne mea saevus
Iurgares ad te quod epistola nulla veniret.
Quid tum profeci, mecum facientia iura

1. m.; adoptavit ex ms. Cruquii Baxterus; et ex hoc ms. et alio suo Bentl., magis, ut illi videtur, ex more Horatiano; sequuntur anonymus Trai. ad Rhen. 1713. Cun. San. Merv. Gesn. Sandby, Dor. Oberl. Combe, Wakef. Wetz. Zeun. [Bod.] Venditor asseverat, puerum esse immunem ab omni vitio corporis, et animi; excepto, quod evenire potest, ut fuga eius *laedat* emptorem; sive, ut verna fugam arripiat. Qui hoc declarat, paciscitur cum emptore, ne actione redhibitoria teneatur, si revera servus aufugiat. Ulpianus in l. 14. §. 9. ff. de Aedil. edicto: *Si venditor nominatim exceperit de aliquo morbo, et de caetero sanum esse dixerit, aut promiserit; standum est eo, quod convenit: remittentibus enim actiones suas non est regressus dandus. laedet* Vp. F., edit. Basill. 1527. 1531.

17 *feret* V. D. O. P. R. X. An. B. a 1. m., ms. 1. apud Combe, edit. Zar. 1470. Venn. 1481. 1490. 1514. Lips. 1499. Britann. 1520. [Bod.] 18 *tibi lex* V. A. D. G. Vr. F. a 2. m. Ba. A. B., alii mss. apud Lamb. Pulm. 19* *iniqua?* V. A. An. A. 20* *me aegrotum* Ba. A. 21. *veniret* V. G. P. Vr. C. F. l. a 2. m., alii mss. apud Lamb. Pulm. Val., Iunta 1503. Aldus 1501. 1509. 1519. Venn. 1509. 1552. 1573. Britann. 1520. Basill. 1527. 1531. 1580. Frib. 1526. Dion. ab Harsio Lugd. 1538. Lamb. Mur. Cruq. Pulm., aliique usque ad recentiores. Al. *rediret*, quae lectio magis placet Gesnero. Sed ex toto contextu apparet, Horatium nullam antea epistolam accepisse, cui respondere deberet: et primae hac statim rescripsisse; et excusationem adducere, cur ipse primus non deberet scribere, uti nec mittere carmina. Florus discedens rogaverat, ut scriberet; et Horatius proficiscenti illi dixerat, se non etc. 23* *Quid*

Si tamen attentas? Quereris super hoc etiam, quod
Exspectata tibi non mittam carmina mendax.
Luculli miles, collecta viatica multis
Aerumnis, lassus dum noctu stertit, ad assem
Perdiderat: post hoc vehemens lupus, et sibi et hosti
Iratus pariter, ieiunis dentibus acer;
Praesidium regale loco deiecit, ut aiunt,
Summe munito, et multarum divite rerum.
Clarus ob id factum, donis ornatur honestis;
Accipit et bis dena super sestertia nummum.
Forte sub hoc tempus castellum evertere praetor
Nescio quod cupiens, hortari coepit eumdem
Verbis, quae timido quoque possent addere mentem:
I, bone, quo virtus tua te vocat; i pede fausto,
Grandia laturus meritorum praemia; quid stas?
Post haec ille catus, quantumvis rusticus: ibit,
Ibit eo, quo vis, qui zonam perdidit, inquit.

tunc V. D. R. *Quantum* Ch. E. 26 *viatica.* Vid. I. sat. 1. 29. seqq. 27 * *lapsus* V. T. Ba. B. Bene *lassus*, id est fessus; ut apud Liv. XLIV. c. 35. n. 38.: *Longo itinere fatigatum, et onere fessum.* 27 *noctu dum* Cun. more suo. 28 * *post hac* Va. C. *post haec* Vp. A. Va. A., ms. 1. Pulm. Eadem varietas II. epist. 1. 175. 28 *lupus ut, sibi* coniicit Valart in praef. p. XV., inscite. 29 * *ieiunus* V. T. 31 * *Munito summe* V. S. 32 *ob hoc factus* V. K. *ob id factus* Coll. Sax. apud Gesn. Iunta 1503. *ob id facti* Cun. San. Dor. 32 * *ornatus* Vr. F. a 2. m. Va. A., Coll. Sax. apud Gesn. 32 *ornatur opimis* V. B. a 2. m. Vr. H. Vp. D. An. B., alii mss. apud Lamb. Pulm. Torr. Valart; notatum ex ms. in ora editionis Aldi 1509. Bibl. Barb. et 1519. Bibl. Ang. Torrentius refutat. *Oneratur* legit Wakef. ex coniectura, inscitissime. 33 * *Accepit bis* V. K.

36 * *timidis* Va. C. 36 *mentis* Cun. 37 * *O bone* Ba. A. 37 * *faustus* Ch. E. 40 *zonam qui* Cun.

Romae nutriri mihi contigit, atque doceri,
Iratus Graiis quantum nocuisset Achilles.
Adiecere bonae paullo plus artis Athenae:
Scilicet ut possem curvo dignoscere rectum,
Atque inter silvas Academi quaerere verum.
Dura sed emovere loco me tempora grato;
Civilisque rudem belli tulit aestus in arma,
Caesaris Augusti non responsura lacertis.
Unde simul primum me dimisere Philippi,
Decisis humilem pennis, inopemque paterni
Et laris, et fundi, paupertas impulit audax,
Ut versus facerem: sed, quod non desit, habentem
Quae poterunt umquam satis expurgare cicutae,

42 *Achilles*. Doctus est Iliadem Homeri, quae initium sumit ab ira Achillis. Ausonius Periocha 1. in Iliad.: *Si Homerum, scriptorem Troici belli, eatenus, qua Iliadem suam incipit, quaque finit, percenseamus; orsum ab iracundia Achillis ad sepulturam Hectoris, quattuor et viginti libros contexuisse monstrabimus.* Moris erat studiosum Graecae linguae initium ducere ab Iliade, ut docet Theodoretus, a D Heinsio huc adductus; apud quem etiam proverbium de rudi, et illitterato: *Ne iratum quidem Achillem novit.* 43 * *plus laudis* Ch. A. a 2. m. 44 *ut vellem* V. E. I. Vr. H. a 1. m. Vp. D., ms. 1. Pulm.; ex aliis mss. Cuning. *ut possim* V. A. B. D. G. M. P. S. T. Z. Vr. C. D. E. F. Vp. A. F. Ch. A. E. F. An. A. a 1. m. B. C., ms. 1. Pulm. Nihilominus retinendum est vulgatum *possem*; quia ex versu sequenti requiritur tempus remotum, dum Horatius studebat Athenis. 46* *abmovere* An. B. *amovere* V. R., alii mss. apud Pulm. Val., edit. Princ. et priscae aliae editiones, Aldus 1501. 1509. 1519. Iunta 1503. Britann. 1520. Basill. 1527. 1531. Dion. ab Harsio Lugd. 1538. H. Steph. Chab. D. Heins. Desprez, Bond. 49 * *Inde simul* Vp. D. 50 *pinnis* Vr. H. Va. A., ms. 1. Pulm. 52 * *sed non quod* V. M. Va. A. 53 *expug-*

Ni melius dormire putem, quam scribere versus?
Singula de nobis anni praedantur euntes:
Eripuere iocos, Venerem, convivia, ludum;
Tendunt extorquere poemata: quid faciam vis?
Denique non omnes eadem mirantur, amantque:
Carmine tu gaudes; hic delectatur iambis;
Ille Bioneis sermonibus, et sale nigro.
Tres mihi convivae prope dissentire videntur,
Poscentes vario multum diversa palato.
Quid dem? quid non dem? renuis tu, quod iubet alter;
Quod petis, id sane est invisum, acidumque duobus.
Praeter cetera, me Romaene poemata censes
Scribere posse, inter tot curas, totque labores?
Hic sponsum vocat; hic auditum scripta, relictis

nare V. I. P. S. Vp. A. D. F. Ba. B; ex alio ms. adoptavit Cuning., inepte; inde Dor. Huc respexisse puto Ausonium epist. V. 67. seqq.: *Accipe congestas, mysteria frivola, nugas: Quas tamen explicitis nequeas deprendere chartis, Scillito decies si cor purgeris aceto, Anticyrasque bibas Samii Lucumonis acumen.* 54 * *Si melius* Vp. F. *Nil melius* V. O. Ch. E. An. C. Ba. B. *Ne melius* Cruq. 57 * *quid faciamus?* Vr. D. 62 * *multum vario* V. X. *vario nimium* ms. 1. Talb., et ita Cuning. ex ingenio. Vere nimium est, *nimiam* diversitatem videre in cibis unius cenae, et in *vario* palato tantum. 63 * *et quid non dem* V. Z. 63 * *quod petit alter* V. G. 63 *renuis quod tu* Vr. C. D. E. Ch. E., alii mss. apud Val.; et ex 4. aliis praetulit Bentleius, tamquam auribus suis simplicius, et elegantius; sequuntur anonymus Trai. ad Rhen 1713. Cun. San. Merv. Phil. Sandby, Val. Dor. 65 *Romae mene* mss. apud Val.; sed in editis est ab Aldo 1501. 1509 1519. Iunta 1503. edit. Ven. 1709. Britann. 1520. Basill. 1527 1531. Dion. ab Harsio Lugd. 1538. *Romana* Baxt. 66 * *cu-*

Omnibus officiis: cubat hic in colle Quirini,
Hic extremo in Aventino; visendus uterque.
Intervalla vides humane commoda. Verum
Purae sunt plateae, nihil ut meditantibus obstet?
Festinat calidus mulis, gerulisque redemptor;
Torquet nunc lapidem, nunc ingens machina tignum;
Tristia robustis luctantur funera plaustris;
Hac rabiosa furit canis; hac lutulenta ruit sus.

ras tot totque Ch. A. 68 * *in monte Quirini* V. O. *in valle Quirini* V. T. Vp. F. Ch. E.; et ita mss. Ovidii IV. Fast. 375. *Vallis Quirini* ignota est. Bene *collis*. Varro de L. L. IV.: *Collis Quirinalis*, *ubi Quirini fanum*. Ovid II. Fast. 511.: *Templa Deo fiunt, collis quoque dictus ab illo est*. XIV. M. 836. Aur. Victor de Vir. ill. 2.: *Aedes in colle Quirinali Romulo constituta; ipse pro Deo cultus, et Quirinus est appellatus*. De hoc templo fusius Nardin. VI. 6., et II., ubi de hoc ipso, et de aliis collibus: *colles* dicti iam *in Argaeorum sacrificiis* apud eumdem Varronem. N. Heins. ad Ovid. IV. F. 375., ubi *quondam sacrata est colle Quirini*, malit *Quirino*; et ita Cun. in Nota. Nemo Romae laudabit. Vid. IV. od. 15. 9. 69 * *Hic in Aventino extremo* An. B. 69 * *uterque est* Ch. E. Va. A. 70 *rerum* Cruq. ex ingenio; non ex mss., ut asserit Gesnerus. 71 *Plures*. 71 *nil ut* Cun. more suo. 71 * *obstet?* V. Z. Vr. C. An. A. *obsit* ex 2. mss. Cruquius; inscite, contra sensum, et mentem auctoris, qui primum, et primarie numerat impedimenta, quae obstant placide transeunti; non quae obsunt, quae nocent illi in via. Contra emendes apud Catullum carm. LXX. 1., ex mss.: *Teter atarum obfuit* (pro *sacer a. obstitit*) *hircus*. 72 *redemptor* V. M. X. Vr. B. Ch. A. F. Vid. III. od. 1. 35.

75 * *rabiosa furit canis* V. D. Vp. F., ms. 1. Mus. Brit. apud Combe. * *ruit* V. Q. Vulgata lectio *fugit*, esti tot aliis mss. suffulta, hic videtur impropria: nam proprium est canum rabidorum *furere*; et ita verum timorem incutiunt. Canes omnes currunt, fugiunt, quin exterreant. Fe-

I nunc, et versus tecum meditare canoros.
Scriptorum chorus omnis amat nemus, et fugit urbes;
Rite cliens Bacchi, somno gaudentis, et umbra.
Tu me inter strepitus nocturnos, atque diurnos,

stus: *Rabies, canum morbus, quo in feritatem aguntur, et obvios quosque morsu petunt.* Nemesian. Cyneget. 210-219. seqq.: *Est etiam canibus rabies . . . imas agitat sub corde medullas; Inque feros rictus, nigro spumante veneno, Prosilit, insanos cogens infigere dentes . . . . Possis, furiasque repellere tristes, Atque iterum blandas canibus componere mentes. Furor* et *rabies* coniungun-tur, Hinc apud Catull. LXII. 4.: *Stimulatus furenti rabie.* Nemesian. ecl. II. 28.: *Rabidos furores.* Horatium imita-tur Ausonius epist. XII. 25.: *Sus lutulenta fugit, rabidus canis impete.* Galenus quidem, sive quiqui est, qui de Theriaca scripsit ad Pisonem, ut notat hìc Marcil., inter canis rabiosae notas illam ponit ἀλόγως τρέχειν, *temere currere;* hac, illac divagari; at hoc non est furere, nec fugere. Eadem varietas II. sat. 7. 35. * *fugit sus* V. O. Va. C. a 1. m. 76 * *versus mecum* Vp. A. 76 * *meditare sonoros* V. I. 77 *urbem* V. B. D. E. I. K. M. R. X. Vr. H. An. B. Ba. A. Va. A. C., alii mss. apud Pulm. Torr. Combe, edit. Princ. Venn. 1478. 1479. 1481. 1486. 1490. 1495. 1509. 1514. Iunta 1503. Britann. 1520. Frib. 1536. *urbes* V. A. G. P. S. T. Z. Vr. B. C. E. F Vp. A. C. D. Ch. A. E. F. An. A. C., alii mss. apud Torr., Aldus 1501. 1509. 1529. Dion. ab Harsio Lugd. 1538. Lamb. Mur., atque in-de vulgata apud omnes recentiores. Favet primae lectioni Porphyrio, dum ait, ad superius argumentum hoc perti-nere; quod probat, in frequentia Urbis poetam scribere non posse. Eamdem lectionem etiam mallet in nota Tor-rent. At potius de poetis omnibus, cuiuscumque nationis, et temporis intelligendus Horatius: qui de more fugiunt urbes; et nemora, aut alia secreta loca petunt, ut versus faciant. Si hoc faciunt poetae alii: quomodo ego hìc, inter tot strepitus nocturnos, atque diurnos, in mediis fluctibus, et tempestatibus huius Urbis, omnium maximae, canere possum? Confer II. sat. 6. 16. 60. I. epist. 14. 10. seqq.

Vis canere, et contracta sequi vestigia vatum? 80
Ingenium, sibi quod vacuas desumpsit Athenas,

80 *contracta* V. K. M. Q. R. T. Vr. F. I. Vp. A. C. D. Ba. A. An. A. a 2. m., alii mss. apud Lamb. Pulm., edit. Flor. 1482. Venn. 1483. 1486. 1490. 1495. 1514. 1552. Lips. 1499. Aldus 1501. 1509. 1519. Basill. 1527. 1531. 1580. Frib. 1536. Dion. ab Harsio Lugd. 1538. Lamb. Mur., inde vulgata fere apud omnes *Contacta* V. A. B. E. G. I. P. O. S. X. Vr. B. C. D. E. H. Ch. A. F. An. B. C. Ba. A. Va. C., alii mss. apud Lamb. Torr. Talb. Val., Commentator Cruquianus, edit. Princ. Med. 1476. Venn. 1478. 1479. 1481. 1509. Iunta 1503. Britann. 1520. Utramque lectionem innuit; sed secundam videtur admittere Porphyrio. Melius *contracta*, cum Landino, Gesnero, aliis; erant difficilia ad sequendum, quoniam coartata erant, et angusta, in tanta etiam egregiorum poetarum multitudine. Cicero de Amic. c. 50. n. 20.: *Contracta res est, et adducta in angustum.* In hanc sententiam scribebat Propert. III. el 1. 14.: *Non datur ad Musas currere lata via*: quia angusta via est, quae conceditur ad Musas tendentibus; ut ibi notat Passeratius; sive propter angustum et difficilem montis Heliconis adscensum, et non facillimam Graecorum poetarum imitationem. Propertio, et Horatio Gonsalius de Salas addit illud Petronii c. 118.: *Homerus testis, et Lyrici, Romanusque Virgilius, et Horatii curiosa felicitas. Ceteri enim aut non viderunt viam, qua iretur ad carmen; aut visam timuerunt calcare.* Vid. III. od. 1. 33. I. epist. 5. 20. In aliis mss. mira varietas: *cunctata* Vp. F., quem ex alio ms. sequitur Cun. Dorigh.: *conctata* An. A. a 1. m., alii mss. apud Combe, edit. Med. 1477.: *et cuncta* V. D.: *constructa* Va. A. a 1. m., *constracta* a 2. m.: *et tractata* Ch. E.: *cantata* legunt alii apud Torrent.: *non tacta* Bentl. ex coniectura. Sed misere argutatur a carmine, aut re alia *intacta*, non tacta; ad *vestigia* impressa, quae immo sunt tangenda, sequenda; non sine difficultate; ut hìc notat Marcil. 80* *vestigia patrum* V. G. ab eadem manu in margine. 81 *sibi qui* mss.

Et studiis annos septem dedit, insenuitque
Libris, et curis; statua taciturnius exit
Plerumque, et risu populum quatit: hic ego rerum
Fluctibns in mediis, et tempestatibus Urbis,
Verba lyrae motura sonum connectere digner?
Frater erat Romae consulti rhetor, ut alter
Alterius sermone meros audiret honores;
Gracchus ut hic illi foret, huic ut Mucius ille.
Qui minus argutos vexat furor iste poetas?
Carmina compono, hic elegos. Mirabile visu,
Caelatumque novem Musis opus adspice: primum,

4. Val., et ita Cun. San. Merv. Dor. 82 *Ut studiis* Cun. audacter, et inscite. 83 *taciturnior* Cun. ex ingenio, ut (*?*) concordet cum v. 81.; et ita asseclae. 84 * *et risum* Ch. E.

85 * *Luctibus in mediis* V. S. 86 * *coner?* Va. A.

87 * *et alter* Vr. D. 89 *huic ut Mucius ille* Britann. 1516. 1520., Lambinis; et post XL. alias editiones, ut asserit Cun., iterum restituit Bentl., quem postea nemo deseruit. Al. *hic ut Mucius illi.* Scribe *Mucius* ex omnibus antiquitatis monumentis, lapidibus scriptis, nummis, libris; sed praesertim ex Pandectiis, etiam Florentinis, in l. 24. et 34. princ. et §. 1. et 2. de Auro, arg. leg., atque alibi; contra Baxterum, qui in editione Bentleii *Mucius* redarguit prae *Mutius.* Est Q. Mucius Scaevola, Ictus clarissimus; ut bene notat Bentl. 90 * *Qui nimis* Vp. A. 90 *versat* Bentl. ex mera coniectura. Laudat tamen Burmannus ad Propert III. 9. 1., ubi de varietate inter verba *vexat*, et *versat* plura adducit exempla. Vid. II. od. 9. 3. I. sat. 8. 19. Huc. spectat Iuven. VII. 64.: *Nisi quum se carmine solo Vexant.*

90 * *furor ipse* V. E. 91 *miserabile* Land. G. Fabricius, aliique pauci, qui etiam miseriter commentantur.

92 * *Sacratumque* Bentl., argutiis eruditis. Acerbe eum refutat Dac. in altera editione; alii aliter. Laudat Vannettus Osservaz. intorno ad Oraz. t. 1. p. 312. seqq. Sanado-

Quanto cum fastu, quanto molimine circum-
Spectemus vacuam Romanis vatibus aedem:
Mox etiam, si forte vacas, sequere, et procul audi,
Quid ferat, et quare sibi nectat uterque coronam.
Caedimur, et totidem plagis consumimus hostem,
Lento Samnites ad lumina prima duello.
Discedo Alcaeus puncto illius; ille meo quis?
Quis, nisi Callimachus? si plus adposcere visus;
Fit Mimnermus, et optivo cognomine crescit.

nus exponit, *caelatum*, id est, *studiose, et affabre elaboratum*. Porphyrio: *Caelatum, variatum, et quasi pictum novem Musis; omni genere metrorum: principalia enim novem sunt.* Hoc falsum in carminibus, et elegis. Latet in verbis, *caelatum opus novem Musis*, elegantia artis antiquae. Nos dicimus, *un cameo scolpito colle nove Muse*: nempe, haec aedes admiranda, quae comparari potest cameoco; operi, in quo novem Musae caelatae, caelamine excusae, sculptae sunt; quod mirabile visu sit propter artis excellentiam: ac si diceret, ab ipsis novem Musis elaboratum opus, quibus revera, et Apollini dicata erat aedes. Iuven. l. c. 37. Propert. IV. 6. 11. Vid. carm. sec. 65. Marbodaeus in carmine de Gemmis, sive lapidibus pretiosis, v. 57. seqq.: *Rex Pyrrhus digito gessisse refertur achatem, Cuius plana novem signabat pagina Musas; Et stans in medio citharam tangebat Apollo: Naturae, non artis opus, mirabile dictu.* 93* *circum molimine quanto* Vr. I. Ch. F. 94 * *spectamus* An. B., ms. 1. Torrentii. 95 *vacat* Vr. F. a 1. m., ms. 1. Pulm. alii Val., vulgati quidam apud Cruq. 96 * *Quod ferat* Ba. B.

96 * *nectet* Ch. F. 97 * *Cedimus* Ba. B. 97 * *plagis totidem* Vp. A 98 *limina* Ba. B., edit. Med. 1477. Ven. 1481. Iunta 1503. *lumina prona* mss. 2. Cruquii. *Lumina prima*, Porphyrio ms. Ch., *usque ad lucernam, id est ad vesperam.* Ennius apud Acronem: *Bellum aequis manibus nox intempesta diremit.* 100 * *sed plus deposcere* Vp. D. *plus attollere* ms. 1. Cruq. 101. *crescat* notatum

Multa fero, ut placem genus irritabile vatum,
Quum scribo, et supplex populi suffragia capto:
Idem, finitis studiis, et mente recepta,
Obturem patulas impune legentibus aures.
Ridentur, mala qui componunt carmina: verum
Gaudent scribentes, et se venerantur; et ultro,
Si taceas, laudant quidquid scripsere, beati.
At, qui legitimum cupiet fecisse poema;
Cum tabulis animum censoris sumet honesti:
Audebit, quaecumque parum splendoris habebunt,
Et sine pondere erunt, et honore indigna ferentur,
Verba movere loco; quamvis invita recedant,
Et versentur adhuc intra penetralia Vestae.
Obscurata diu populo bonus eruet; atque
Proferet in lucem speciosa vocabula rerum,
Quae, priscis memorata Catonibus atque Cethegis,
Nunc situs informis premit; et deserta vetustas:
Adsciscet nova, quae genitor produxerit usus.

ex ms. in ora edit. Aldi 1509. Bibl. Barb. * *crescet* V. O. 102 *vates* Cun. coniicit in nota. 105 *Obtundam* Wakef. 107 * *scriptores* Ch. E. *scriptores sese* V. O. Va. C. *scriptores sed* Coll. Sax. apud Gesn. 108 * *laudent* Ba. A. a 1. m. 108 *beati*. Catull. XXII. 15. seq.: *Nec idem unquam Aeque est beatus, ac poema quum scribit: Tam gaudet in se, tamque se ipse miratur.* 110 * *sumet censoris* Vr. H. 112 * *feruntur* V. B. K. M. P. Z. Vr. B. H. a 1. m. Vp. A. C. Ch. A. E. An. A. Va. C. *terentur* Vr. I. 113 *inter* Vr. B. C. E. Vp. F. Ba. B. Va. C., ms. 1. Torr. 11. Val., edit. Venn. 1481. 1486. 1509. 1514. Iunta 1503. 113 * *recedunt* V. D. 114 * *versantur* V. P. Ch. F. Ba. B. 116* *proferat* Vp. C., notatum ex ms. in ora edit. Aldi 1509. Bibl. Barb. 118 * *situs infamis* Va. A. a 2 m. 119* *produxerat* V. B. a 2. m. *perduxerit* edit. Ven.

Hic vehemens, liquidus, puroque simillimus amni,
Fundet opes, Latiumque beabit divite lingua:
Luxuriantia compescet; nimis aspera sano
Levabit cultu; virtute carentia tollet:
Ludentis speciem dabit, et torquebitur; ut qui
Nunc Satyrum, nunc agrestem Cyclopa movetur.
Praetulerim scriptor delirus, inersque videri;
Dum mea delectent mala me, vel denique fallant;
Quam sapere, et ringi. Fuit haud ignobilis Argis,
Qui se credebat miros audire tragoedos,
In vacuo laetus sessor, plausorque theatro:
Cetera qui vitae servaret munia recto
More; bonus sane vicinus, amabilis hospes,
Comis in uxorem, posset qui ignoscere servis,
Et signo laeso non insanire lagenae:
Posset qui rupem, et puteum vitare patentem.
Hic, ubi, cognatorum opibus, curisque refectus,
Expulit helleboro morbum, bilemque meraco,

1492. 120 * *Hic vehemens liquidus* Vr. E. a 2. m. Vp. F. *Et liquidus vehemens* Vr. F. Ba. B. An. C. *Ut vehemens liquidus* V. S. Al. *Vehemens, et liquidus.* 121 *Fundit* Vr. E. 122 *depascet* coniicit in nota Cun. 122* *compescit* Vp. C. Va. A. 123 * *Leniret cultu* Vr. E. a 2. m. Vid. de Art. poet. 26. 123 *calentia* Vr. E. a 1. m. Vp. C. Va. A., mss. 2. Torr. 125 *imitatur* Zar. Med. 1477. 126* *Pertulerim* Vr. B. *Protulerim* V. O. 127 * *Cum mea* Vp. C.

127 * *delectant* V. K. O. S. T. Vr. B. C. E. I. Vp. A. Ch. A. a 1. m. E. Va. C.; notatum ex ms. in ora edit. Aldi 1509. Bibl. Barb. 127 * *fallunt* V. K. Vr. l. 128 * *Quod sapere* Vp. D. 128 *Argus* mss. 2. Torr., et ita San. Mervill. Phil. 130 * *plaususque* An. C. *plosorque* ex mss. Cun. Vid. de Art. poet. 154. 131* *munera* Vr. I. 133 * *Comes* Vr. E. a 1. m. Vp. C. *in uxores* Va. A. 137 * *bilem mor-*

Et redit ad sese: pol! me occidistis, amici;
Non servastis, ait, cui sic extorta voluptas,
Et demptus per vim mentis gratissimus error.
Nimirum sapere est, abiectis utile nugis,
Et tempestivum pueris concedere ludum;
Ac non verba sequi fidibus modulanda Latinis;
Sed verae numerosque modosque ediscere vitae.
Quocirca mecum loquor haec, tacitusque recordor:
Si tibi nulla sitim finiret copia lymphae,
Narrares medicis: quod, quanto plura parasti,
Tanto plura cupis, nulline faterier audes?
Si vulnus tibi, monstrata radice, vel herba,
Non fieret levius; fugeres, radice, vel herba
Proficiente nihil, curarier? Audieras, cui
Rem Dî donarent, illi decedere pravam
Stultitiam; et quum sis nihilo sapientior, ex quo
Plenior es; tamen uteris monitoribus isdem?

bumque V. E. Vp. C.. notatum ex ms. in ora edit. Aldi 1509. Bibl. Barb. [Bodon. *elleb.*] 138 *rediit ad se. Pol.* Bad. Ascens. Cuning. 139* *servatis* Vp. F. 140* *per mentis vim* Ba. A. *mentis per vim* An. A. *gratissimus horror* Vr. C. 143* *modulata* V. D. a 1. m., notatum ex ms. in ora edit. Aldi 1501. Bibl. Vat. 144 *Sed vere* V. A., ms. 1. Pulm. 144 *addiscere* ms. 1. Pulm.* *edicere* Vp. C. 145* *Quod circa* Vp. C. *loquar* Va. C. *tacitus loquor haec mecumque* Ba. B. 147 * *quid?* V. A. a 1. m. *quid* Vr. B. a 2. m. C. Vp. C. F., ms. 1. Val. 148 * *cupis?* Vr. C. An. A. 148 *nulli te farier* Zar. * *fateris et audes* V. K. 150 * *Nil fieret* Vr. H. 152 *donarant* V. S. a 2. m. Vp. F. Ch. F. a 2. m., ms. 1. Talb. *donarint* Bentl. ex coniectura, quem sequuntur Baxt. Cuning. San. Merv. Phil. Gesn. Dorigh. Oberl. Combe, Wakef. Wetzel, Zeunius. [Bod.] *Donarent* vulgato, praeter mss., favet etiam Porphyrio ms. et editus; et sensus postulat tempus imperfectum. 153* *Stultitiam?* Ch. A. Va .A. 154 *rationibus* V. M.

At si divitiae prudentem reddere possent;
Si cupidum, timidumque minus te; nempe ruberes,
Viveret in terris te si quis avarior uno.
Si proprium est, quod quis libra mercatur, et aere;
Quaedam, si credis consultis, mancipat usus:
Qui te pascit ager, tuus est: et villicus Orbi,
Quum segetes occat, tibi mox frumenta daturus,

Ba. A. a 1. m., alii mss. apud Lamb. Pulm. Talb. Gesn. Val.; notatum ex ms. in ora edit. Aldi 1501. Bibl. Vat., et 1509. Bibl. Barb. 1519. Bibl. Ang. 155 * *Ac si* V, P., edit. Ven. 1481. * *possint* Ch. E. *possunt* V. E. a 1. m. S.

156 * *Ut cupidum* Ba. B. *tumidumque* Ba. A. a. 1. m., ms. 1. Pulm.: male. Vid. I. epist. 2. 51. 156 *tu nempe* ms. 1. Pulm.; et ita Cun. * *tunc nempe* Ba. B. *puderes* Vr. H. a 1. m. 158 * *Si proprium quidquid* Va. A.

158 *mercatus et aere est* V. M. Vr. H. Vp. D. Ba. A. Va. C., alii mss. apud Lamb. Cruq. Pulm. Torr. Talb. Val.; notatum ex ms. in ora edit. Aldi 1501. Bibl. Vat., ex suis adoptavit Lambinus; atque inde fere omnes, et praesertim recentiores: sed ceteri mss. nostri, et meliores, et aliorum alii cum priscis editionibus, *mercatur et aere*; sensu optimo, et praesenti tempore. 159 *mancupat* Cun. Plautino more. *Usus*, ut bene notavit Porph., hic Ictis est *usucapio*, de qua in Pandectis suo titulo; non *mancupium* seu *mancipium*; quod diversum. Vid. Bynkersh. de Reb. mancipi, et nec mancipi, Heinecc. Antiquit. Rom. ad Instit. lib. 2. tit. 1. §. 17. 160 * *Orbis* Vr. C a 2. m. *Urbi* V. E., ms. 1. Torr. *Orbius*, et *Orbia; Orbianus*, et *Orbiana*, passim in marmoribus apud Gruterum, et alios occurrunt.

161 * *Qui segetes* Ba. B. 161 *daturas* V. A. a 1. m. E. T. Ch. A. F. An. C., alii mss. apud Cruq. Torr. Bentl.; admisit in textum Cruquius; reproduxit Bentl., nec validis argumentis; sequuntur anonymus 1713. Cun. San. Merv. Phil. Gesn. Sandby, Val. Dor. Oberl. Combe, Wakef. Wetz. Zeun. [Bod.] *daturus* V. B. D. G. I. K. M. O. P.

Te dominum sentit: das nummos; accipis uvam,
Pullos, ova, cadum temeti: nempe, modo isto
Paullatim mercaris agrum; fortasse trecentis,
Aut etiam supra, nummorum millibus emptum. 165
Quid refert, vivas numerato nuper, an olim?
Emptor Aricini quondam, Veientis et arvi,
Emptum cenat olus, quamvis aliter putat; emptis

Q. R. S. X. Z. Vr. B. C. a sec. m. D. F. H. Vp. A. C. D. F. Ch. E. An. A. B. Ba. A. B. Va. C. a 1. m., alii mss. apud Pulm. Cruq. Torr. Oberl. Combe, edit. Princ. et aliae priscae, quas vidi omnes usque ad Cruquium, aliaeque post illum; tuetur Dacerius contra Bentl.; sensus evidenter exigit: est enim villicus, qui daturus est frumenta; idem uvam, pullos, ova, vinum: et hoc modo sentit te dominum; quia ipsi das nummos, quibus illum agrum, cuius est villicus, paullatim mercaris, et *usu* tuum facis. 162 * *des* Ch. E. 166 * *Quid referet* An. B. Ba. B.

167 *Aricini.* Legas ex ms. meo apud Propert. IV. el 8. 19.: *Turpis Aricina* (Pro *in arcana*) *sonuit quum rixa taberna;* quod etiam ex alio ms. monuit, addito *fortasse recte*, in nota Vulpius. 167 * *quando* Ch. F. *quoniam* V. P. Vr. B. a 1. m. C. E. An. A. a 1. m., alii mss. apud Cruq. Torr. Combe; adoptavit Cruquius, laudat in nota Torr., reiicit Talb. Bene: *quondam* melius respondet sententiae Horatianae in superiori versu, *nuper*, *an olim:* et sensus est: ille, qui iam a multis annis emit agrum Aricinum, et Veientem; vivit numerato, id est, emit olus, quo cenet; et ligna, quibus calefaciat hyeme ahenum; non dapibus inemptis, ut ille epod. 2. 48.; et tamen dicit suum omne terrae spatium, quod ipse arboribus, sepibus, vel alio modo terminavit, secrevit ab aliis possessoribus. Ruinae urbis Veiorum hoc anno MDCCCXI. ineunte certo certius effossae sunt in colle ad orientem solem prope vicum *Isola Farnese*, cum statuis marmoreis Augusti, qui urbem instauravit, Tiberii, Germanici, aliisque; cum columnis, capitulis, et basibus, magnarum aedium, ac templorum indicibus; cum inscriptionibus, in quarum una

Sub noctem gelidam lignis calefactat ahenum;
Sed vocat usque suum, qua populus, adsita certis 170
Limitibus, vicina refugit iurgia; tamquam
Sit proprium quidquam, puncto quod mobilis horae,
Nunc prece, nunc pretio, nunc vi, nunc morte suprema,

MVNICIPES. MVNICIPI. AVGVSTI. VEIENTIS. INTRAMVRANI memorantur, aliisque publicis, et privatis; ut amplius dubitari nequeat de urbis loco, eiusque instauratione ab Augusto. Iam inscriptiones plures, ibidem antea repertas, collegeram in descriptione Villae Albanae, p. 195. seq. 169 *gelidum* Sanadonus ex ingenio, quamvis parum id interesse fateatur. 170 *Qua populus adsita.* Hìc praeterire nequeo, quae scribit Agroetius de Orthogr. apud Putsch. c. 2274.: *Adsita arbor est, cui incolumi aliud, quod sustineat, adiungitur. Horatius*, qua populus adsita surgit: *quippe quae vitibus maritaretur.* Hoc quidem sensu loquitur Horatius epod. 2. 10.; sed hìc *adsita* est prope sita, ad vicini possessionem, ut limitem signet inter utrumque. *Usque ad eum locum, qua populus adsita*, ut Porphyrio ms. Ch. 171 *refigit* ex mss. Bentl. (quod tantum monuerant in nota Lamb. et Talbot); sed magis specie vocabuli. Arbor, quae ad terminum agri signandum plantata fuit in confinio, evitabat, seu evitare faciebat iurgia cum vicinis; ut in epistola praecedenti v. 75. *vendit poema*, pro vendere facit. Varro de Re rust. I. 15.: *Praeterea sine septis fines praedii, sationis, notis arborum tutiores fiunt; ne familiae rixentur cum vicinis; ac limites ex litibus indices quaerant.* Quae arbor, nisi iure ibi posita fuisset, iudicis officio evertenda erat ad tramites iuris; ut docet Paullus in l. 4. §. 3. ff. Fin. regund. Cum Bentleio retinent anonymus Trai. ad Rhen. 1713. Cun. San. Merv. Phil. Sandby, Val. Dor. Wakef. 172 *cuiquam* Aldus 1501. 1509. 1519. edit. Ven. 1546. Gryph. 1566. Refutat Torrent. 173 *sorte suprema* Aldus 1501. 1509. 1519.; inde Iunta 1503. Basill. 1527. 1531. Dion. ab Harsio Lugd. 1538. Pulm. Cruq. H. Steph. Chabot, aliique non pauci; et inter recentiores Baxterus, Gesn. Oberl. Combe, Wetz. Zeu-

Permutet dominos et cedat in altera iura.
Si, quia perpetuus nulli datur usus, et heres
Heredem alterius, velut unda supervenit undam;
Quid vici prosunt, aut horrea? quidve Calabris

nius. [Bod.] Reiecerant Bentl. et Sanad. Ut *supremo fine* II. epist. 1. 12. Morte naturali, omnium ultima; non civili, quae postliminio, et restitutione in integrum evanescebat. 174 * *Permutat* An. A. a 2. m.

175* *Si qua* V. S. Vr. C. F. Ba. B. *Sed quia* V. S. a 2. m. Vp. C., ms. 1. Pulm. 1. Torr. 1. Oberl. 4. Combe. Adoptat, et male tuetur Sanad.; inde Merv. Phil. Al. *Sic quia*; et inter recentiores tenent Baxt. Bentl. Gesn. Sandby, Valart, Oberl. Combe, Wakef. Wetz. Zeun. [Bod.] Sed *si quia*, praeter mss. et editiones, etiam habet, et exponit in commentario Porphyrio. 175* *nullis* notatum ex ms. in ora edit. Aldi 1509. Bibl. Barb. 176 *alternis* Bentl. meris nugis. In plurium heredum successione simplici, nihil ad rem *alternis*, quod vicem mutuam, reciprocationem significaret; ut II. epist. 1. 146., de Art. poet. 81.; et ut regnum Thebanum debebant alternis habere Eteocles, et Polynices; hìc notante Gesnero. Tres gradus successionis numerantur a Poeta; ut tres undae, quae supervenientes, alia aliam trudit: *Tertius heres* Catullo carm. L. XIII. 346. 177 *quid vites prosunt.* Ita contendit LXIII. Guil. Canter. Nov. lect. l. 4. c. 12.; et posteum Marcilius, aliique, ex coniectura; et quod legant apud Porphyrionem *vineis*; unde *vites* reformant, et adoptant; exponentes *vini reditum.* At in mendo cubat lectio Porphyrionis in editis. In mss. Vat. et Chis. bene *vici.* Et quidem *vici* eleganter pro magnificentia, et divitiis immensis Romanorum. Cicero I. ad Attic. 3.: *Quod si assequor; Crassum divitiis supero, atque omnium vicos et prata contemno.* Sen. epist. 89.: *Quousque fines possessionum propagabitis? Ager uni domino, qui populum cepit, angustus est. Quousque orationes vestras porrigetis, ne provinciarum quidem satione contenti circumscribere praediorum modum?* Plin. Paneg. c. 50.: *Non enim exturbatis prio-*

Saltibus adiecti Lucani; si metit Orcus
Grandia cum parvis, non exorabilis auro?
Gemmas, marmor, ebur, Tyrrhena sigilla, tabellas,
Argentum, vestes Gaetulo murice tinctas,
Sunt, qui non habeant; est, qui non curat habere.
Cur alter fratrum cessare, et ludere, et ungi
Praeferat Herodis palmetis pinguibus; alter
Dives, et importunus, ad umbram lucis ab ortu
Silvestrem flammis, et ferro mitiget agrum:
Scit Genius, natale comes qui temperat astrum,
Naturae Deus humanae, mortalis in unum-
Quodque caput, vultu mutabilis, albus, et ater.
Utar, et ex modico, quantum res poscet, acervo
Tollam; nec metuam, quid de me iudicet heres;
Quod non plura datis invenerit: et tamen idem
Scire volam, quantum simplex, hilarisque nepoti
Discrepet; et quantum discordet parcus avaro.
Distat enim, spargas tua prodigus; an neque sumptum

ribus dominis, omne stagnum, omnem lacum, omnem etiam saltum immensa possessione circumvenis: nec unius oculis flumina, fontes, maria deserviunt. Catull carm. CXIII. 178* *si metat* V. I. 183 *curet* mss. 3. Val., et aliquae editiones, quas ultra necessitatem insequitur Bentleius. 185* *et umbram* Va. A. 186* *mitigat* V. I. 186* *arvum* ms. 1. Pulmanni. Vide quae diximus ad Epod. 2. 18.

190 *Utarque ex modico* edit. Med. 1476. Ven. 1486. 1490. 1492. *Utarque et modico* Ven. 1478. 1481. *Utar, et e modico* Cun. San. Merv. [Bod] 190 *res poscit* V. S. Vp. D. Ch. E., ms. 1. Oberl. a 1. m. 191* *ne metuam* Vp. C. 192* *Quid non* notatum ex ms. in ora edit. Aldi 1509. Bibl. Barb. 193 *hilarusque* Cun. 194* *discrepat* V. O. T. 195* *ac neque* V. T. 196* *facies* Vp. A. 196* *ac-*

Invitus facias; neque plura parare labores; 196
Ac potius, puer ut festis quinquatribus olim,
Exiguo, gratoque fruaris tempore raptim.
Pauperies immunda domus procul absit: ego, utrum
Nave ferar magna, an parva; ferar unus, et idem, 200
Non agimur tumidis velis Aquilone secundo;
Non tamen adversis aetatem ducimus Austris.
Viribus, ingenio, specie, virtute, loco, re,
Extremi primorum, extremis usque priores.
Non es avarus? abi. Quid? cetera jam simul isto 205
Cum vitio fugere? caret tibi pectus inani

que plura Ch. A. 196* *laboras* Vp. A. a 1. m. 197* *At potius* V. B. T. Vp. A. *An potius* V. D. 198 *raptim* Vid. epod. 13. 3. 4. 199 P. *imm. procul procul* Vr. H. a 1. m., mss. 2. Val. 1. Pulm., ex quo Bentl. intulit in textum; et ex iteratis similibus apud alios scriptores; cui addi potest Apuleius Met. VII. princ.: *Quo velocius, frustratis insecutoribus, procul, ac procul abderet sese.* At haec omnia exempla, ut cum Gesnero dicam, nimis hic tragicum, vel paratragicum sapiunt, extra casum, et longe ab his, quae Poeta flagitat, tum praecedenti *exiguo*; tum I. epist. 18. 106. seqq. Sequuntur Bentleium anonymus 1713. Cun. San. Merv. Phil. Sandby, Val. Dor. Wakef. [Bod.] Vulgatum *domus* hic est, ut l. epist. 2. 51.; et *mundus victus* I. epist. 4. 11., *salinum paternum in mensa tenui splendet* II. od. 16. 13. 14.; et quibus fruebatur Poeta I. sat. 6. 114. seqq.

119 *domo* Vp. F., ms. 1. Pulm. *domu* aliqui eruditi viri apud Lamb., et ita Baxt. Gesn. Oberl. Combe, Zeunius. *procul domus* edit. Venn. 1478. 1481. 1490. 1492.

199* *adsit* V. D. 199* *ego verum* Ba. B. 201* *agimus* Ba. B. 202* *aversis* mss. 3. Torrent. 203* *colore* V. E. Vr. B. a 1. m. D. 204 *extremique priorum* Coll. Sax. apud Gesn. 205 *num simul* Muret. *dum simul* Chabot. 206 *fugere* V. A. B. a 1. m. E. G. a 1. m. I. O. P. Vr. B. E. a 1. m. F. a 1. m. Ch. F. Ba. A. a 1. m.

Ambitione? caret mortis formidine, et ira?
Somnia, terrores magicos, miracula, sagas,
Nocturnos Lemures, portentaque Thessala rides?
Natales grate numeras? ignoscis amicis?
Lenior, et melior fis accedente senecta?
Quid te exempta levat spinis de pluribus una?
Vivere si recte nescis, decede peritis.
Lusisti satis, edisti satis, atque bibisti:

Aldus 1509. 1519. Britann. 1520. edit. Basill. 1527. 1531 1580. Frib. 1536. Dion. ab Harsio Lugd. 1538. Ven. 1552. Lamb. Mur. H. Steph. Chab. Torr. D. Heins., aliique plurimi, et praesertim recentiores omnes. Alii mss., et priscae editiones, *fuge rite*. Apud Propert III. el 21. (vel 22.) 30, etiam post Vulpii, et Burmanni editiones, lege ex ms.: *Nec tremis Ausonias, Phoebe, fugisve* (pro *fugate*) *dapes*. 211 *ac melior* Vr. I. Cuning. 211 *sis*.

212* *Quod te* V. T. 212 *exempta*. In marmore apud Isidorum Bianchi Marmi Cremonesi p. 88.: QVOD. ABSENTE. SE. AMBAE. EADEM. HORA. SINT. HORIS EXEMPTAE. 212 *levat* Ch. A. a 1. m., ms. 1. Oberlini; ex 3. suis revocavit in textum Cruquius, confirmavit Bentl., sequuntur anonymus Trai. ad Rhen. 1713. Cun. San. Dor. Wakef. Wetzel. *Levat* est verbum medicum, etiam ex nostro. epod. 11. 17. ep. 17. 26. carm. sec. 63. II. sat. 3. 292. I. epist. 8. 8. Cicero ad Att. IX. 6.: *Longior vero epistola non me solum; sed meos omnes aegritudine levavit*. Et alibi saepe. Scribon. Largus 6.: *Comitiali morbo correptos, et caligine impeditos ex magna parte levat;* et 53. 55. 101. 121. 159. Plin. H. N. XXVIII. 4.: *Capillus puerorum, qui primus decisus est, podagrae impeditos dicitur levare circumligatus*. Q. Ser. Samonic. VII. 87.: *Pruritus autem salsos levat humor aceti, Sive maris rapidi sudor*. Quod videtur negare Baxt. Al. [Bod.] *iuvat*. 212* *de spinis* V. X. 213 *si nescis recte* V. A. Ch. F., ms. 1. Pulm. 213* *discede* V. Q. T. Vr. B. a 1. m. I.

Tempus abire tibi est; ne potum largius aequo 215
Rideat, et pulset lasciva decentius aetas.

Vp. F. 216* *pulsat* Vr. I. *plaudat* ms. Cruquii a 2. manu, quae notat, *alii legunt*, *plaudat*: quod aptius apparet Cruquio, pro *explodat*. 216 *licentius* V. A. Vr. I., codex Colbertinus apud Bentleium; et sic vetustissimus Barthii Adversar. XXXVIII. 18.; quam ipse lectionem amplectitur. Nic. Heinsius coniiciebat *frequentius*. Vulgatum omnium aliorum *decentius* tuetur Bentl. *Aetas decentius lasciva*, iuventus; quam magis *decet* lascivire, et ludere; quam senectutem sub vitae occasu. Tibull. I. el. 1. 71.: *Iam subrepet iners aetas, nec amare decebit;* ubi in ms. aeque male *licebit*.

Q. HORATII FLACCI

EPISTOLA AD PISONES,

SIVE

DE ARTE POETICA

LIBER.

Humano capiti cervicem pictor equinam
Iungere si velit, et varias inducere plumas
Undique collatis membris; ut turpiter atrum
Desinat in piscem mulier formosa superne:

1 *Humano capiti.* Ab hoc versu incipere epistolam, testatur Symmachus I. epist. 4.: *Haud ita Flaccus tuus praecipit in illis poeticae Artis edictis; quorum hoc nemini esse principium, ne* humano capiti cervix equina *iungatur.* Vide et Quinctilianum infra ad v. 3. 2 *pennas* ms. Sorb. apud Valart, Coll. Sax. apud Gesn. *formas* coniicit Bentl. in nota; et ita citant Smetius, Bisciola, Manbrun, teste Cun. 3 *collectis* mss. 2. Val. 3 *aut turpiter* mss. apud Val.; et ita admisit in textum Sanad. ex ingenio. Sic monstrum Poetae dividit in duo, monstrosis, et ineptis rationibus. Unum est etiam apud Virgilium III. Ae. 426. seqq.; quem fortasse imitatur Horatius: *Prima, hominis facies, et pulchro pectore virgo Pube tenus; postrema immani corpore pistrix, Delphinum caudas utero commissa luporum.* De monstro unico loquitur Quinctil. Inst. orat. VIII. 3.: *Id enim tale est monstrum, quale Horatius in prima parte libri de Arte poetica fingit:* Humano

Spectatum admissi risum teneatis amici? 5
Credite, Pisones, isti tabulae fore librum
Persimilem, cuius, velut aegri somnia, vanae
Fingentur species; ut nec pes, nec caput uni
Reddatur formae. Pictoribus, atque poetis,
Quidlibet audendi semper fuit aequa potestas. 10
Scimus, et hanc veniam petimusque, damusque vicissim;
Sed non ut placidis coeant immitia; non ut
Serpentes avibus geminentur, tigribus agni.
Inceptis gravibus plerumque, et magna professis,
Purpureus, late qui splendeat, unus, et alter 15
Adsuitur pannus; quum lucus, et ara Dianae;

capiti cervicem pictor equinam Iungere si velit; *et cetera ex diversis naturis subiiciat.* Monstri Horatiani similitudinem male Schelle in Sphinge apud Spanhemium invenit, quae, cum aliis monstris, longe diversa est. Vide illum de Praest. et usu numism. diss. V. n. 2. tom. 1. p. 210. seqq.

5 *risum teneatis?* Ut *amici* referatur ad *Pisones*, ita legunt Markl. Wakef. Regelsberg. Haberfeld. Schelle; omnes ridendi. 7 *aegris* ms. Achillis Statii; refutat Lamb.

9 *finguntur* V. D. a 2. m. K. T. Vr. G. Vp. D. Ch. F. Ba. B., alii mss. apud Valart. et Combe, editiones fere omnes seculi XV. inde a Principe, Venn. 1509. 1514. Britann. 1520. *funguntur* V. I. An. C. Va. A., edit. Med. 1476. Ven. 1492. * *signentur* Ba. B. a 2. m. 9 *Reddantur* V. I. Ch. F. An. C. a 2. m., Zar. * *Redduntur* Vr. L. *Reddentur* An. C. a 1. m. *Reddatur* singulari numero, stylo Horatii. Vid. IV. od. 11. 9. I. sat. 4. 15. sat. 6. 131.

16 *lucus, et ara Dianae.* De Diana Nemorensi prope Ariciam intelligendum puto cum Iano Parrhasio, Cruquio, Marcilio, aliis; de cuius templo, ubi nunc *Nemi*, fuse di-

Et properantis aquae per amoenos ambitus agros;
Aut flumen Rhenum, aut pluvius describitur arcus.
Sed nunc non erat his locus. Et fortasse cupressum
Scis simulare: quid hoc, si fractis enatat exspes 20
Navibus, aere dato qui pingitur? Amphora coepit
Institui; currente rota, cur urceus exit?

ximus alibi. 17 * *Aut properantis* V. K. 18 *agros.* Hunc versum intelligit Marcilius de fonte Egeriae, qui currat per agros Vallis Aricinae. Utrumque falsum: nam de fonte illo Poeta loqui non potest, qui admodum exiguus est, ut etiam nunc videmus; neque *properat per amoenos ambitus agros*, in valle, quae hodie appellatur *la Caffarella.* Longe vero distat hic fons a Valle Aricina. Sen. IV. de Benef. 5.: *Flumina amoenissimis flexibus campos cingentia.* 18 *Rhenus* mss. 2. Val. *Reni* V. A. a 1. m. An. A. a 2. m., alii mss. apud Lamb. Pulm. Gesn. Valart, Combe. Facit cum ceteris mss. Acron, qui laudat etiam Sallustii locum: *Notandum flumen Rhenum genere neutro. Sallustius in Historiis nomenque Danubium habet.* Confer IV. od. 4. 38. 20 * *enatet* Vr. I. 20 *expers* V. D. a 2. m., Zar. *expes* mss. plures, priscae editiones, Aldus 1501. 1509. 1519. Iunta 1503., aliique non pauci; adoptavit Bern. Martinus Var. lect. l. 24.; et exposuit, ut sit νέπους, voce Graeca nota percussa; id est, *enatantem, et in aquis quasi iamiam periturum, ore tantum tenus extantem, reliquoi corpore undis absorpto.* 20-21* *fractis navibus expes Enatat* Ch. A. 21 *qui pingitur.* De hisce tabellis votivis passim loquuntur scriptores Ethnici. Cic. de Nat. Deor. III. c. 37. n. 89.: *Tu qui Deos putas humana negligere, nonne animadvertis ex tot tabellis pictis, quam multi votis vim tempestatis effugerint, in portumque salvi pervenerint?* Iuven. XIII. 219. seq. *Fracta rate, naufragus assem Dum rogat, et picta se tempestate tuetur.* Pers. I. 88. seq.: *Men' moveat quippe, et cantet si naufragus, assem Protulerim? cantas, quum fracta te in trabe pictum Ex humero portes.* Vide Tomasin. de Donar. c. 7. 23 *quidvis* V. B. E. O. Vp. C. D. Va. A., ms.

Denique, sit quidvis simplex dumtaxat, et unum.
Maxima pars vatum, pater, et iuvenes patre digni,
Decipimur specie recti: brevis esse laboro,
Obscurus fio: sectantem levia nervi
Deficiunt, animique; professus grandia turget;

1. Achill. Statii, 3. Bentl., edit. Venn. 1481. 1492. 1514., Correae, Vascos.; revocavit in textum Bentleius, inde anonymus Trai. ad Rhen. 1713. Cun. San. Merv. Sandby, Wakef. Wetz. Generice de omni argumento praecedenti, et de aliis omnibus dictum, ut opponatur *quidlibet* audentibus pictoribus; simplicitati naturae cohaerens. Cic. Acad. quaest. I. c. 8. n. 30.: *Mentem volebant rerum esse iudicem; solam censebant idoneam, cui crederetur; quia sola cerneret id, quod semper esset, simplex, et unius modi, et tale, quale esset.* Quinctil., sive alius, dial. de Orat. c. 32.: *Nec quisquam respondeat: sufficit, ut ad tempus simplex quiddam, et uniforme doceamur.* Al. [Bod.] *quodvis.* 26 * *spectantem* Ch. F. 26 *lenia* V. R. alii mss. apud Val. 1. Ach. Statii, ex quo Bentl., et argutiis; sequuntur anonymus Trai. ad Rhen. 1713. Cun. Sanad. Merv. Phil. Sandby, Wakef. Schelle. Non hìc *lenitas*, et *vis* opponuntur ab Horatio, sed nimia *levitas*, et *vis. Sectantem levia;* qui nimius est in expoliendis, levigandis carminibus, aut versibus; eos enervat, inanes facit. Amphora coepit institui, currente rota urceus exit. Hoc sensu Cic. III. de Orat. c. 52. n. 199.: *Sed si habitum orationis etiam, et quasi colorem aliquem requiritis, est plena quaedam; sed tamen teres, et tenuis, non sine nervis, ac viribus; et ea, quae particeps utriusque generis quadam mediocritate laudatur.* Quinctil. Inst. orat. V. 12.: *Nos habitum ipsum orationis virilem, et illam vim stricte, robusteque dicendi, tenera quadam elocutionis cute operimus; ut levia sint, ac nitida; quantum valeant, nihil interesse arbitramur.* Huius nimiae diligentiae videtur se accusare M. Varro apud eumdem Ciceronem Academ. quaest. I. princ.: *Sed habeo opus magnum in manibus, quod iam pridem ad hunc (ipsum me autem*

Serpit humi tutus nimium, timidusque procellae.
Qui variare cupit rem prodigialiter unam;
Delphinum silvis appingit, fluctibus aprum.
In vitium ducit culpae fuga, si caret arte.
Aemilium circa Ludum faber, unus et ungues

dicebat) *quaedam institui, quae et sunt magna sane, et limantur a me politius. Et ego ista quidem, inquam, Varro, iamdiu exspectans, non audeo flagitare: audivi enim e Libone nostro, cuius nosti studium, (nihil enim eiusmodi celare possumus) non te ea intermittere; sed accuratius tractare; nec de manibus umquam deponere.* Plinius H. N. XXXIV. 8. de Callimacho statuario: *Ex omnibus autem maxime cognomine insignis est Callimachus, semper calumniator sui, nec finem habens diligentiae; ob id cacizotechnos appellatus, memorabilis exemplo adhibendi curae modum. Huius sunt saltantes Laçaenae, emendatum opus; sed in quo gratiam omnem diligentia abstulerit.* Modum statuit Quinctil., seu alius, dial. de Orator. c. 21.: *Oratio, sicut corpus hominis, ea demum pulchra est, in qua non eminent venae, nec ossa numerantur: sed temperatus, ac bonus sanguis implet membra, et exsurgit toris; ipsos quoque nervos rubore tegit, et decore commendat.* Eadem varietas vocis est II. od. 19. 15. 27 *Deficiunt animique.* Apud Varr. de Re rust. III. 16. 34. legas: *Neque palam facere oportet, ne deficiant animo. Favorum* (pro *animum. Favi*), *qui eximuntur, si qua pars nihil habet, aut habet inquinatum, cultello praesecatur,* 30 *in silvis* Vr. I., ms. 1. Combe.

30* *depingit* Vr. I. *appingat* V. D. a 2. m. 31* *culpae ducit* V. O. 32 *unus* V. G. a 1. m. Z. Vr. G. I. Vp. C. a 1. m. D., alii mss. apud Marcil. Bentl. Val., Acron ms. Vo., Ioann. Sarisber. lib. 6. in prol; revocavit in textum Bentl., sequuntur anonymus Trai. ad Rhen. 1713. Cun. Sanad. Merv. Batt. Sandby, Val. Wakef. Wetz. Schelle. Loca aliorum auctorum consona adduxit Bentleius, quibus alia innumera addi possent; ut Lucilii apud Non. Marc. 4. 64.: *Cum Placideiano hic componitur, op-*

Exprimet, et molles imitabitur aere capillos;
Infelix operis summâ, quia ponere totum
Nesciet: hunc ego me, si quid componere curem, 35

timus longe Post homines natos gladiator qui fuit unus. Augusti in Marm. Ancyrano apud Grut. p. 231, et post Aur. Vict. t. II. p. 465.: VNVS ET SOLVS OMNIVM QVI DEDVXERVNT COLONIAS MILITVM. Quinctil. Inst. orat. X. 1.: *Menander, qui vel unus, meo quidem iudicio, diligenter lectus, ad cuncta, quae praecepimus, effingenda sufficiat:* et ipsius Horatii epod. 12. 4. 1. sat. 10. 42. II., sat. 3. 24. Sed miror Grammaticos inde ab Acrone in re elementari haesitasse; nec vidisse, *circa*, et *imus* simul stare non posse. *Circa*, et *circum* locum indeterminatum significant; *imus* vero omnium certissimum in parte Ludi extrema. Cic. de L. Agrar. I. 20: *Urbes circa Capuam.* Virg. III. G. 146.: *Est lucos Silari circa, ilicibusque virentem Plurimus Alburnum volitans, cui nomen Asilo.* Quinctil. VI. 3. 39.: *Tabernae erant circa Forum.* I. pr. 20.: *Circa ima subsistere. Imus* opponitur *summo.* Cic. pro Rosc. Com. 20.: *Nonne ab imis unguibus usque ad verticem summum ex fraude, fallaciis, mendaciis constare totus videtur?* Vell. Paterc. II. 2. 3.: *Summa imis miscuit.* Confer nostrum I. od. 34. 12. od. 35. 2. II. sat. 3. 308. I. epist. 18. 10. Vulgatum *imus*, hoc est, ut exponunt vulgo cum Lambino, faber quidam, cuius taberna est omnium infima, et postrema; aut cum Commentatore Cruquiano, *quod in ima parte Circi tabernam suam locasset*, inter recentiores male defendunt Baxt. Gesn. Combe, Zeun. [Bod.]; et Chishull Inscr. Sig. p. 47., qui contendit *fabrum imum* dici, secundarium, arte, atque ordine inferiorem: inscite, et plane contra mentem Poetae, qui *summum* artificem laudat in parte operis statuarii, in reliqua deplorat *infelicem.* Inscite autem scribit Chishull, et cum eo Gesnerus, qui artium ignari, quanti veteres facerent illos artifices, qui difficillimas corporis partes extremas, capillos, et ungues, vel marmore, vel aere, vel pictura exprimebant, non noverunt. De celebrioribus Plin. H. N. XXXIV. S.: de Pythagora: *Pythagoras Leontinus primus nervos, et*

Non magis esse velim, quam naso vivere pravo;
Spectandum nigris oculis, nigroque capillo.

venas expressit, *capillumque diligentius*. De Lysippo ibidem: *Statuariae arti plurimum traditur contulisse*, *capillum exprimendo*, *capita minora faciendo*, *quam antiqui*. Contra vero in Mirone ibidem quoque notat idem Plinius, eum *capillum*, *et pubem non emendatius fecisse quam rudis antiquitas fecisset*. XXXV. 10.: *Parrhasius Ephesi natus*, *et ipse plura constituit*. *Primus symmetriam picturae dedit*, *primus argutias vultus*, *elegantiam capilli*, *venustatem oris*, *confessione artificum in lineis extremis palmam adeptus* . . . *Minor tamen videtur sibi comparatus in mediis corporibus exprimendis*. *Unus*, *et imus* saepe confundi, ac permutari, notat pluribus Drakenb. ad Sil. Ital. XV. 590. 33 *Exprimit* Vr. L. Va. A. a 2. m. An. C., edit. Venn. 1492. 1514. 32-33 *Ungues-capillos*. Ut extremitates corporis, hae passim coniunguntur apud scriptores. Plaut. Epid. V. 1. 16. seq.: *Contempla*, *Epidice*, *usque ab unguiculo ad capillum summum est festivissima*. Petron. c. 102.: *Hoc ergo remedio mutemus colores a capillis usque ad ungues*. Sed hìc coniunguntur a Poeta, ob difficultatem operis; in quo tamen excellere curabant artifices. Vid. Winkel. Storia delle arti del dis. lib. 5. cap. 5. §. 32. cap. 6. §. 1. seqq.

33 *molles capillos*. Tibull. I. el. 8. 9.: *Quid tibi nunc molles prodest coluisse capillos?* 35 *Nesciat* mss. 4. Val.

36 *pravo naso* V. I. K. S. Vr. G., edit. Princ., et inde lectio vulgata fere apud omnes. *naso pravo* V. A. B. C. D. E. G. O. R. T. a 2. m. X. Z. Vr. B. C. F. H. I. K. Vp. A. C. D. F. Ch. A. F. An. A. B. C. Va. A. Ba. B., alii mss. apud Bentl. Gesn. Val. Combe, Acron ms. Vo. et editus, Ioann. Sarisberiens. lib. 6. in prol.; notatum ex ms. in ora edit. Aldi. 1509. Bibl. Barb., edit. Basill. 1527. 1531. Lamb.; restituit Bentl., qui asserit, in omnibus aliis mss. suis, et aliorum ita haberi; sequuntur anonymus Trai. ad Rhen. 1713. Cun. San. Merv. Sandby, Wakef. Wetz. Schelle. 37 * *spectatum* An. C. 37 *capillo*. Vid. L.

Sumite materiam vestris, qui scribitis, aequam
Viribus; et versate diu, quid ferre recusent,
Quid valeant humeri. Cui lecta potenter erit res;
Nec facundia deseret hunc, nec lucidus ordo.
Ordinis haec virtus erit, et Venus, haud ego fallor,
Ut iam nunc dicat iam nunc debentia dici;
Pleraque differat, et praesens in tempus omittat:
Hoc amet, hoc spernat promissi carminis auctor.

od. 32. 11. Iunium de Pict. ver. III. 9. p. 240. 38 *materiem* Cun. 38 * *recusant* Vr. A. a 1. m. Va. A. 40. *Quid valeant humeri.* Sen. de Tranq. an. c. 5.: *Aestimanda sunt deinde ipsa, quae aggredimur; et vires nostrae cum rebus, quas tentaturi sumus, comparandae. Debet enim semper plus esse virium in latore, quam in onere: necesse est opprimant onera, quae ferente maiora sunt.* Propert. III. el. 9. 5. 6.: *Turpe est, quod nequeas, capiti committere pondus, Et pressum inflexo mox dare terga genu.* 40 *pudenter* ms. apud Combe, Markland. ad Stat. Sylv. IV. 8. p. 232., more suo. *Potenter*, plane, pleneque, notat Marcilius; ut in illo Aurelii Cassiodori de Div. lection. c. 5.: *Secundus liber Salomonis, qui appellatur Ecclesiastes a beato Hieronymo potenter expositus est.*

42 *haud ego fallor* V. A. a 2. m. B. C. E. G. I. K. M. P. S. X. a 2. m. Z. Vr. B. a 1. m. E. F. G. a 2. m. Vp. A. C. a 2. m. D a 1. m. Vo. A. An. A. a 2. m. Ba. B. a 2. m. Va. A., alii mss. apud Gesn., edit. Princ. Venn. 1478. 1479. 1481. 1483. 1486. Flor. 1482. Al. [Bod.] *aut ego.* Solita variatio in mss., ut apud Propert. IV. el. 1. 77. seq., notante Burmanno; ubi tamen omnino legendum *haud* ex mss.: *Certa feram certis auctoribus: haud ego vates, Nescius aerata signa movere pila.* Ita in Miscell. filol. crit. t. 1. p. 3. emendavi ex ms. locum Plinii H. N. XIII. 11. de papyro: *Haud usu eius alio, quam floris ad Deos coronandos;* ubi antea *aut*, nullo sensu. 43 *non dicat* V. A. a 1. m. *ut nunc iam* V. S. 45 * *Hoc amat* Va. A. *Auctor promissi carminis* est ipse Horatius, qui

In verbis etiam tenuis, cautusque serendis;
Dixeris egregie, notum si callida verbum
Reddiderit iunctura novum. Si forte necesse est,
Indiciis monstrare recentibus abdita rerum;
Fingere cinctutis non exaudita Cethegis
Continget: dabiturque licentia sumpta pudenter:
Et nova, fictaque nuper habebunt verba fidem, si

ita oblique de se loquitur. Vid. epod. 14. 7. Alii alia coniiciunt. 46 *ferendis* Vr. E. a 1. m., mss. 3. apud Val. Hunc versum Bentleius sequenti postponit; refutat Dacerius: sequuntur San. Merv. Phil. Val. Oberl. Gesn. Combe, Wakef. Wetz. Schelle [Bod.]: inscite. Novum praeceptum de verbis novis, vel innovandis, spectat ad sequentia.

49 *rerum*, *et.* 51 *pudenter*. Hoc est, quod ait Cic. de Orat. III. c. 41. n. 165.: *Verecunda debet esse translatio, ut deducta esse in alienum locum, non irruisse; atque ut precario, non vi, venisse videatur.* Bene etiam Acron: *Pudenter, id est, cum verecundia, cum causa; id est, non nimia figendi licentia.* Fortasse etiam dixit contra Laberium, de quo A. Gell. XIX. 13.: *At Laberio ignobilia nimis, et sordentia in usum linguae intromissa sunt . . . Nova non sine quodam periculo fingimus.* Vid. II. epist. 1. 264. 266. 52 *factaque* ex mss. G. Fabric.; inde Bentl., et quod versu abhinc altero praecedat *fingere*, quae putida esset repetitio. Immo est elegans, et necessaria repetitio; quia sequitur eiusdem praecepti amplificatio: nempe *eadem* verba *nova*, et *ficta*. De invisis adeo repetitionibus audiamus Cicer. de Orat III. c. 44. n. 206.: *Nam et geminatio verborum habet interdum vim, leporem alias; et paullum immutatum verbum, atque deflexum; et eiusdem verbi crebra tum a primo repetitio, tum in extremum conversio; et in eadem verba impetus et concursio, et adiunctio, et progressio: et eiusdem verbi crebrius positi quaedam distinctio, et revocatio verbi.* Sequuntur Bentleium Cun. San. Merv. Phil. Sandby, Wakef. Quinctil. Inst. orat. I. 5.: *Singula verba sunt, aut*

Graeco fonte cadant, parce detorta. Quid autem
Caecilio, Plautoque dabit Romanus, ademptum
Virgilio, Varioque? Ego cur, acquirere pauca
Si possum, invideor; quum lingua Catonis, et Ennî
Sermonem patrium ditaverit, et nova rerum
Nomina protulerit? Licuit, semperque licebit,
Signatum praesente nota producere nomen.

nostra, *aut peregrina*, *aut simplicia*, *aut composita*; *aut propria*, *aut translata*, *aut usitata*, *aut ficta*.

53 *cadent* V. A. I. K. R. T. Vr. D. G. H. K. Ch. A. F. An. A. C., alii mss. apud Pulm. Combe.* *cadunt* V. B.

54 * *dedit* mss. apud Lamb. 1. Canteri Var. lect. 1. 4. c. 12. 59 *procudere* ms. Achill. Statii, 1. apud Luisinum, alii apud Lambinum, qui laudat in nota, alii apud H. Steph. in ora editiones, 1. apud Val.; ita maluit in textu ex aliis mss. Iason de Nores, Tan. Faber; inde Bentl.; sequuntur Cun. San. Merv. Sed *nummus signatus* idem est ac *procusus*. Quis hoc ignoret? Moneta, seu nummus, seu nomisma, pecunia, idem ac *aes signatum* valent; ut notissimum. Liv. XXVI. c. 28. n. 36.: *Ceterum omne aurum argentum, et aes signatum, ad Triumviros mensarios ex templo deferamus*. Plin. Hist. nat. XVIII. 3.: *Servius rex ovium, boumque effigie primus aes signavit*. XXXIII. 3. sect. 13.: *Servius rex primus signavit aes. Antea rudi usos Romae Timaeus tradit. Signatum est nota pecudum; unde et pecunia appellata*. Ulpianus in. l. *Sacrilegii* 6. §. 1. ff. ad Leg. Iul. pecul.: *Qui quum in moneta publica operentur, extrinsecus sibi signant pecuniam forma publica, vel signatam furantur*. Tertull. Apolog. advers. Gentes, c. 10.: *Ab ipso* (Saturno) *primum tabulae, et imagine signatus nummus; et inde aerario praesidet*. Aur. Victor de Orig. gentis Rom. III. 4.: *Istum etiam usum signandi aeris, ac monetae in formam incudiendae ostendisse traditur, in qua ab una parte caput eius imprimeretur, altera navis*. Alia testimonia congerit ipse Bentleius. Hinc SIGNATORES MONETAE in marmo-

Ut silvae foliis pronos mutantur in annos, 60

re, nunc Musei Vaticani, apud Grut. p. 1070. 1.; et *nummaria nota* apud Aur. Victorem in Aurel. Nota autem erat vultus principis, et emblemata. Theodoricus rex apud Cassiod. Var. VI. 7.: *Ut figura vultus principis metallis usualibus imprimeretur, monetamque faceret.* Et quae *nova moneta* vulgo dicebatur, ab Horatio vocatur nummus signatus *praesente nota.* 59 *nummum* ms. apud Luisinum; inde Bentl., et cum eo Sanad. Merv. Phil. Wakef. [Bod.] Male et *procudere nummum*, et *producere.* Quis enim dubitet, principem, et populum id posse; ut Horatius sententiose id affirmare debeat? Poeta ducit similitudinem ab usu publico, ac legitimo pecuniae, quae notis principis dominantis signata est: asserit, idem licere in verbis, quae usus praesens jure suo sancivit, v. 71. seq.: argumento, et similitudine, quae in deliciis fuisse videtur scriptoribus; et praesertim ad mentem Horatii Quinctil. Inst. orat. I. 9.: *Consuetudo certissima loquendi magistra: utendumque plane sermone, ut nummo, cui publica forma est.* Curius Fortunatianus Art. rhet. schol. lib. 3. inter Rhet. Lat. p. 70.: *Vir perfectissimus dixit: verbis utendum est, ut nummis publica moneta signatis.* Et p. 72.: *Aperta quemadmodum est elocutio? Si utemur verbis propriis, usitatis, sicut nummis, ut dixi, publica moneta signatis.* Apul. Apolog. p. 44. edit. Princ.: *Pauca etiam de Latinis scriptis meis, ad eamdem peritiam pertinentibus, legi iubebo: in quibus animadvertes, cum in eis cognitu rara, tum nomina etiam Romanis inusitata, et in hodiernum, quod sciam, infecta: ea tamen labore meo, et studio ita de Graecis provenire; ut tamen Latina moneta percussa sint.* Iuven. VII. 55. Symmach. I epist. 4. Censorin. c. XVI.: *Tempusque hodiernum, quo maxime flores, quam potero, lucidissimis notis signabo.* Sen. de Benef. III. 35.: *Iam tempus est, quaedam ex nostra, ut ita dicam, moneta proferri.* Atqui Bentleius ipse hic fatetur, idem significare *proferre*, ac *producere.*

60 *Ut folia in silvis* Diomedes I. 1. Putsch. c. 394., mr. 1. Val., edit. Ven. 1514. Muret. Var. lect. lib. 15. c. 1.

Prima cadunt; ita verborum vetus interit aetas;
Et iuvenum ritu florent modo nata, virentque.

Ut silvis folia privos Bentl., inscite: reiiciunt omnes. Alio modo Virg. VI. AE. 309. seq.: *Quam multa in silvis autumni frigore primo Lapsa cadunt folia.* 60 *pronos nudantur* ms. G. Fabric. *pronis mutantur in annis* Dorigh. audacter. *pronos mutantis in annos* Wakef. inscite, et barbare. 61* *interit ordo* Vr. G. a 1. m. 62* *virentque* Vr. I. Anno vertente folia arborum decidunt: flores vere primi erumpunt, deinde novae frondes; hinc plantae *virent:* nam *vigent* (quae est vulgata lectio) perpetuo, dum vivunt. Cic. V. Tusc. c. 13. n. 38.: *Alia semper virent, alia hieme nudata, verno tempore tepefacta frondescunt; neque est ullum, quod non ita vigeat interiore quodam motu, et suis in quoque seminibus inclusis, ut aut flores, aut fruges fundat, aut baccas.* Lucret V. 215.: *Quom iam per terras frondent, atque omnia florent.* Manil. III. 125.: *Varios audet flores emittere tellus . . . Voce nemus loquitur, frondemque virescit in omnem.* C. Pedo Albinov. in obitum Maecen. el. 1. 113.: *Redditur arboribus florens revirentibus aetas.* L. Flor. I. 22.: *Haec est secunda aetas Populi Romani, et quasi adolescentia, qua maxime viruit, et quodam flore virtutis exarsit.* Nemesian. Cyneg. 29. de Myrrha: *Ivit in arboreas frondes, animamque virentem:* ubi Titius proponit legendum *vigentem*: male. Calpurn. V. ecl. 21.: *Tunc florent silvae, viridisque renascitur annus.* Tertull. sive alius, de Iud. Dom. c. 8. v. 226. seq.: *Nec vernus melius floret cum tempore ramus. Hic abietes celso florent in vertice nigrae, Aeternumque virent solae sine grandine silvae: Nulla cadunt folia, et nullo flos tempore defit.* Dracont. de Deo I. 183. seq.: *Illic floret humus semper sub vere perenni, Arboreis hinc inde comis vestitur amoene.* Verba *iuvenum ritu florent, virentque*, ut apud Catull. carm. XVII. 14.: *Viridissimo flore puella.* Silius Italic. I. 60.: *Aevi flore virens:* et 187.: *viridis anni*: V. 413.: *virentes annos.* Eo sensu *florentes annos* dixit Stat. III. Silv. 5. 23.: *Iunctam florentibus annis Servet et in senium.* Apul. Met. X. p.

Debemur morti nos, nostraque: sive receptus
Terra Neptunus classes Aquilonibus arcet,
Regis opus; sterilisque diu palus, aptaque remis, 65

232.: *Puelli, puellaeque virenti florentes aetatula.* Infra 115. Eadem varietas verbi *virere*, et *vigere* notatur a Burm. ad Claudian. in Prob. et Olybr. cons. v. 16.; et vide infra 117. 63 *Debemus* Achill. Statius ex Prisciani libris mss. 64 *Aquilonibus arcet.* Hypallage: inversum Claudian. in Prob. et Olybr. cons. 259.: *Ratibus saevas arcere procellas.* Et epigr. 35. 2. seq.: *Ducentia portum Cornua pacatas removent Aquilonibus undas.* 65 *sterilisve* ex 3. mss. praetulit Bentl., sequuntur anonymus Trai. ad Rhen. 1713. Cun. San. Merv. Phil. Val. Dorigh. Wakef. Wetz. Schelle. Ante Bentleium plures editiones ita dederant; sed sensus omnino *sterilisque* aliorum mss., et editionum praesertim priscarum, requirit; ut de utroque, portu, et palude copulative idem asserat Poeta. 65 *sterilisque diu palus, aptaque remis.* Quia *palus* apud Virg. I. E. 49. posteriorem syllabam producit, nostri Poetae mendosam lectionem contendit, prae ceteris, Bentleius; et emendat ex ingenio, *sterilisve palus prius.* Attamen ipse fatetur, ita legisse veteres etiam Grammaticos, Servium ad Virg. II. Ae. 65. et III. 107.; et de ultimis syllabis, apud Putsch. c. 1813., Bedam de Metris c. 2360., Priscianum c. 718., qui inde eruebant regulam, de secunda syllaba huius vocis correpta optimo iure; ut in *tellus* a Mart. Capella, in *senectus* a Corn. Gallo. His adde Quinctil. I. 7. 3., qui non dubitat asserere, ut notum, quod *valus aliud priore syllaba longa, aliud sequenti significat; et cum eadem littera nominativo casu brevis, ablativo longa est, utrum sequamur, plerumque hac nota monendi sumus.* Et qui tantus horror huius licentiae; quum omnes asserant Interpretes, verbum *invideor* primum hic ab Horatio pronunciatum? quum notum sit, primam in *glomere* productam a Lucretio I. 361.; similique modo in *Italia* factum a Virgilio; ut observant idem Quinctil. I. 5., et S. Augustinus de Doctr. Christ. II. 83.; et sic passim in aliis vocibus ab omnibus poetis, qui pro

Vicinas urbes alit, et grave sentit aratrum;
Seu cursum mutavit iniquum frugibus amnis,

lubito producunt, vel breviant syllabas? Nec videt Bentleius, aliique, dempto illo *diu* (quam Wakef. *vocem otiosam, et ineptam, a scriba intrusam* affirmat) omnem elegantiam amitti; et necessitatem, utilitatemque operis fere evanescere: contra mentem Poetae, qui immo illud extollere intendit, ex toto contextu: quod nempe antiqua palus, tantum terrae spatium *diu* inutile, tandem nunc alat vicinas urbes; et cuius exsiccatio conferatur cum *regio* opere novi portus. Eodem horrore concussi alii aliter locum emendant. Marcilius, ex mss. et Prisciano, ut asserit, legit, *sterilisque palus, aptataque remis.* Cuning. coniicit, *sterilisve palus dudum, actaque remis*; vel *pulsataque remis*, vel *agitataque remis*; quam ultimam amplectitur Wakef: Marklandus ad Euripidis Supplices, in addendis legit, *sterilisve palus, pulsataque remis*, quem sequitur Schelle. Apage tot ineptias; et laudemus potius, cum veteribus Grammaticis, licentiam sumptam pudenter, si licentia dicenda est. 65* *actaque remis* V. D. *attaque* An. C. *altaque* Vr. I. 66* *Vicinas alit urbes* Vr. G. Apud Varronem de Re rust. I. 15. lege ex ms.: *Sustinet sepem, ac alit* (pro *ac colit*) *aliquot corbulas uvarum.* 67 *amnis.* Primi Acron, et Porphyrio, inde recentiores Interpretes non pauci, Grifolus, Sanadonus, alii, exponunt, quod quum per Velabrum Tiberis flueret, Augusti iussu ab Agrippa deductus sit, qua nunc fluit. Id falsum esse norunt, qui ex Tito Liv. I. c. 16. n. 38., Dionys. Ant. Rom. III. c. 67. sciunt, Cloacam maximam per Velabrum productam a Tarquinio Prisco ad fluminis ripam, ubi etiamnum visitur; una cum ripa solidis lapidibus quadratis ex Albanis, et Tiburtinis munita, a ponte Senatorio ad Sublicium; seu inter duos pontes, de quibus II. sat. 2. 31.; ut ex hoc aggere omne Velabrum perpetuo exsiccatum fuerit; et templis, aliisque nobilibus aedificiis occupatum ante Augustum Caesarem. Natum erat Velabrum, seu pars illa Urbis, olim navigabilis, ab aquis, quae hinc inde ab Insula oblique confluentes in unum, directe in eam par-

Doctus iter melius. Mortalia facta peribunt;
Nedum sermonum stet honos, et gratia vivax.
Multa renascentur, quae iam cecidere; cadentque,
Quae nunc sunt in honore, vocabula; si volet usus,
Quem penes arbitrium est, et ius, et norma loquendi.
Res gestae regumque, ducumque, et tristia bella,
Quo scribi possent numero, monstravit Homerus.

tem ripae sinistrae, I. od. 2. 18., irruebant, hodieque etiam tanto impetu saeviunt, ut pilam pontis Senatorii, seculo XVI. bis renovati, bis paucis post annis everterint. Haec diligenter inspexi praeterito anno MDCCCX., cymba omnia lustrans. De Augusto haec tantum Svet. 30.: *Ad coercendas inundationes alveum Tiberis laxavit, ac repurgavit completum olim ruderibus, et aedificiorum prolapsionibus coartatum.* Vide etiam Nardin. Roma ant. VIII. 2. Adde, quod si de Velabro dixisset Horatius; non amnem iniquum *frugibus*, agris frugiferis; sed *civibus* scripsisset. 68 *mortalia cuncta* Bentleius, vero ingenii abusu.

72 *Quem penes arbitrum est* Wakef.: plane desipit; ignorans, apud Iurisconsultos diversa esse *arbitrium*, et *ius*; uti *arbiter*, et *iudex*. Haec simul expressit Horatius, ut plenam potestatem assereret usus, et consuetudinis in loquendo; ut arbitri, et iudicis in litibus definiendis. Criticus, qui *palus* omnino producendam, et productam in posteriore syllaba contendit; hic inauditum omnibus *arbitrum* obtrudit. *Norma* translate pertinet etiam ad res iudiciarias. Cic. de Orat. II. c. 42. n. 178.: *Praescripto, aut iuris norma aliqua, aut iudicii formula, aut legibus.* Idem de Leg. II. c. 24. n. 61.: *Norma legis.* 72 *et vis* V. E. Vr. I. L. Vp. A. C. F. Vo. A. An. B. Va. A., mss. 2. Pulm. 1. Bersm., edit. Med. 1476. Venn. 1478. 1479. 1481. 1483. 1486. 1490. 1492. 1495. 1514. 1546. 1573. Aldus 1501. 1509. 1519. Iunta 1503. Bad. Ascens. Britann. 1520. Basill. 1527. 1531. Frib. 1536. Dion. ab Harsio Lugd. 1538. Mur. 74 *possent scribi* V. Z., ms. 1. Bersm. * *possent*

Versibus impariter iunctis querimonia primum;
Post etiam inclusa est voti sententia compos:
Quis tamen exiguos elegos emiserit auctor;
Grammatici certant; et adhuc sub iudice lis est.
Archilochum proprio rabies armavit iambo:
Hunc socci cepere pedem, grandesque cothurni;
Alternis aptum sermonibus, et populares
Vincentem strepitus, et natum rebus agendis.
Musa dedit fidibus Divos, puerosque Deorum;
Et pugilem victorem, et equum certamine primum,
Et iuvenum curas, et libera vina referre.
Descriptas servare vices, operumque colores,
Cur ego, si nequeo, ignoroque, poeta salutor?
Cur nescire, pudens prave, quam discere, malo?
Versibus exponi tragicis res comica non vult:
Indignatur item privatis ac prope socco
Dignis carminibus narrari cena Thyestae.
Singula quaeque locum teneant sortita decenter:
Interdum tamen et vocem comoedia tollit;

scribi An. C. *scribi possunt* V. D. Vp. A. D. 74 * *possunt metro* V. B. a 2. m. Vr. F. a 1. m. Va. A., ex glossemate Acronis, et aliorum Scholiastarum manuscriptorum. *Metrum Graece*, ait Censorinus c. XIII., *Latine numerus vocatur*. Catullus c. L. 3. seqq : *Delicatos Scribens versiculos uterque nostrum, Ludebat numero modo hoc modo illoc.* Ita alii poetae; et noster IV. od. 2. 11. 12. I. epist. 19. 24. infra 211. 270. 76 *voti inclusa est* V. O., ms. 1. Oberl. * *etiam iuncta est* V. A. 77 * *elegos commiserit* Vr. A. a 2. m. 77 * *actor* V. G. 79 *Archilochon* Cuningam. Vid. I. epist. 19. 25. 86 *operumque labores* Coll. Sax. apud Gesn. 88 * *pudens malo, quam discere prave* Vr. I.

92 *decentem* Vr. F. a 1. m., mss. 2. Cruq. 1. Val. 1. Bentleii, qui admisit in textum; quia et hoc pacto compo-

Iratusque Chremes tumido delitigat ore;
Et tragicus plerumque dolet sermone pedestri.
Telephus, et Peleus, quum pauper, et exsul uterque;
Proiicit ampullas, et sesquipedalia verba;
Si curat cor spectantis tetigisse querela.
Non satis est pulchra esse poemata; dulcia sunto;
Et quocumque volent, animum auditoris agunto.
Vt ridentibus arrident, ita flentibus adsint

sitio ei dulcior videatur; et quia *sortita*, prout par est, active sumetur; quum si *decenter* legeris, vix est, ut non passive contra morem accipiatur. Hoc falsum esse quis non videt? Simplex constructio id probat. *Singula quaeque teneant decenter locum, quem sortita sunt.* Optime *decenter*, id est, apte, et ut decet, quicumque sit locus, qui contigerit; quaecumque geratur persona: qua de re fuse Quinctil. Inst. orat. X. 1., ubi inter cetera: *Est autem, quod omnes et semper, et ubique suadere, ac dicere honeste, faceteque deceat: contraque neminem ullo umquam in loco turpiter.* 91* *desaeviet ore* S. Hieron. epist. ad Furiam, n. 2. oper. t. 1. col. 280. edit. Veron., lapsu memoriae. 96 *Telephus*, *aut Peleus* Bentl. ex ingenio, [Bod.] *Telephos ac Peleus* Cun. more suo. 98* *si curas* V. A. G. Vr. I. 98* *spectantis cor* V. I. *cor spectantis curat* Vr. G. 100* *Sed quocumque* V. O. *Ut quocumque* Vp. D. 100* *velint* V. G Vr. I. *volunt* V. E. Vr. B. D. L. Vp. D. An. A. a 1. m. C. Va. A., mss. 4. Pulm.

101* *adsint* V. D. a 1. m. E. a 2. m. G. K. R. a 2. m. Vr. I. K. L. Vp. A. a 2. m. C. Ch. A. F. a 2. m. An. A. a 2. m. B. Ba. A. a 2. m. B. a 1. m., mss. 3. apud Bentl. 1. Oberl. 1. Combe, edit. 1470. Zar. Alii mss., et editionis vulgatae, *adsunt*. Speciosi vero Piccartus, Tan. Faber, Marcilius, ex coniectura proposuerunt *adflent*; arripuit Dacerius, inde Bentl., sequuntur anonymus Trai. ad Rhen. 1713. Cuning. Sanad. Merv. Phil. Batteux, Val. Wakef. [Bod.] Schelle, qui unice veram lectionem praedicat; quam vel oppositum *arrideat* confirmet, ut iam

Humani vultus. Si vis me flere, dolendum est
Primum ipsi tibi; tunc tua me infortunia laedent,

Bentleius; et cum eo locos affert Plauti in Poen. V. 2. 129. Persa I. 3. 72., in quibus *adflent* occurrit: ipsisque, et aliis vulgo, *humani vultus* sunt *vultus hominum.* Longe a vero. Simplex est Horatii praeceptum; ut quemadmodum facile, et naturaliter cum ridentibus *vultus arrident* adstantium; ita e converso cum flentibus, et afflictis, *vultus adsint humani:* id est, saltem humane, ut ad misericordiam, ad commiserationem nos, et vultum, qui est praecipuus animi index, componamus; si flere non possumus, aut non debemus. Quo sensu etiam *humanitas*, et *humanus* quis dicitur. Lact. Firm. III. 17: *Miserationis affectus, qui plane vocatur humanitas, qua nosmet invicem tueremur.* Plancus, inter Cic. X. ad Fam. 24.: Caesar *moderatissimi, atque humanissimi fuit sensus*, nempe ad misericordiam, et aequitatem. Ad rem proprie audias Apuleium Met. VIII. p. 156. edit. Pric.: *at ille, quamquam perfecto voto, prostrato inimico, laetus ageret; vultu tamen gaudium tegit, et frontem asseverat, dolorem simulans: et cadaver, quod ipse fecerat, avide amplexatus, omnia quidem lugentium officia sollerter effingit; sed solae lacrymae procedere noluerunt. Sic ad nostri similitudinem, qui vere lamentabamur, conformatus, culpam manus suae mentiens bestiae dabat.* Stobaeus ex Euripide in Inone, serm. 114., et apud Grot. Dicta poetar. p. 468. Paris. 1623.: *Dulce est amicis, posse laetari simul: At si, quod absit, ingruit sors durior; Solatium est, spectare vultus benevolos.* Facit quoque Stat. Silv. II. 1. 230.: *Tu pectora mulce, Tu prohibe manare genas; noctesque beatas Dulcibus alloquiis, et vivis vultibus imple.* 102 *Si vis me flere.* Cic. de Orat. II. c. 45.: *Neque fieri potest, ut doleat is, qui audit, ut oderit, ut invideat, ut pertimescat aliquid, ut ad fletum, misericordiamque deducatur; nisi omnes ii motus, quos orator adhibere volet iudici, in ipso oratore impressi esse, atque inusti videbuntur.* 103* *tum tua* V. G. 103* *laedunt* V. T. *laedant* Vr. H. a 1. m., alii mss. apud Lamb. 1. Pulm., et

Telephe, vel Peleu: male si mandata loqueris;
Aut dormitabo, aut ridebo. Tristia moestum
Vultum verba decent; iratum plena minarum:
Ludentem lasciva; severum seria dictu.
Format enim natura prius nos intus ad omnem
Fortunarum habitum; iuvat, aut impellit ad iram;
Aut ad humum moerore gravi deducit, et angit;
Post effert animi motus interprete lingua.
Si dicentis erunt fortunis absona dicta;
Romani tollent equites, peditesque cachinnum.
Intererit multum, Davusne loquatur, an Heros;

ita Regelsberger cum aliis: refutat Schelle praeter necessitatem. 105 *Tristia moestum.* Cic. l. c. III. c. 57. n. 216.: *Omnis enim motus animi suum quemdam a natura habet vultum, et sonum et gestum: totumque corpus hominis, et omnis eius vultus, omnesque voces, ut nervi in fidibus, ita sonant, ut a motu animi quoque sunt pulsae.* 105 *plena minarum.* Cic. de Orat. II. c. 45. n. 90.: *Ut enim nulla materies tam facilis ad exardescendum est, quae, nisi admoto igni, ignem concipere possit: sic nulla mens est tam ad comprehendendam vim oratoris parata, quae possit incendi, nisi inflammatus ipse ad eam, et ardens accesseris.* 113* *pedites tollent equitesque* V. O. *equitesque, patresque* Bentl. audacter, et inscite. Confer vv. 95. 248. 114 *divusne* V. A. Vr. B. C. D. Va. B., alii mss. apud Pulm. Cruq. Talb. Val. Combe, Aldus 1501. H. Steph. Iason de Nores, Talb. Bentl. anonymus Trai. ad Rhen. 1713. Cun. San. Merv. Phil. Sandby, Schelle. *divesne* Erasmus Chil. 1. cent. 3. adag. 57. *Davusne* ceteri mss. nostri, et aliorum, priscae editiones; et vulgatum.

114 *an hirus* Erasmus l. c. *Erosne* Lamb. *herusne* Bad. Ascens. *an heros* iidem, qui legunt *Divusne*, ut opponant. *an Heros* mss. et editiones; et vulgatum, ut *Davusne*. Quomodo in re facillima, et evidenti caecutiant tot interpretes, vix credendum. *Davus*, et *Heros* sunt no-

Maturusne senex, an adhuc florente iuventa 115
Fervidus; et matrona parens, an sedula nutrix;

mina servorum, quae passim occurrunt apud Comicos; in marmoribus scriptis apud Gruterum, Fabrettum, Muratorium, alios; et praesertim in Pandectis, ut videre est in iudice nominum propriorum ab Antonio Augustino redacto; quae vulgatius proferebantur, ex. gr., ut *Titius*, *Sempronius*. Davus speciatim ut Comicus, Heros ut Tragicus accipi possunt, tamquam apud Menandrum, ut notat Acron; sed hìc ab Horatio inducuntur, ut doceat, etiam de minimis personis curandum, quales sunt servi; atque etiam inter ipsos distinguendum, inquirendum de eorum conditione, origine, patria, animi dotibus, artibus, moribus bonis, vel vitiosis; Colchi, an Assyrii; Thebis nutriti, an Argis; quamque personam repraesentent. Inde gradatim progreditur Poeta ad aliarum personarum liberarum, aut etiam servarum, ut nutricis, quae serva esse potest, qualitates. Quis credat, ex praemissis, et sequentibus praeceptis, quae meros, simplicesque homines respiciunt, Poetam intercinere *repente* de Divis, et heroibus; atque interesse multum asserere, quis eorum loquatur? Qui legunt *Davusne an heros*, vel *herusne*, non vident, his non proprium *Davus*; sed genericum *servus* opponi debuisse. Confer I. sat. 6. 38. II. sat. 5. 91. 101. sat. 6. 44. Haec omnia Horatii praecepta late exponit Quinctil. Inst. orat. XI. 3. 115 *Maturusve* Va. A., edit. Venn. 1478. 1481. 1486 1490. 1492. 1495. 116. *et matrona* V. A. B. C. D. F. G. I. K. O. S. T. a 2. m. Vr. C. D. E. F. H. a 1. m. I. L. Vp. A. D. F. Ch. A. F. Ba. A. B., alii mss. apud Pulm. Achillem Stat. Bersm. Coll. Sax. apud Gesn. Oberl.; restituit Bentl., inde anonymus 1713. Cun. San. Merv. Sandby, Gesn. Combe, Wakef. Wetz. Zeun. Schelle. *aut matrona* Aldus 1501. Iunta 1503. Al. *an matrona*. 116* *matrona parens* Vr. I. a 1. m. Vera, et evidens lectio, quae etiam sine manuscriptis ex opposita restituenda erat. *Nutrici* enim opponenda erat *mater*; ut *matronae* opponitur *sedula*. Plaut. in Trucul. V. 10.: *Puero opu'st cibum, opus est matri autem, quae puerum lavit, Opus nutrici.* Cic. de Leg I. c. 17. n. 47.: *Sensus*

Mercatorne vagus, cultorne virentis agelli;

nostros non parens, non nutrix, non magister, non poeta, non scaena depravat. Et c. 24. n. 62.: *Parens est, educatrixque sapientia.* Sen. epist. 60.: *Etiamnum optas, quod tibi optavit nutrix tua, aut paedagogus, aut mater?* Vid. infra 294. [?] Latius, sed opportune, Quinctil. de Orat. c. 28.: *Quis ignorat et eloquentiam, et ceteras artes descivisse ab ista vetere gloria, non inopia hominum; sed desidia iuventutis, et negligentia parentum, et inscientia praecipientium, et oblivione moris antiqui? Quae mala primum in Urbe nata, mox per Italiam fusa, iam in provincias manant: quamquam nostra nobis notiora sunt. Ego de Urbe, et his propriis, ac vernaculis vitiis loquar, quae natos statim excipiunt, et per singulos aetatis gradus cumulantur, si prius de severitate, ac disciplina maiorum circa educandos, formandosque liberos pauca praedixero. Iam primum suus cuique filius ex casta parente natus, non in cella emptae nutricis; sed gremio, ac sinu matris educabatur; cuius praecipua laus erat, tueri domum, et inservire liberis. Eligebatur autem aliqua maior natu propinqua, cuius probatis, spectatisque moribus, omnis cuiuspiam familiae suboles committeretur; coram qua neque dicere fas erat quod turpe dictu; neque facere quod inhonestum factu videretur. Ac non studia solum, moresque, sed remissiones etiam, lususque puerorum, sanctitate quadam, ac verecundia temperabat. Sic Corneliam Gracchorum, sic Aureliam Caesaris, sic Attiam Augusti matrem praefuisse educationibus, ac produxisse principes liberos accepimus. Quae disciplina, ac severitas eo pertinebat, ut sincera, et integra, et nullis pravitatibus detorta uniuscuiusque natura toto statim pectore arriperet artes honestas: et sive ad rem militarem, sive ad iuris scientiam, sive ad eloquentiae studium inclinasset, id solum ageret, id universum hauriret. At nunc natus infans delegatur Graeculae alicui ancillae, cui adiungitur unus, aut alter ex omnibus servis plerumque vilissimus, nec cuiquam serio ministerio accommodatus: horum fabulis, et erroribus teneri statim et rudes animi imbuuntur.* En quanti intersit, an parens vere matrona; an nu-

Colchus, an Assyrius; Thebis nutritus, an Argis.
Aut famam sequere, aut sibi convenientia finge.
Scriptor, honoratum si forte reponis Achillem:
Impiger, iracundus, inexorabilis, acer;
Iura neget sibi nata, nihil non adroget armis.
Sit Medea ferox, invictaque; flebilis Ino,
Perfidus Ixion, Io vaga, tristis Orestes.
Si quid inexpertum scaenae committis, et audes
Personam formare novam; servetur ad imum,
Qualis ab incepto processerit, et sibi constet.
Difficile est proprie communia dicere: tuque
Rectius Iliacum carmen diducis in actus;

trix licet sedula suas partes agat in educatione liberorum, et in scaena. Quid cum illis matrona *potens* vulgatae lectionis; quae ab Interpretibus *arrogans*, *imperiosa* traducitur? Hoc praedicet de sua Iuven. I. 70.: *Occurrit matrona potens, quae molle Calenum Porrectura viro miscet sitiente rubetam.* 117 * *Mercatorque vagus* V. T. a 2. m. *Mercatorve* Zar., et ms. 1. Combe. Iulius Firm. VIII. 22.: *Negotiosos, numquam in uno loco consistentes.*

117 * *cultorve* Va. A., Zar. et ms. 1. Combe. 117 *vigentis* Vr. B. C. D. E. a 1. m. F. a 1. m. Vp. C. a 1. m. Vo. B., ms. 1. Cruq. 1. Combe. Vid. supra 62. 118* *Colchicus an Sirius* Vr. I. 120 *Scriptor, Homereum* Bentl., meris argutiis; inde Sanad. Mervill. Valart; refutat Baxt., et appellat *monstrum nemini unquam visum, neque auditum ante Bentleium.* Achillem *honoratum* hìc dici puto, non ut Homero, aliisque poetis laudatum; sed quia cum plausu antea scaenae commissum, *reponere*, iterum ponere, seu committere velle alius poeta supponitur ab Horatio; qui ideo monet illum, ut primi sequatur vestigia in describendis eiusdem moribus; quippe quae iam laudata, ac probata virorum doctorum, ac populi suffragio. Huic praecepto opponitur in v. 125. *si quid inexpertum scaenae committis*, 120 * *qui forte* Ba. B. a 1. m. 122 * *arrogat* Vr. I. 126 * *servare* Vp. C. 129 * *producis in actus*

Quam si proferres ignota, indictaque primus. 130
Publica materies privati iuris erit, si

Va. A. *diducis in actus* V. A. Hanc veram lectionem, pro *deducis*, fugisse acumen Bentleii vix credibile, qui recte eamdem vocem restituit Manilio II. 10.: *Amnemque in tenues ausa est diducere rivos*, pro *deducere*. Veluti apud Quinctil. Inst. orat. V. 13.: *Si vel maxima flumina in rivos diducantur, qualibet transitum praebent.* Hoc est, corpus aliquod veluti in partes separare, ut infra 326. IV. od. 3. 10. Celsus I. praef.: *In tres partes medicina diducta est.* Claudius imperator in oratione ad Senatum, aere incisa, apud Lipsium Excurs. ad Tacit. Ann. XI. p. 200. edit. Paris. 1608.: *Deprecor, ne quasi novam istam rem introduci exhorrescatis; sed illa potius cogitetis, quam multa in hac civitate novata sint, et quidem statim ab origine Urbis nostrae; in quot formas, statusque respublica nostra diducta sit.* Sen. de Brev. vitae, c. 10.: *Quod proposui, si in partes velim, et argumenta diducere.* c. 12.: *Qui vinctorum suorum greges in aetatum, et colorum paria diducit.* Petron. c. 108.: *Totiusque navigii turbam diducit in partes:* c. 124. v. 263.: *Namque omnis regia caeli In partes diducta ruit.* Contra *deducere*, est corpus ipsum integrum, vel aliquomodo de loco in locum ducere; ut notum ex Lexicis; et ut exprimunt illa exempla, quae affert Schelle. Ovid. IV. Met. 36.: *Levi deducens pollice filum.* I. Amor. 14. 7.: *Vel pede quod gracili deducit aranea filum:* et de poematibus, I. Met. 4.: *Ad mea perpetuum deducite tempora carmen.* Eamdem varietatem passim apud alios scriptores notavit Drakenb. ad Sil. Ital. XV. 187. Porro hìc *diducere carmen Iliacum in actus*, ut optime observat, cum aliis, Iason de Nores, est proferre in scaenam personas in Iliade contentas apud Homerum, a quo, quum varias actiones illud poema contineat, infinita sumi possunt Tragoediarum argumenta; ut etiam videre licet ab antiquioribus factum: quum Euripides ab eo et Hecubam, et Andromacham, et Iphigeniam, et Helenam sibi desumpserit, ac proprias fecerit; postea Varius, Ovidius, Seneca, aliiqui alia argumenta.

Non circa vilem, putulumque moraberis orbem;
Nec verbum verbo curabis reddere fidus

Idem fecisse cum poetis pictores, statuarios, sculptores, aliosque Graecos artifices, nove, et egregie ostendit in suis operibus, et praesertim Mon. ant. ined. in praef. p. XVIII., Winkelmann; qui inde novam artium, earumque repraesentationum theoriam, praecipue apud Graecos, constituit. 129 * *in actum* V. K. X. 132 *Non circa* V. A. C. D. H. I. K. O. R. S. T. X. Vr. B. C. D. E. F. I. K. L. Vp. A. D. Vo. B. Ch. A. F. An. A. C. Ba. A. B. Va. A., mss. omnes Lambini, Pulm. Combe; ita Acron, Porphyrio, edit. Princ. Med. 1476. Venn. 1478. 1479. 1481. 1483. 1486. 1490. 1492. 1495. 1514. Flor. 1482. Frib. 1536. Talbot, Bentl. Sandby, Schelle. *Nec circa* in editis est ab Aldo 1501. in [etiam Bod.], inde vulgata. Contra apud Catull. c. LXV. 73. ex ms. et contextu, pro *non si*, legas: *Namque ego non ullo vera timore tegam, Nec si me infestis discerpant sidera dictis, Condita quin vere pectoris evoluam.* 133 *verbum verbo* V. D. K. S. Z. Vr. E. L. An. C., Acron ms. et editus, Servius ad Virg. I. AE 227. XI. 1. S. Hieron. epist. 57. ad Pamm. n. 5. Aldus 1501. 1509. 1519. Iunta 1503. Britann. 1520. Basill. 1527. 1531. 1580. Frib. 1536. Dion. ab Harsio Lugd. 1538. Venn. 1545. 1552. 1573. Lamb. Muret. Cruq. Pulm. Chab. Dan. Heins. Desprez, Bond, Talbot, Dacer. Baxt. Bentleius, qui probat, Phil. Gesn. Sandby, Batt. Val. Dor. Combe, Wakef. Wetz. Zeun. Schelle. Ante Horatium ita scripsisse Ciceronem de Opt. gen. orat. c. 5. n. 14., notat Lambinus: *Non verbum pro verbo necesse habui reddere; sed genus omnium verborum, vimque servavi:* quem locum integrum inseruit S. Hieronymus in citata epistola ad Pammachium n. 5. Ad hunc locum Horatii videtur intendisse Iulius Rufinianus de Schematis lexeos, inter ant. Rhet. Lat. p. 31. Paris. 1599.: *Antithesis est, cum verbum verbo pari potestate per contrarium redditur.* Boethius in Porphyrium I. p. 46.: *In quo quidem vereor, ne subierim fidi interpretis culpam, cum verbum verbo expressum, comparatumque reddiderim.* Al. *verbo verbum.* * *verbum curabis verbo*

Interpres; nec desilies imitator in artum;
Unde pedem proferre pudor vetet, aut operis lex.
Nec sic incipies, ut scriptor Cyclius olim:
Fortunam Priami cantabo, et nobile bellum.
Quid dignum tanto feret hic promissor hiatu?
Parturient montes, nascetur ridiculus mus.
Quanto rectius hic, qui nil molitur inepte:

Ch. F. *verbum ex verbo* Vr. K., ms. 1. Pulm. 134 *ne desilies* Vr. H., ms. 1. Pulm. 135 *referre* ms. 1. apud Turneb. Advers. XXII. 11., 1. Pulm. 1. Achillis Statii, 3. Val.; ex 2. suis praetulit Lambinus, sequitur Cuning., inde anonymus Trai. ad Rhen. 1713. Sanad. Merv. Phil. Val. *proferre* mss. omnes alii, et editiones; Acron ipse, qui exponit: *Noli aggredi locum difficilem, unde te explicare non poteris; nec te imitatione, sive aemulatione obstringas, ut procedere, vel progredi longius erubescas.*

135* *pudor proferre pedem* Vr I. 135* *vetat* Vp. C. Va. A. Vr. I.

136* *incipiens* V. O. 136 *Cyclius* Ch. A. cod. Sorbon. apud Val., ex 2. suis restituit in textum Bentl.; probat Winkelm. Mon. ant. ined. in praef. p. XVII. ex Proclo in Chrestom. apud Photium Biblioth. col. 982 edit. Col. 1611., qui haec refert: *Disserit* (Proclus) *de Epico, quem vocant, Cyclo, qui ex Caeli, et Terrae, quam poetae fabulantur, commixtione originem duxit. Terminatur Epicus Cyclus, ex variis poetis perfectus, ad excensionem usque Ulyssis in Ithacam, in qua et a filio Telegono, ignaro quod pater esset, interficitur.* Hinc poetae *Cyclii* illi, qui ab eo Cyclo, et praecipue ab Homeri Iliade, et Odyssea, operum suorum argumenta desumebant. Al. *Cyclicus.* 138 * *Quid tanto feret hic dignum professor hiatu* Vr. I. *tanto dignum* Vr. C. F. Ch. F. Va. A. *Quid feret hic dignum tanto* edit. Princ. 139 *Parturiunt* Vr. B. H., mss. 2. Pulm. 1. Val. 1. Bentleii, qui ex hoc, et quia S. Hieronymus contra Iovinian. lib. 1. princ. ita scribit, intulit in textum. Levissimum sane argumentum ab hoc S. Hieronymi loco petit emendator; non videns, S.

Dic mihi, Musa, virum, captae post tempora Troiae
Qui mores hominum multorum vidit, et urbes.
Non fumum ex fulgore, sed ex fumo dare lucem
Cogitat; ut speciosa dehinc miracula promat;
Antiphaten, Scyllamque, et cum Cyclope Charybdin. 145
Nec reditum Diomedis ab interitu Meleagri,
Nec gemino bellum Troianum orditur ab ovo.

Doctorem sermonis sui contextui vocem aptasse praesenti tempore, quo loquebatur: *Non est contentus* (Iovinianus) *nostro, id est, humano more loqui; altius quiddam aggreditur:* Parturiunt montes, nascetur ridiculus mus. Credendum potius Acroni, Valerio Probo Cath. apud Putsch. c. 1468., et Servio ad Virg. VIII. AE. 84., Grammaticis, qui consulto vocem referunt. Ita etiam exigere contextum quis non intelligit? *Quid feret hic?* inquit: eveniet, quod est in proverbio: *Parturient montes, nascetur ridiculus mus.* Omnia futuro tempore. In ipso proverbio Graeco apud Erasm. Adag. pag. 270. edit. 1617. est: ὠδινεν ὄρος, *parturiebat mons.* Sequuntur Bentleium pedibus anonymus Trai. ad Rhen. 1713. Cun. Baxt. San. Merv. Gesn. Sandby, Val. Dor. Oberl. Combe, Wakef. Wetz. Zeun. Schelle: [Bod.]. 141 *post moenia* An. A. a 2. m. Va. A.; ms. 1. Achillis Statii, 1. Valart, 1. Bentleii, qui intulit in textum; motus etiam auctoritate codicum Ausonii in Periocha 1. libri Odysseae, in quibus legitur pariter *captae post moenia Troiae;* quod in editis est *tempora*, ut apud Horatium, quem exscribit. Omnia, ut puto, barbare: etenim Latine *post moenia* esset *retro moenia.* Sic Virgilius III. E. 20.: *Tu post carecta latebas.* Plaudunt Bentleio Cun. Wakef. Schelle. [Bod.] Bentleius, suae opinionis adhuc incertus, coniiciebat, ut rectius, *funera*; et Cun. *Pergama.* 142 * *multorum novit* Va. A. a 2. m.

143 * *dare lumen* ms. 1. Valart. 146 * *Non reditum* Vr. C. 147 * *Nec bellum gemino* Vr. B. Ch. A.

Semper ad eventum festinat, et in medias res,
Non secus ac notas, auditorem rapit; et quae
Desperat tractata nitescere posse, relinquit;
Atque ita mentitur, sic veris falsa remiscet:
Primo ne medium, medio ne discrepet imum.
Tu, quid ego et populus mecum desideret, audi.
Si plausoris eges aulaea manentis et usque
Sessuri, donec cantor, vos plaudite, dicat:
Aetatis cuiusque notandi sunt tibi mores;
Mobilibusque decor, maturis dandus et annis.

150* *relinquet* Vp. C. 152* *medio nec* V. D. *nec medium, medio nec* Va. A. 154 *plosoris* Vr. B. C. D. E. a 1. m. H. Vo. B., mss. 4. Pulm. 1. Cruq. Coll. Sax. apud Gesn.: ita etiam legi, notat Acron: sed ipse praefert *plausoris*. Alterum amavit ex aure sua Cun. Bentleius argutiis dedit *fautoris* [adstipulantibus Parm.]; quod est Acronis glossema. Confer I. od. 20. 4. I. sat. 1. 66. II. sat. 3. 185. I. epist. 6. 7. II. epist.. 1. 88. epist. 2. 130. Quinctil. dial. de Orat. 39.: *Oratori clamore, plausuque opus est.* Errat vero Baxterus, qui idem valere *fautoris*, et *plausoris*, scribit. Longe diversa esse vel Lexica docent. Vid. II. epist. 1. 185. 205. 154 *aulaea manentis.* Pro forma, et constructione theatrorum apud veteres, aulaeum picturis ornatum, vel intextum, vulgo hodie *sipario*, ut scaena aperiretur, non tollebatur in altum, ut nunc; sed sub pulpitis demittebatur sensim involutum cylindro. Apul. Met. X. p. 233. edit. Princ.: *Aulaeo subducto, et complicitis sipariis, Paridis scaena disponitur.* Finito actu, vel integro spectaculo, in altum tollebatur. Ovid. III. Met. 110. seqq. *Crescitque seges clypeata virorum. Sic, ubi tolluntur festis aulaea theatris, Surgere signa solent, primumque ostendere vultum; Cetera paullatim; placidoque educta tenore, Tota patent, imoque pedes in margine ponunt.* Ergo *manere aulaea*, est, usque ad finem operis exspectare. Confer II. epist. 1. 189. Bianchi dei Vizj del mod. teatro p. 321. 157 *Nobilibusque* V. H., edit. Venn.

Reddere qui voces iam scit puer, et pede certo
Signat humum; gestit paribus colludere, et iram
Colligit, ac ponit temere, et mutatur in horas.
Imberbis iuvenis, tandem custode remoto,
Gaudet equis, canibusque, et aprici gramine campi;
Cereus in vitium flecti, monitoribus asper,
Utilium tardus provisor, prodigus aeris,
Sublimis, cupidusque, et amata relinquere pernix.
Conversis studiis, aetas animusque virilis
Quaerit opes, et amicitias, inservit honori;

1481. 1483. 1486. Flor. 1482. *maturis dandus et annis* V. G. a 1. m. Quod dederat ex coniectura Bentl, probatur nunc ex ms. optimae notae. Ita etiam legebat Acron, scribens: *Quod enim natura mobilius puero adolescente, et maturo sene; τὸ πρέπον, id est, decorum cuique proprium tribuendum est.* Et sic ab eo Comm. Cruquianus. Mobilis aetas est puerorum propria; ut quies, maturitas, senum: probat late Bentleius Virgilio III. G. 165. V. AE. 73. Cic. de Senect. c. 10. et 20. pro Roscio c. 16. Ovid. VIII. Met. 619. XIV. 617. XV. 210. Tac. I. Ann. 4.; quibus adde Cornelium Gallum el. 1. 115: *Exsultat levitate puer, gravitate senectus; Inter utrumque manens stat iuvenile decus.* Petron. c. 124. v. 285.: *Non puer, aut aevo iam desolata senectus.* Vid. IV. od. 4. 55. carm. sec. 46., infra 176. seqq. Adoptarunt anonymus 1713. Baxt. Cun. San. Merv. Phil. Val. Schelle. Wakefield, qui ridicule dictum asserit a Bentleio *mobilibus iuniorum*, quod anni aeque mobiles sint quoad iuvenes, et quoad senes, vere ridendus est. Al [Bod.] *naturis.* 160 *Colligit et ponit* Va. A., edit. Venn. 1478. 1479. 1481. 1486 1490. 1495. Britann. 1520. *Concipit ac ponit* edit. Zar. 1470. 161 *Imberbus* ex ms. Cruquius, inde Baxt. Bentl. anonymus 1713. Cun. San. Merv. Phil. Gesn. Sandby, Val. Oberl. Combe, Wakef. Zeun. Schelle. [Bod.] Ut *imbecillus.* Vid. II. sat. 7. 39. II. epist. 1, 85. 167 * *et servit* V. I.

Commisisse cavet, quod mox mutare laboret.
Multa senem circumveniunt incommoda; vel, quod
Quaerit, et inventis miser abstinet, ac timet uti;
Vel, quod res omnes timide, gelideque ministrat;
Dilator, spe longus, iners, avidusque futuri;
Difficilis, querulus, laudator temporis acti
Se puero; castigator, censorque minorum.
Multa ferunt anni venientes commoda secum;
Multa recedentes adimunt. Ne forte seniles
Mandentur iuveni partes, pueroque viriles;
Semper in adiunctis, aevoque morabimur aptis.
Aut agitur res in scaenis, aut acta refertur.
Segnius irritant animos demissa per aurem,
Quam quae sunt oculis subiecta fidelibus, et quae

168 *quod permutare* V. C. a 1. m. Vr. D. H. An. A., ms. 1. Pulm. 1. Achill. Statii. 172 *spe lentus*, *iners*, *pavidusque* Bentl., longis argutiis. 173 * *temporis acti* Post hunc versum, acter intrusus legitur in V. T.: *Laudat praeteritos*, *praesentes despicit actus.* Senem laudatorem temporis acti pluribus versat anonymus in Miscellan. Lipsiens. num. 17. p. 240. seqq. 174 *censor castigatorque* mss. apud Valart, Aldus 1501. 1509. 1519. Iunta 1503.; inde vulgata fere apud omnes. Ceteri mss. omnes, Acron, et priscae editiones alium ordinem tuentur, quem revocavit in textum Talbot, Bentl. Cun. Sandby, Val. Schelle.

175 * *commoda vitae* Ba. A. a 1. m., notatum ex ms. in ora edit. Aldi 1519. Bibl. Ang. Recte *commoda secum* etiam apud S. Hieron. prol. in 2. comm. Amos ad Pammach.: *Senectus multa secum et bona affert*, *et mala.*

176 *nec forte* edit. Ven. 1481. 178 *morabitur* V. D. a 1. m. Vr. C. a 1. m. D. E. Vp. D. Ch. A. a 1. m., ms. 1. Achill. Statii, Coll. Sax. apud. Gesn. 179 * *aut apta* Vr. I. Vp. A. 180 *animum* ms. Achill. Statii. 180 *dimissa* V. E. O. Vr. I. Vp. A. An. C. a 2. m., Britann.

Ipse sibi tradit spectator. Non tamen intus
Digna geri, promes in scaenam; multaque tolles
Ex oculis, quae mox narret facundia praesens:
Ne pueros coram populi Medea trucidet;
Aut humana palam coquat exta nefarius Atreus;
Aut in avem Progne vertatur, Cadmus in anguem.
Quodcumque ostendis mihi sic, incredulus odi.
Neve minor, neu sit quinto productior actu
Fabula, quae posci vult, et spectata reponi.
Nec Deus intersit, nisi dignus vindice nodus
Inciderit; nec quarta loqui persona laboret.
Actoris partes chorus, officiumque virile
Defendat; neu quid medios intercinat actus,

1520. 180 *per aures* V. K. Ba. A., ms. 1. Combe. 181 *oculis subiecta fidelibus.* Nazarius Paneg. Constant. Aug. c. 32.: *Ad animum languidius accedunt, quae aurium via manant, quam quae oculis hauriuntur.* 185 *Ne pueros* V. A. a 2. m. C. D. K. R. S. T. Z. Vr. C. D. Vp. D. Ch. A. F. Ba. A. B. a 1. m. Va. A. C., mss. 3. Bersm. 1. Bentl. 1. Oberl. 5. Combe, edit. 1470. Zar. Venn. 1478. 1479. 1481. 1483. 1486. 1490. 1492. 1495. 1514. Britann. 1520.; restituit Bentl., inde anonymus 1713. Cun. San. Merv. Phil. Wakef. Wetz. Schelle. *Nec pueros* V. A. a 1. m. G. Ba. B. a 2. m., edit. Princ. Aldus. 1501. 1509. 1519. Iunta 1503.; inde vulgata. 185* *trucidat* Vp. A. 187 *Cadmus vertatur* Vr. I. Ch. A., Cun. ex ingenio. 189 *minor quinto, neu sit* Vr. I., Aldus 1501. 1509. 1519. Iunta 1503. Glar. Frib. 1536. Dion. ab Harsio Lugd. 1538. 190 *spectanda* V. B. D. Vr. C. E. L. Vp. C. a 1. m. D. Va. C., mss. 3. Pulm. 1. Achill. Statii, edit. Venn. 1490. 1495. 1514. 191 *Neu Deus* Schelle ex ingenio. *Nec* novum praeceptum indicat a praecedentibus divisum. 193 *Auctoris* V. C. a 1. m. K. R. Vr. K. Vp. A. Ch. F. An. A. a 2. m. Va. A., mss. 2. Lamb. 2. Pulm., Aldus 1501. 1509. 1519. Dion. ab Harsio Lugd. 1538. Turn. Advers. XIX. 9. 194 *ne quid* Schelle. 194 *inter-*

Quod non proposito conducat, et haereat apte.
Ille bonis faveatque, et consilietur amice;
Et regat iratos, et amet peccare timentes;
Ille dapes laudet mensae brevis; ille salubrem
Iustitiam, legesque, et apertis otia portis.
Ille tegat commissa; Deosque precetur, et oret,
Ut redeat miseris, abeat Fortuna superbis.
Tibia non, ut nunc, orichalco iuncta, tubaeque

cidat V. D. Vr. H. a 1. m., Zar. 196 *concilietur* Aldus 1501. Britannicus 1520. Dion. ab Harsio Lugd. 1538. Ven. 1573. Basil. 1580. D. Heins. Desprez. Confer III. od. 3. 17.

196 *amicis* Muret., iude alii multi, D. Heins. Desprez, Bond, Dacer. Baxt. Gesn. Oberl. Combe, Wetz. Zeun. 197 *pacare* ms. 1. Cruq. alii Achill. Statii. *pacare tumentes* mss. 2. Pulm. Horum auctoritate, et quia *bonos* hic, et *peccare timentes* eosdem putat Bentleius, speciosam lectionem admittit in textu: errore turpi. *Boni* enim sunt fortes viri, strenui; ut IV. od. 4. 29., qui plausu, favore sunt prosequendi, et consiliis adiuvandi, firmandi, III. od. 5 44. 45.: *peccare timentes*, probi, et honesti viri, amandi sunt: *Nihil est enim*, inquit Cic. IX. ad Famil. 14., *mihi crede*, *virtute formosius*, *nihil pulchrius*, *nihil amabilius*. Novitatem, contra mss. omnes alios, et Acronem, nimis leviter arripuerunt pariter anonymus Trai. ad Rhenum 1713. Cun. San. Merv. Phil. Sandby, Batt. [Bod.]; et nuper Schelle, quia eamdem tautologiam in iisdem verbis agnoscit; et novam lectionem confirmari ait alio ms. a Regelsbergero collato. Non codicum numerus; sed Latinae Linguae peritia maior exoptanda. 198* *laudat* Vr. B. *mensae laudet* Cun. more suo. 201 *Arrideat* edit. Venn. 1495. 1514. 202 *vincta* Vr. C. E. F. Vp. A., Aldus 1501. 1509 1519., aliique editores non pauci; et inter recentiores Talb. Dacer. Baxt. anonymus 1713. Cun. Gesn. Phil. Sandby, Val. Batt. Oberl. Combe, Wakef. Wetz. Zeun. Schelle. *iuncta* ceteri mss. nostri, et aliorum, Acron, et Porphyrio (qui tamen *vincta* exposuisse videntur); Ioann. Sarisber. lib. 6. in prol.; revocavit in textum

Aemula ; sed tenuis, simplexque, foramine pauco,
Adspirare et adesse choris erat utilis, atque
Nondum spissa nimis complere sedilia flatu:

Lambinus, Bentl. San. Dor. Recte quidem vidit Bentleius; sed errat, quum ideo se praeferre hanc lectionem ait; quia ex variis materiis composita tibia existimanda est; sive ferruminatione, sive alio modo apta, et compacta. Horatius tibiam tenuem, et simplicem comparat longae, tubae aemulae. Initio facta fuit tibia vel ex arundine Plin. H. N. XVI. 36. sect. 66., vel buxo cavato Ovid. VI. Fast. 697., vel ex cervorum, aut asinorum cruribus, ut ait Philostratus de Vita Apollon. lib. 5. c. 7.; unde tibia dicta. Hac ex arundine, vel buxo etiamnum utuntur rustici, pastores, vicani, et milites; vulgo *ciuffolo*, *zuffolo*. Progressu temporis amplior, et longior facta est, ut sonum graviorem redderet; *quod tibiae incremento longitudinis fiunt graviores*, ut inquit Censorinus c. X. Haec, ut facilius portaretur, in partes secabatur; quarum orae internae vel auro vel orichalco circumdabantur, ut ad opus committi, et iungi possent, et postea disiungi, et loculo servari. Hoc fieri hodieque videmus in tibiis longis, vulgo *flauti*, quae tribus constant; et orichalco imitari videntur arundinum internodia; et ita illis utuntur tibicines. *Iuncta* ergo, non *vincta* in hoc argumento poetico dicenda. Quid enim ad rem ornamenta exteriora vel ex auro, vel ex alio metallo? Huiusmodi tibias ex ossibus, et ebore metallis iunctas, repertas in ruinis Herculanensibus observat Winkelm. Relat. des Nouvell. découvertes d'Hercul. 217. Paris 1784. De tibiis, earumque varia forma, et magnitudine, plura dabit Caspar Bartholinus peculiari opere lib. 1. c. 4. seqq. *Iuncta*, et *vincta* passim in mss. confundi iam notavit Pamelius ad Tertull. de Pallio c. 3. Wasse ad Sallust. Cat. 58. De orichalco, sive aurichalco, vide Bochart Hieroz. part. 2. l. 6. c. 16. col. 881. 203 *pauco* V. B. C. H. R. a 1. m. S. T. a 1. m. X. Z. Vr. H. I. K. L. Vp. A. C. D. Vo. B. Ch. A. a 2. m. F. An. A. B. C. Ba. B., alii mss. apud Lamb. Talb. Oberl., Acron, priscae editiones, et aliae fere omnes, praesertim recentiores. *parvo* V. A. D. a 1. m. E. G. K.

Quo sane populus numerabilis, utpote parvus,
Et frugi, castusque, verecundusque coibat.
Postquam coepit agros extendere victor, et urbes
Latior amplecti murus, vinoque diurno
Placari Genius festis impune diebus;
Accessit numerisque modisque licentia maior.
Indoctus quid enim saperet, liberque laborum,
Rusticus urbano confusus, turpis honesto?
Sic priscae motumque, et luxuriem addidit arti

O, a 1. m. Vr. B. C. D. E. F. Ch. A. a 1. m. Ba. A. Va. A. C., ms. 1. Pulm. 1. Helmst. apud Gesn. 12. Val., Iunta 1503. Ut testatur Varro apud Acronem, quatuor foraminum erant tibiae apud antiquos. Tractu temporis maiore numero factae dictae sunt multiforatiles, ut Apul. Met. X p. 255. allatus ad II. epist. 1. 33. Bartholin. de Tib. I. 6. * *paucoque foramine simplex* Vr. G. 206 *parcus* coniicit Faber, adoptat Valart in praefat. p. XV. 207 * *Ut frugi* Vr. D.

208 *urbes* mss. omnes nostri, et aliorum, priscae editiones, et Britann. 1520. *urbem* Aldus 1501. 1509. 1519. Iunta 1503., et inde alii omnes, quos vidi; fortasse, quia de urbe Roma dictum putant, quod de Graecis primum credendum. [Bod. *Urbem.*] Alio sensu Varro de Re rust. II. praefat. 3.: *Igitur quod nunc intra murum fere patres familiae correpserunt, relictis fulce et aratro; et manus movere maluerunt in Theatro, ac Circo, quam in segetibus, ac vinetis: frumentum locamus, qui nobis advehat, qui saturi fiamus ex Africa, et Sardinia.* Quae refert etiam Colum. de Re rust. I. praef. 15. 209 *Laxior* Bentl ex ingenio; sequitur Schelle. 210 *Placari Genius.* Quinctil. dial. de Orat. cap. 9.: *Pulchrum id quidem, indulgentiam principis ingenio mereri; quanto tamen pulchrius, si ita res familiaris exigat, se ipsum colere, suum Genium propitiare, suam experiri liberalitatem?* Vid III. od. 17. 14. 15. II. epist. 1. 143. 144. 212 * *malorum* Vr. I. 213 * *confisus* Vr. I. 204 *luxuriem* V. B. C. a 2. m. D. K. R. S. X. Vr. B. D. I. L. Vp. D. Ch. F. a

Tibicen; traxitque vagus per pulpita vestem.
Sic etiam fidibus voces crevere severis;
Et tulit eloquium insolitum facundia praeceps:
Utiliumque sagax rerum, et divina futuri,
Sortilegis non discrepuit sententia Delphis.
Carmine qui tragico vilem certavit ob hircum;
Mox etiam agrestes Satyros nudavit, et asper
Incolumi gravitate iocum tentavit; eo quod
Illecebris erat et grata novitate morandus
Spectator, functusque sacris, et potus, et exlex.
Verum ita risores, ita commendare dicaces
Conveniet Satyros; ita vertere seria ludo:
Ne quicumque Deus, quicumque adhibebitur heros,
Regali conspectus in auro nuper, et ostro,
Migret in obscuras humili sermone tabernas;
Aut, dum vitat humum, nubes, et inania captet.
Effutire leves indigna tragoedia versus,
Ut festis matrona moveri iussa diebus,
Intererit Satyris paullum pudibunda protervis.
Non ego inornata, et dominantia nomina solum,
Verbaque, Pisones, Satyrorum scriptor amabo;

1. m. An. B. C. Ba. B. Va. A., mss. 4. Pulm. Commentator Cruq. Pign. Manzon. Iunck. Baxt. Bentl. anonymus 1713. Cun. San. Merv. Phil. Gesn. Sandby, Dorigh. Oberl. Combe, Wakef. Zeun. Al. *luxuriam.* 215 *vestes* mss. 6. Combe. 219* *sortilegis* Vr. I. *sortilogis* Ch. A. a 2. m.

220 *cantavit* Coll. Sax. apud Gesn. ms. 1. Combe.

220 *ob hircum.* Vide infra 275. 226 *Conveniat* edit. Venn. 1492. 1514. 227* *Nec quicumque* Vp. C. Va. C.

228* *ostro nüper et auro* V. O. An. A. 230* *vitet* V. T. a 2. m. 233 *parum pudibunda* Vr. I. 235* *satirarum*

Nec sic enitar tragico differre colori,
Ut nihil intersit, Davusne loquatur, et audax
Pythias, emuncto lucrata Simone talentum;
An custos, famulusque Dei Silenus alumni.
Ex noto fictum carmen sequar, ut sibi quivis
Speret idem; sudet multum, frustraque laboret
Ausus idem: tantum series, iuncturaque pollet;
Tantum de medio sumptis accedit honoris.
Silvis deducti caveant, me iudice, Fauni,
Ne, velut innati triviis, ac paene forenses,
Aut nimium teneris iuvenentur versibus umquam;
Aut immunda crepent, ignominiosaque dicta.
Offenduntur enim, quibus est equus, et pater, et res:
Nec, si quid fricti ciceris probat, et nucis emptor,

V. A. a m. 236 * *Neu sic* V. A. a 1. m. *Non sic* Vr. B. 237 * *Davusve* Va. A. 237 *an audax* V. A. B. O. Vr. H. I. Ch. A. Va. A. C., alii mss. apud Oberl. Combe, edit. Venn. 1481. 1486. 1490. 1546. 1573. Aldus 1509. 1519. Dion. ab Harsio Ludg. 1538. 242 * *series tantum* V. G. 243 * *accedet* V. I. K. O. a 1. m. Vr. F. Ba. B. 244 *educti* Vr. I. Va. C.; proposuit ex coniectura Markland. ad Euripid. Supplices, in append. p. 257.; adoptavit Schelle; ut veniat sensu *educati;* quod hìc nititur confirmare aliorum exemplis, *educere* pro *educare*. Abs re. *Deducere* est de loco ad locum ducere, abstrahere; et hìc quasi manu ducere e silvis in theatrum : sensu noto, et communi in Lexicis. Vide supra ad v. 129. Qui Satyros e silvis ducit, illos supponit ibi natos, et nutritos. Potius *educti* simpliciter pro *deducti* accipi poterat. 247 *verba* edit. Venn. 1479. 1483. 1486. Flor. 1482. 249 *fricti* V. E. a 1. m. Vr. B. a 2. m. C. D. E. Vp. C. An. A. a 1. m. Va. C., mss. 2. Lamb. 5. Pulm. omnes Cruquii, Aldus 1509. 1519. Iunta 1503.; defenduńt Parrhasius, Lamb. Iason de Nores,

Aequis accipiunt animis, donantve corona. 250

Turneb. Advers. XIX. 9. Mur. Cruq. Pulm. Chab. Bond, Despr. D. Heins. Nannius, Talb. Dac. Baxt. Bentl., aliique recentiores omnes. *fracti* V. A. a 1. m. B. C. D. G. H. I. K. O. S. T. X. Z. Vr. B. a 1. m. F. I. K. L. Vp. A. F. Ch. A. a 1. m. F. An. B. Ba. A. B. Va. A., alii mss. apud Pulm. Combe, Commentator Cruquianus, edit. Princ. Med. 1476. Venn. 1478. 1479. 1481. 1483. 1486. 1490. 1495. 1514. 1546. 1552. Flor. 1482. Aldus 1501. Britann. 1520. Basill. 1527. 1531. Frib. 1536. Dion. ab Harsio Lugd. 1538. Merito hanc lectionem deseruerunt editores critici: qui enim vulgo nunc dicuntur *ceci infranti*, nihil ad rem. *Ciceris fricti* meminit Plaut. in Bach. IV. 5. 7.: *Tam frictum illum reddam, quam frictum est cicer.* Martial. lib. 1. epigr. 104. 10.: *Asse cicer tepidum constat, et asse Venus.* Meminit quoque Ioannes Cassianus cap. 1. collat. 8.: *Deinde adposuit salem, olivas ternas; quibus posthaec superintulit canistrum habens cicer frictum, quod illi trogalia vocant; ex quibus quina tantum sumpsimus grana, mixaria bina, caricas singulas.* Non dubito, de eodem accipiendum Persium V. 177.: *Cicer ingere large Rixanti populo:* et cum Dousa etiam *cicer madidum* apud Mart. lib. 1. epigr. 42. 37.: *Otiosa Vendit qui madidum cicer coronae*, quamvis id neget Marcilius: quod madidum cicer elixum sit; frictum cicer aridum. Hoc erat probandum. Nam frictum oleo, vel adipe suillo semper aliquantulum madet; praecipue quum recens est, et adhuc tepidum: neque elixum distribuitur coronae adstantium, ut bellaria. In usu etiamnum habetur frictum cicer Neapoli, et Romae, praesertim apud Hebraeos; et vulgare est scomma, *cecio fritto*. Apud Plautum in Poen. I. 2. 112. occurrunt etiam *frictae nuces. Ag. Obsecro hercle, ut mulsa loquitur! Mi. Nihil nisi laterculos, Sesamum, papaveremque triticum, et frictas nuces.* Hinc Ianus Dousa ad Petron. lib. 1. c. 1. putat in versu Horatii *frictum* istud non solum ad *cicer*, quod praecedit; sed etiam ad *nucem*, quae sequitur, pertinere. 250* *excipiunt* V. D. 250* *donantque* Ch. F. *donentve* V. D. a 1. m.

Syllaba longa, brevi subiecta, vocatur iambus;
Pes citus: unde etiam trimetris accrescere iussit
Nomen iambeis, quum senos redderet ictus;
Primus ad extremum similis sibi. Non ita pridem,
Tardior ut paullo, graviorque veniret ad aures, 255
Spondeos stabiles in iura paterna recepit
Commodus, et patiens: non, ut de sede secunda
Cederet, aut quarta socialiter. Hic et in Accî
Nobilibus trimetris apparet rarus; et Ennî
In scaenam missos cum magno pondere versus, 260

252 * *accedere* V. A. Vr. G. a 1. m. Vp. D. Va. A., *accersere* edit. Flor. 1482. Ven. 1483. 253 *senos cum* Cun. ex aure sua. 257 * *ut non* V. X. Vp. D. 259 *Mobilibus* P. Victorius in Cicer. V. ad Fam. epist. 2.: refutant Lamb. Bentl. 260 * *In scena* V. O. 260 *missus*. Ita Piscator primus emendavit ex ingenio, et in centextum induxit; ita Minellius, Martignac, Rodelius, ut notat Cuningamius; ita Marcilius; adoptarunt Desprez, Bentleius, qui id magis probare nititur argutiis; inde anonymus Trai. ad Rhen. 1713. Cun. San. Merv. Phil. Sandby, Dor. Val. Wakef. Wetz.: refutat Schellé. Facilis constructio sensum verum exponit: ut hic iambus in secunda, et quarta sede positus ab Ennio, premat eius versus, missos, fere proiectos, cum magno pondere in scaenam; crimine turpi aut operae celeris nimium, et carentis cura; aut artis ignoratae. Sensum ad Ennii versus referendum vidit etiam Acron. Confer I. sat. 10. 53. 54. 260 *cum magno pondere* V. E. G. S. X. Z. Vr. B. D. E. G. H. I. L. Vp. C. D. F. Vo. B. Ch. A. F. An. A. B. Va. A. C. Ba. B., mss. 6. apud Combe; ex omnibus suis, et Bersmanni, adscivit in textum Bentleius; quia videtur Poeta venerem quamdam in ipsa pronuntiatione studio quaesisse: *cum magno pondere*: quae dum profers, ipsum illud pondus, et lente ambulantes spondeos voce, et spiritu persentiscis. Aliter aeque bene apud scriptores. Cicero in Arato v. 379.: *Magno cum pondere nautae*. Tertull. Apolog. adv. Gentes, c.

Aut operae celeris nimium, curaque carentis;
Aut ignoratae premit artis crimine turpi
Non quivis videt immodulata poemata iudex;
Et data Romanis venia est indigna poetis.
Idcircone vager, scribamque licenter? et omnes
Visuros peccata putem mea tutus, et intra
Spem veniae cautus? Vitavi denique culpam,
Non laudem merui. Vos exemplaria Graeca
Nocturna versate manu, versate diurna.
At vestri proavi Plautinos et numeros, et

38.: *Iudicatur magno cum pondere, ut apud certos de Dei conspectu.* Confer I. sat. 10 49. I. epist. 20. 8, infra 337. [Bod. *magno cum.*] 261 *nimium celeris* V. I. T. Vr. I. Ch. A. Va. A. C., mss. 3. Pulm.; ita Cun. San. Merv. Phil. 263 * *Vt quivis* Vp. C. *Nam quivis* Zar. 264 *ut omnes* V. A. a 1. m., ms. 1. Achill. Statii, 1. Bentleii, qui adoptavit in textu; inde anonymus 1713. Cun. Baxt. Gesn. Dor. Oberl. Wetz. Zeun. Schelle; refutat Sanad. An, inquit Horatius, exemplo aliorum poetarum Romanorum, quibus data est venia, indigna, non debita, tutus putare possum, lectores, vel auditores visuros, vel audituros peccata mea eadem aequitate; et cautus ero adeo, ut sperem illos eamdem veniam mihi daturos? 266 *et extra* Lambinus ex ingenio: reiiciunt omnes, et praesertim Muret. Var. lect. l. 13. c. 5. 267 * *captus* Vr. G. Vp. D.

268 * *nec laudem* Vr. G. 269 * *et versate diurna* V. T.

270 *At vestri* V. A. B. C. D. H. R. S. T. X. Vr. B. C. E. F. H. Vp. A. C. D. Vo. B. Ch. A. An. A. C. Ba. A. Va. A. C., mss. omnes Lambini, Cruquii, 6. Pulm., Acron, Commentator Cruquianus, notatum ex ms. in ora edit. Aldi 1509. Bibl. Barb., edit. Princ. Venn. 1478. 1479. 1481. 1486. 1490. 1492. 1495. 1514. 1546; probat P. Victor. lib. 15. c. 13.; et alii innumeri, ut sit vulgata. *At nostri* V. G. I. Vr. G. I. K. L. Ch. F. Ba. B., ms. 1. Pulm. Aldus 1501. 1503. 1519. Iunta 1503. Basill. 1527. 1531. Dion.

Laudavere sales; nimium patienter utrumque,
Ne dicam stulte, mirati; si modo ego, et vos
Scimus inurbanum lepido seponere dicto;
Legitimumque sonum digitis callemus, et aure.
Ignotum tragicae genus invenisse Camenae
Dicitur, et plaustris vexisse poemata Thespis,
Quae canerent agerentque peruncti faecibus ora.
Post hunc personae, pallaeque repertor honestae

ab Harsio Lugd. 1538. H. Steph. Muret. Desprez, Bond, Talbot, Dac. Valart, Dorigh, et venia indignus Schelle, qui multa effutit inepta contra Bentleium. Primam lectionem firmat contextus. Venia dicitur data Romanis poetis, praesertim Plauto, a proavis Pisonum, nempe a Romanis. Quomodo Horatius, qui Romanus non erat, etiamque libertinus, huc suos proavos appellare poterat? * *et vestri* Vp. D. 271 *utrosque* Cun. more suo. 272 *Non dicam* Vp. D., ms. 1. Achillis Statii; et ita recepit Sanad.

273 * *dictum* Ch. F., notatum ex ms. in ora edit. Aldi 1519. Bibl. Ang. 277 *Qui canerent.* Contra mss. omnes, Acronem, Diomedem, et Donatum, ita emendat Bentleius multis argutiis; ut intelligamus, non *poemata*, sed *actores* vectos a Thespi, qui canerent. Insulse: refutant Baxt. et Gesn. Plaustra enim, ut recte Gesnerus, Thespis non adhibuit, ut ab una urbe in alteram veheret actores; ut tibicines illi vino sepulti apud Liv. IX. c. 23. n. 30. plaustris translati sunt; sed paravit sibi in quavis urbe scaenam extemporalem de plaustris aliquot conductis. His *vexit poemata*; id est, in his docuit tragoedias, figura iucunda. Sidonius Apollin. carm. IX. 232. seqq.: *Pictum faecibus Aeschylon secutus, Aut plaustris solitum sonare Thespin; Qui, post pulpita trita sub cothurno, Ducebant olidae marem capellae.* Thespis nempe etiam primus certavit ob hircum, ut supra 220., et Diomedes lib. 3. apud Putsch. c. 484.; ideoque primus dicitur ab Aristotele lib. 3. de Arte poetica, et Plutarcho in vita Solonis, docuisse, et egisse tragoediam. Amore novitatis Cun. etiam legit *vectasse*,

Aeschylus, et modicis instravit pulpita tignis;
Et docuit magnumque loqui, nitique cothurno.
Successit vetus his comoedia, non sine multa
Laude; sed in vitium libertas excidit, et vim
Dignam lege regi: lex est accepta, chorusque
Turpiter obticuit, sublato iure nocendi.
Nil intentatum nostri liquere poetae;
Nec minimum meruere decus, vestigia Graeca
Ausi deserere, et celebrare domestica facta;
Vel qui praetextas, vel qui docuere togatas.
Nec virtute foret, clarisve potentius armis,
Quam lingua, Latium, si non offenderet unum-
Quemque poetarum limae labor, et mora. Vos, o
Pompilius sanguis, carmen reprehendite, quod non
Multa dies, et multa litura coercuit, atque
Perfectum decies non castigavit ad unguem.

pro *vexisse*. 279* *immodicis* Vr. K. 280 *Edocuit* V. H. Vr. D. Vo. B., edit. Venn. 1481. 1486. 1490. 1495. 1514. Britan. 1520. 283 *Lege regi dignam* Cuningam. ex aure sua.

284* *Turpiter obmutuit* Vr. C. 289* *clarisque* V. S. Vr. G. K. 292 *reprendite* Cun. ex ingenio 294 *Praesectum*. Hanc lectionem dederunt Lamb. Dac. Baxt., et Bentl. auctoritate 2. mss. Cruquii, aliquot Achillis Statii, 1. Mureti, et 1. Vaticani apud Lambinum. Ipsa quoque constructio Bentleio videtur flagitare, ut hoc, quodcumque est, adiectivum, ad illud *unguem* referatur. Ideo autem *praesectum* unguem: ut ipse non scaber, non inaequalis; sed docta manu pene ad vivum resectus, aut fallentis iuncturae levorem; aut minimam, si qua exstet, salebram lapsu, morave persentiat. Cum Acrone tractam fatetur similitudinem a marmorariis, qui iuncturas marmorum ungue pertentant. Absurde, et contradictorie. Rem nos calamo, non unguibus, expediamus. Ante dicam, me in nullo ms. ex Vaticanis *praesectum* reperisse; tantum habetur in Vr.

Ingenium misera quia fortunatius arte 295
Credit, et excludit sanos Helicone poetas
Democritus: bona pars non ungues ponere curat,

B., et in Vo B., *prefectum*; facili lapsu pro *perfectum*, et solita amanuensium aberratione in *per*, *prae*, *pro*. Ita etiam legitur in mss. apud Ach. Statium, ut notat Pulm. Deinde criticum desiderabo in tanto viro, Bentleio. Num Horatius hìc unguem resectum *(decies! docta manu!* cur non potius *vivum rodebat* artifex I. sat. 10. 71.?) laudat, ut ita inveniat, si qua in iunctura salebra remaneat; an opus marmorarii perfecte politum, levigatumque adeo, ut ne commissura lapidum ungue quaesita percipi possit, ut *iunctura effundat ungues?* Marmorarius, qui unguem sibi ad vivum decies presecuit, quomodo ungue explorare poterit marmorum commissuras? Nonne immo ungue opus est, eoque praeacuto; sed certe non ita praeciso? Rident nostri haec audientes. Certissime unguem supponunt non recisum omnes illi ex antiquis scriptoribus, qui hac similitudine utuntur; eamque ad scripta transferunt aeque expolita, atque multa litura coercita. Inter Scholiastas, praeter Acronem, Servius ad illud Virgilii II. G. 277.: *Non secius omnis in unguem, Arboribus positis secto via limite quadret:* notat: *in unguem: ad perfectionem: et est translatio a marmorariis, qui iuncturas unguibus probant.* Persius I. 64.: *Ut per leve severos Effundat iunctura ungues.* Apuleius de Deo Socrat. princ.: *Quippe qui structum orationis huius egomet non de monte modo lapidem e directo caesum afferam, probe omnifariam complanatum, leniter ad extremas oras ad unguem coaequatum.* Symmach. I. epist. 12.: *Scalis suppactus est honor marmoris; superiora conclavia crustis teguntur, ea operis levitate, ut compago solidum mentiatur.* Sidon. Apollin. IX. epist 7.: *Structura vero fortis, et firma, coniunctionumque perfacetarum nexa caesuris insolubilibus: sed nec hinc minus lubrica, et levis, ac modis omnibus erotundata: quae lectoris linguam inoffensam decenter expediat; ne salebrosas passa iuncturas, per cameram palati volutata balbutiat. Tota denique liquida*

Non barbam: secreta petit loca, balnea vitat.
Nanciscetur enim pretium, nomenque poetae,
Si tribus Anticyris caput insanabile, numquam
Tonsori Licino commiserit. O ego laevus,
Qui purgor bilem sub verni temporis horam!

prorsus, et duetilis, veluti cum crystallinas crustas, aut onychintinas non impacto digitus ungue perlabitur: quippe si nihil eum rimosis obicibus exceptum tenax fractura remoretur. Terentianus Maurus de Syllab. apud Putsch. c. 2391.: *Artium parens, et altrix Graeca diligentia est: Litterarum porro curam nulla gens attentius Repperit, polivit usque finem ad unguis extimum* Omnis vero constructio, quam Bentleius deturbat, et ita refert ad unguem, haec erit: Carmen, quod multa cura non castigavit decies, perfectum ad unguem: nempe, quod non castigavit adeo, ut expolitum, levigatum, perfectum dici possit usque ad experimentum unguis; ut in commissuris lapidum operantur marmorarii, qui ex duabus crustis simul compactis, crebris politionibus smirillo, tripolea, et plumbo, unum prope corpus efficiunt, ut iuncturae ne vestigium quidem ungue reperiatur. Quod Vitruvius VII. 3. de tectoriis notabat, quae, *quum sunt politionibus crebris subacta, non modo fiunt nitentia; sed etiam imagines expressas adspicientibus ex eo opere remittunt.* Similiter *ad unguem factus homo* I. sat. 5. 32. 33. erit homo expolitus, eadem metaphora, ut statua marmorea, in qua nulla scabrities, nulla salebra ungue reperiri possit. Utrumque nostri Poetae locum, post alios criticos apud Turneb. Advers. XXIII. 3., aliter exponit Winkelm. Storia delle arti del disegno l. 7. c. 1. §. 2., de sculptoribus, et statuariis, qui ungue, et pollice typum, *modello*, ex argilla perficiunt. At hoc sensu tantum vere accipi potest Persius V. 40.: *Artificemque tuo ducit sub pollice vultum.* Et Iuven. VII. 237. seq.: *Exigite, ut mores teneros ceu pollice ducat; Ut si quis cera vultum facit.* Confer II. epist. 2. 8. Bentleium sequuti sunt anonymus 1713. Cun. San. Merv. Phil. Val. Oberl. Combe, Wakef. Wetz. Zeun. Schelle. [Bod.] 302 *purgor* V. A. a 2. m. B. C. D. E. G. I. K. O. R. S. T. X. Z.

Non alius faceret meliora poemata; verum
Nil tanti est. Ergo fungar vice cotis, acutum
Reddere quae ferrum valet, exsors ipsa secandi:
Munus, et officium, nil scribens ipse, docebo:
Unde parentur opes; quid alat, formetque poetam;
Quid deceat, quid non; quo virtus, quo ferat error.
Scribendi recte, sapere est et principium, et fons:
Rem tibi Socraticae poterunt ostendere chartae;
Verbaque provisam rem non invita sequentur.
Qui didicit, patriae quid debeat, et quid amicis;
Quo sit amore parens, quo frater amandus et hospes;
Quod sit conscripti, quod iudicis officium, quae
Partes in bellum missi ducis: ille profecto

Vr. C. D. E. F. H. K. L. Vp. A. D. F. Vo. B. Ch F. An. B. C. Va. A. C., mss. 5. Pulm. 3. Cruquii, Acron, Porphyrio in edit. 1580., Commentator Cruquianus, Aldus 1501. 1509. 1519. Iunta 1503., edit. Venn. 1509. 1552. 1573. Basill. 1527. 1531. Glar. Frib. 1536. Dion. ab Harsio Lugd. 1538. Luisin. H. Steph. Muret. Cruq. Chab. Marcil. Nannius, D. Heins. Talb. Dac. Baxt. Bentl. anonymus 1713. Cun. San. Merv. Phil. Gesn. Sandby, Val. Oberl. Combe, Wakef. Wetz. Zeun. Schelle. *purgo* V. B. H. Vr. G. a 1. m. l. Vp. C. a 1. m. Ch. A. Ba. A., aliqui mss. Lambini, 2. Pulm., edit. Princ. Med. 1476. Venn. 1478. 1479. 1481. 1483. 1486. 1490. 1492. 1495. 1514. Lamb. Gryph. 1566. Bond, Desprez, Batteux, Dorigh. 302 *verni sub temporis* Cun. San. 302 *hora* V. D. H. O Z. Vr. G. I. a 1. m. Vp. F. Va. A., edit. Princ. Venn. 1478. 1479. 1481. 1483. 1486. 1492. 1495. 1514. Flor. 1482. *oram* edit. Ven. 1552. in margine.

304 *ego sed fungar* V. A. E. G. Vr. B. a 1. m. C., mss. 3. Val., Britann. 1520. 308 * *ferat horror* Vr I. 311 *praevisam* ms. 1. Pulm., Chabot. 311 *sequuntur* Coll Sax. apud Gesn. ms. 1 Oberl. 312 *quod debeat et quod* An. A., Coll. Sax. apud Gesnerum. 312 * *aut quid amicis* V. R. 313 * *frater et hospes amandus* Va. C.

Reddere personae scit convenientia cuique.
Respicere exemplar vitae, morumque iubebo
Doctum imitatorem, et vivas hinc ducere voces.
Interdum speciosa locis, morataque recte
Fabula, nullius veneris, sine pondere, et arte,
Valdius oblectat populum, meliusque moratur,
Quam versus inopes rerum, nugaeque canorae.
Graiis ingenium, Graiis dedit ore rotundo

318 *veras* mss. apud Lamb. Talb. Valart, Aldus 1501. 1509. 1519. Iunta 1503. Dion. ab Harsio Lugd. 1538. Lamb. Gryph. 1566. Mur. Chab. Desprez, Bond, Dac. Baxt. Gesn. Batt. Combe, Wetz. Zeun. *vivas* ceteri mss. nostri, et aliorum, et editiones priscae, aliaeque recentiores: defendit Bentleius. * *vivas inducere* V. R. *Vivas*, nempe, ut si ipsum exemplar loqueretur. 319 *locis* V. D. a 1. m. Vr. E. H. Vo. B. Ch. A. An. B. a 1. m. Va. C., mss. omnes Lamb. 3. Pulm. 4. Cruq., plerique Achillis Statii; notatum ex ms. in ora edit. Aldi 1509. Bibl. Barb., et 1519. Bibl. Ang. Acron, Porphyrio, edit. Princ. Venn. 1478. 1479. 1481. 1483. 1486. 1492. 1514. 1546. Lamb. Chabot, Desprez, Bond, Talb. Dac. Baxt. Bentl. Cun. San. Merv. Gesn. Phil. Batt. Sandby, Val. Dor. Oberl. Combe, Wetzel, Zeun. Schelle. *Locos* fuse Lambinus pro sententiis e philosophia petitis, et locis communibus, exponit. Hos, seu *loca*, commemorat Apuleius Florid. lib. 3. princ.: *Reperias apud ipsum* (Philemonem comicum) *multos sales*, *argumenta lepide inflexa*, *agnatos lucide explicatos*, *personas rebus competentes*, *sententias vitae congruentes*, *loca non infra soccum*, *seria non usque ad cothurnum*, *rarae apud illum corruptelae*, *et uti errores concessi amores*; *nec eo minus et leno periurus*, *et amator fervidus*, *et servulus callidus*, *et amica illudens*, *et uxor inhibens*, *mater indulgens*, *et patruus obiurgator*, *et sodalis opitulator*, *et miles praeliator*. Al. *iocis*. Quam facile *locus*, et *iocus* permutentur in mss., notat Burm. ad Quinctil. Inst. orat. VI. 3. p. 528. Vide ad Ovid. IV. Fast. 868. Phaedr. VI. prol. Val. Maxim. VII. 8. n. 9.

Musa loqui, praeter laudem nullius avaris.
Romani pueri longis rationibus assem
Discunt in partes centum diducere: dicat
Filius Albini: si de quincunce remota est
Uncia, quid superat? Poteras dixisse, triens. Eu!
Rem poteris servare tuam. Redit uncia, quid fit?
Semis. At haec animos aerugo, et cura peculi,
Quum semel imbuerit; speramus carmina fingi

324 * *laudes* Va. C.

326 *deducere* V. D. O. R. Z. Vr. G. I. Vp. D. An. A. C. Ba. B., edit. Venn. 1495. 1514. Vide supra 129. 326 *dicas* Bentl. et Schelle. 327 *Albani* V. A. a 1. m. C. G. Vp. D. Ch. A., edit. Ven. 1509. 328 *superet?* edit. Iunkeri, et Bentleius ex ms., et ex ingenio; sequuntur anonymus 1713. Cun. San. Merv. Phil. Val. Wakef. Wetz. *superest?* V. I. Vr. F. G. Vp. D. Ba. A., alii mss. apud Val. *superat?* ceteri mss. nostri, et aliorum, et editiones. 328 *poterat* V. B. D. I. O. R. S. Z. Vr. B. C. Vp. C. Ch. A. Ba. A. B. Va. G., mss. 4. Bersm. 5. Bentl. 1. Val.; ita Bentl. Cun. San. Merv. Wakef. [Bod.] *poteras* V. C. G. K. Vr. D. I. K. Vp. D., editiones primae, Aldus 1501. 1509. 1519. Iunta 1503., Britann. 1520. Dion. ab Harsio 1538. Lamb. Mur. H. Steph. Cruq.; et est vulgata fere apud omnes etiam recentiores. 328 *triens eu* Vr. B. F. Vp. F. Ch. F. An. B. C., alii mss. apud Pulm. Cruq. Talb., notatum ex ms. in ora edit. Aldi 1509. Bibl. Barb., Acron, Commentator Cruquianus; restituit Lambinus, et inde vulgata fere apud omnes. *triens: heus!* Dor. Alii *triens, hem; triens, en; triens, heu; triens, oe.* * *trientem* V. A. a 1. m. *triens est* V. A. a 2. m. G. Vr. C. D. F. I. Ba. A.

329 *Rem poterit servare tuam* Cun. absurde: cuius enim? 330 *at haec* Y. K., mss. 2. Cruq. a. 2. m. cod. Sorb. apud Val.; ita Lamb. Dac. Wakef. Ut epod. 9. 17. *An haec* Bentl. ex 3. mss. Blandiniis, et ex coniectura Achillis Statii; sequuntur Baxt. anonymus 1713. Sanad. Merv. Sandby, Phil. Dorigh. [Bod.] *Et, haec* Cun. ex ingenio. Al. *Ad haec.* 331 *speramus* V. C. a 1. m. G.

Posse, linenda cedro, et levi servanda cupresso?
Aut prodesse volunt, aut delectare poetae;
Aut simul et iucunda, et idonea dicere vitae.
Quidquid praecipies, esto brevis; ut cito dicta
Percipiant animi dociles, teneantque fideles:
Omne supervacuum pleno de pectore manat.
Ficta voluptatis caussa, sint proxima veris:
Nec, quodcumque volet, poscat sibi fabula credi;
Neu pransae lamiae vivum puerum extrahat alvo.
Centuriae seniorum agitant expertia frugis;
Celsi praetereunt austera poemata Rhamnes:

H. K. R. S. T. Vr. G. Vp. C. Ch. A. An. C., alii mss. apud Bentl. Val.; edit. Princ., aliae priscae; Aldus, Iunta, inde vulgata aliorum fere omnium. *speremus* V. C. a 2. m. D. I. O. X. Vr. C. E. F. H. Vp. F. Ch. F. An. A. B., mss. 3. Pulm. 6. Bentl. 6. Val.; praetulit Cuning., inde San. Merv. Phil. Val.

332 *cupressu* V. B. Vr. G. Ch. F. a 2. m. Va. A., mss. 2. Pulm.; tenent Cun. San. Merv. Phil. 335 * *et cito* Vp. D. Ba. B.

336 *Praecipiant* edit. Princ. 336 *animo* ms. 1. Cruq. * *dociles animi* Vr. F. 337 *de corpore* Vr. K., ms. 1. apud Bentleium, qui totum versum, ut suspectum, uncis includit; et monacho potius, quam Flacco attribuit. Simile quid refutavimus ad IV. od. 8. 17. Cum Bentleio sentiunt Guyetus, Mervill. 338 * *ficta voluntatis* Vr. I.

339 *Nec quodcumque volet* V. G. I. Vr. C. a 1. m. K. L., ms. 1. Pulm. Aldus 1501. 1509. 1519. Iunta 1503. Basill. 1527. 1531. 1580. Glar. Frib. 1536. Dion. ab Harsio Lugd. 1538. edit. Venn. 1546. 1552. Lamb. Gryph. 1566. Cruq. Mur., et fortasse aliorum omnium usque ad Bentleium; sed retinuit Baxterus cum suis asseclis Gesnero, Batt. Val. Oberl. Combe, Wakef. Zeunio. Est praeceptum diversum ab antecedenti. *Ne quodcumque volet* Vr. C. a 1. m. D. E. Vp. F. Ba. A., edit. Ven. 1479., Bentleius, inde anonymus 1713. Cun. San. Merv. Phil. Sandby, Dor. Wetz. Schelle. Al. *Ne*, vel *Nec, quodcumque velit. Nec quaecumque velit* mss. 2. Pulm. 340 * *Ne pransae* Vr. G. 340 * *puerum vivum* An. C. 340 *exciat*

Omne tulit punctum, qui miscuit utile dulci,
Lectorem delectando, pariterque monendo.
Hic meret aera liber Sosiis; hic et mare transit;
Et longum noto scriptori prorogat aevum.
Sunt delicta tamen, quibus ignovisse velimus:
Nam neque chorda sonum reddit, quem vult manus, et mens,
Poscentique gravem persaepe remittit acutum;
Nec semper feriet, quodcumque minabitur, arcus.
Verum, ubi plura nitent in carmine, non ego paucis
Offendar maculis, quas aut incuria fudit;
Aut humana parum cavit natura. Quid ergo est?
Ut, scriptor si peccat idem librarius usque,
Quamvis est monitus, venia caret; et citharoedus

alvo Cun. ex ingenio audaci. Apud Propert. IV. el. 5. 57. lege *alvus* pro *annus; Dum vernat sanguis, dum rugis integer alvus;* ubi tot ineptias congerunt Vulpius, et Burmannus. [Bod.: *Ramnes.*] 344 * *movendo* V. H. Vr. I. Vo. B.

345 *Sosis* mss. 4. Cruquii. 346 * *voto scriptori* Vr. I.

348 * *aut mens* Vr. G. 349 *remutit acutum* mss. 3. Cruquii, qui admisit in textum. *remugit* ms. 1. Pulm.

350 * *Non* Vp. C. 350 *quocumque* V. E. G. K. X. Z. Vr. F. L. Vp. C. Ch. A. a 1. m., mss. 3. Bersm. *quaecumque* ms. Ach. Statii. *cuicunque* coniicit Bonfinis. 352 * *offendor* Vr. C. 353 *ergo est?* V. A. B. C. D. E. G. H. K. O. R. S. X. Z. Vr. B. C. D. E. F. G. H. I. K. Vp. D. Vo. B. Ch. F. An. B. Ba. A. B. Va. A. C., mss. omnes Cruquii, 7. Pulm., Acron; notatum ex ms. in ora edit. Aldi 1509. Bibl. Barb., edit. Venn. 1481. 1483. 1486. 1490. 1492. 1495. Flor. 1482. Britann. 1520. Bad. Ascens. Basill. 1527. 1531. Vascos. Baxt. Bentl. anonymus 1713. Cun. San. Mervill. Phil. Gesn. Oberl. Combe, Wakef. Wetz. Zeun. Al. *ergo?*

354 * *peccet* Va. A. a 2. m. 355 * *est quamvis* Vr. G.

355 *ut citharoedus* V. A., alii mss. apud Lamb., 3. Bentleii, qui adoptavit in textu; quoniam suaviorem ei, et vi-

Ridetur, chorda qui semper oberrat eadem:
Sic mihi, qui multum cessat, fit Choerilus ille,
Quem bis, terve bonum, cum risu miror; et idem
Indignor, quandoque bonus dormitat Homerus:
Verum operi longo fas est obrepere somnum.
Ut pictura, poesis: erit, quae, si propius stes,

vidiorem reddit orationem; et quia ita noster I. epist. 1. 20. epist. 13. 12.: sequuntur anonymus Trai. ad Rhen. 1713. Cun. San. Merv. Sandby, Wakef. Wetz. Schelle. Nihil innovandum in aeque bona, et hic planiore lectione. 356 *oberrat eadem* Vr. F. Vp. C. *oberrat in una* Va. A. 357 * *cessat multum* Vr. C. An. C. 357 *Choerilus*. Vid. II. epist. 1. 233. seqq. 358 *bis terve* Cevallerius, et ex ms. Bentl.; sequuntur Cun. San. Merv. Phil. Sandby, Dor. Wakef. Wetz. Ita indubie legebat Acron. Horatius deridet Choerilum, quod in toto suo poemate malus; bis, vel ter sit bonus; aliquid laudabile promat. Contra indignatur Homero, semper optimo, si ipse aliquando peccat; non constat sibi. Al. [Bod.] *terque*. 360 *operi longo* V. A. B. C. E. G. Vr. C. D. G. H. I. Vo. B. Ch. A. An. C. Ba. A., ms. 7. Lamb. 5. Pulm. alii Talboti, 2. Bentleii, 16. Valart, Acron Vo., edit. Princ. Med. 1476. Venn. 1478. 1479. 1481. 1483. 1486. 1490. 1492. 1495. 1514. Flor. 1482.; ita dedit Nic. Heins. ad Ovid. VII. Met. 155; revocavit in textum Bentleius; sequuntur Baxt. anonymus 1713. Cun. San. Merv. Phil. Sandby, Gesn. Val. Oberl. Combe, Wakef. Wetz. Zeun. Schelle. Al. *opere in longo*. Bentleius lectionis testem affert S. Hieronymum in epist. ad Pammachium, et Oceanum; et ita habere omnes doctissimi Patris editiones asserit. Id verum est in editionibus Erasmi anni 1530. t. 2. p. 195. 1553. t. 2. p. 192., Romanae anni 1575. t. 2. p. 139., PP. Maurinorum 1706. t. 4. p. 2. col. 346.; sed in editione Vallarsii 1735. t. 1. col. 526. epist. 84. n. 8. legitur *opere in longo*, nulla data ratione; sed male, ut puto; et obiter moneo.

360 *fas est obrepere somnum*. Sen. epist. 36.: *Solet obrepere interim somnus in aliquod adminiculum reclinatis*. 361 *Ut pictura, poesis*. Cic. Tuscul. V. c. 39. n. 114.: *Traditum est etiam, Homerum caecum fuisse: at eius picturam, non poesim videmus. Quae regio? quae ora?*

Te capiat magis; et quaedam, si longius adstes:
Haec amat obscurum; volet haec sub luce videri,
Iudicis argutum quae non formidat acumen;
Haec placuit semel, haec decies repetita placebit.
O maior iuvenum! quamvis et voce paterna,
Fingeris ad rectum, et per te sapis; hoc tibi dictum
Tolle memor: certis medium, et tolerabile rebus
Recte concedi. Consultus iuris, et actor

qui locus Graeciae? quae species formae? quae pugnae? quae acies? quod remigium? qui motus hominum, qui ferarum non ita expictus est; ut, quae ipse non viderit, nobis ut videremus, effecerit? 362 *Te capiet.* [Bod] 362 *si longius astes* Vp. D. a 1. m., et ita edit. Ven. 1750,; pro *adstes*, ut bene dedit Desprez. Alii mss., et editiones, *abstes*. *Adstat* qui, etiamsi longe a pictura collocatus, stat tamen conversus ad illam, ut consideret. Plaut. in Cistell. II. 3. 53.: *Adolescens adsta, atque audi.* Terent. in Phorm. V. 6. 27.: *Ad fores suspenso gradu placide ire perrexi: accessi, adstiti, Animam compressi, aurem admovi.* Cic. pro Arch. c. 10.: *Quum Alexander in Sigeo ad Achillis tumulum adstitisset.* Statius IX. Theb. 606.: *Tum limine Divae Adstitit, et tali nequidquam voce precatur.* Sil. Ital. XVII. 478.: *Praesens adstare viritim Creditur intento perculsis Iupiter igne.* Idem, quod *adversum spectare* I. epist. 1. 75. Oppositum in *abstes*, quamquam non omnino absit. Confer I. epist. 18. 58. Ad mentem Poetae Cic. Acad. quaest. II. c. 7. n. 19.: *Meo iudicio ita est maxima in sensibus veritas, si et sani sunt, et valentes, et omnia removentur, quae obstant, et impediunt. Itaque et lumen mutari saepe volumus; et situs earum, quas intuemur; et intervalla aut contrahimus, aut diducimus; multaque facimus, usque eo dum adspectus ipse fidem faciat sui iudicii.*

364 * *non quae* Vp. A. 368 * *veris medium* V. T. *certis medium est* Vr. K. 369 * *et auctor* V. D. a 1. m. E. a 1. m. S T. X. Z. Vr. G. a 2. m. H. a 1. m. I. K. L. Vp. A. C. a 1. m. Ch. E.

Caussarum mediocris, abest virtute diserti 370
Messalae; nec scit, quantum Cascellius Aulus:
Sed tamen in pretio est. Mediocribus esse poetis,
Non homines, non Dî, non concessere columnae.

370 371 *diserti Messalae.* Sen. de Morte Claud. Caes.: *Confugiendum est itaque a me ad Messalae Corvini, disertissimi viri, illam sententiam.* [Bod. *Messallae.*]

371 *nescit.* 371 *Cascellius Aulus* V. C. Vr. C. a 1. m. D. E. Vp. F. Ch. A. An. A., mss. 3. Pulm., Commentator Cruquianus; notatum ex mss. in ora edit. Aldi 1509. Bibl. Barb. *Cascellius* etiam in Pandectis Florentinis, et vulgatis in l. 100. §. 1. de Legat. et fid. 3. l. 6. §. 1. de Dote prael. l. 26. de Instr. vel instr. leg., et alibi saepe; ut videre est apud Ant. Augustinum de Nomin. propr. Pand. cap. 1. n. 18. AVLVS CASCELLIVS apud Grut. p. 240. AVLVS CASCELLIVS IVCVNDVS. p. 1131. 5., et alii Cascellii p. 39. 5. 228. 8. 241.; apud Murat. p. 1319. 6. 1498. 11.; Vulp. Vet. Lat. tom. 2. p. 190.: AVLVS CASCELLIVS AVLI FILIVS: ex quo lapide Pyrrhus Ligorius Horatii locum restituendum proposuerat. Ita bene Lamb. Mur. D. Heins. Nannius, Desprez, Baxt. Bentl. anonymus 1713. Cun. San. Merv. Phil. Gesn. Val. Dor. Oberl. Combe, Wakef. Wetz. Zeun. Schelle. Al. *Cassellius*, *Casellius.* Hic erat iurisconsultus clarissimus. Eius meminit Quinctil. Inst. orat. VI. 3., ubi pariter legendum *Cascellius* pro *Casselius*; ut legitur bene apud Macrob. Sat. II. 6., qui concinit Quinctil. 372 *mediocribus esse poetis.* Cic. de Orat. III. c. 51. n. 188.: *Verum, ut in versu vulgus, si est peccatum, videt; sic, si quid in nostra oratione claudicat, sentit: sed poetae non ignoscit; nobis concedit.* Vid. I. epist. 16 61 (?) 373. *Non dî, non homines* V. K. Vr. K., mss. apud Lamb., qui adoptavit, 2. Valart; et notatum ex ms. in ora edit. Aldi 1509. Biblioth. Barber.

373 * *consensere* V. D. 373 *columnae.* Significationem verbi exponunt Acron, et Commentator Cruq.; quod poetae ponebant in columnis πιττάκια; indicantes, quo die recitaturi essent. Gesnerus ait, *columnas* fuisse, ad quas libri venales pendebant; certe illorum tituli, ex I. sat. 4. 71. Neque tamen absurdum esse, hìc intelligere porticus,

Ut, gratas inter mensas symphonia discors,
Et crassum unguentum, et Sardo cum melle papaver,
Offendunt; poterat duci quia cena sine istis: 376
Sic, animis natum, inventumque poema iuvandis,

vel atria columnata, in quibus recitabant; quod Alciatus Parerg. iur. lib. 4. c. 27., et Lambinus notaverant; potuisse forte utrumque genus obversatum esse, cum ista scriberet, Flacco. Indubium est, veteres, ut etiam nunc fit, pilis, et columnis fixisse, aut suspendisse monita, edicta, atque etiam carmina; ut de plano ab omnibus, et praecipue a populo, legi possent. Notum de legibus Romanis, et praesertim de edictis Praetoriis in albo. Propert. III. el. 23. 23.: *I puer, atque aliqua citus haec suspende columna; Et dominum Exquiliis scribe habitare tuum.* Ausonius Paneg. Gratiano, c. 21.: *Has ego litteras tuas, si in omnibus pilis, atque porticibus, unde de plano legi possint, instar edicti, pendere mandavero; nonne tot statuis honorabor, quot fuerint paginae libellorum?* Sed postquam Horatius non *Deos*, non *homines*, nempe doctos, concessuros dixit; addit, neque *columnas;* nempe vulgum, qui chartas columnis fixas, aut appensas legere solet avidius. Id apertius declarat in citata sat. 4. 71.: *Nulla taberna meos habeat, neque pila libellos, Quis manus insudet vulgi, Hermogenisque Tigelli.* 375 *Ut crassum* V. A. Vr. I. Coll. Sax. apud Gesn. * *unguentum Sardo* V. A. 376 * *sine illis* V. T. 378 *decessit* V. A B. a 1. m. C. D. E. G. I. K. O. S. X. Vr. B. C. D. E. F. a 2. m. L. Vp. C. D. F. Vo. B. Ch. F. An. A. B. Ba. B. Va. C., mss. 2. Lamb. 3. Pulm. 4. Cruq. alii Talb. 10. Val., Acron; notatum ex ms. in ora edit. Aldi 1509. Bibl. Barb., edit. Princ. Venn. 1478. 1479. 1481. 1483. 1486. 1490. 1492. 1495. 1509. 1514. Flor. 1482. Iunta 1503. Britann. 1520. Frib. 1536.; restituit Talb., inde Baxt. Bentl. Cun. San. Merv. Phil. Gesn. Dor. Oberl. Combe, Wakef. Wetz. Zeun. Schelle. Al. *discessit. a summo discessit* Lamb. Cruq. Baxt. anonymus 1713. Gesn. Batt. Val. Oberl. Wakef. Wetz. Zeun. [Bod.] Nulla particula opus est, quam omnes mss. nostri, et aliorum, et Commentator Cruquianus, non agnoscunt eleganter. Cic. pro Ligar. princ.: *Ut decedens Considius provincia satisfacere*

Si paullum summo decessit, vergit ad imum.
Ludere qui nescit, campestribus abstinet armis;
Indoctusque pilae, discive, trochive, quiescit;
Ne spissae risum tollant impune coronae:
Qui nescit, versus tamen audet fingere! Quidni?
Liber, et ingenuus? praesertim census equestrem
Summam nummorum, vitioque remotus ab omni?
Tu nihil invita dices, faciesve Minerva;
Id tibi iudicium esto, ea mens: si quid tamen olim
Scripseris, in Metii descendat iudicis aures,

hominibus non posset, si quemquam alium provinciae praefecisset. Liv. XXXVII. c. 37. n. 54.: *Esset deliberatio anceps, ne aut regnum amicum inhonoratum dimitteretis; aut decederetis instituto vestro.* XXVII. c. 12. n. 10.: *Eas quoque colonias, quae officio decesserint.* Tacit. XIV. Ann. 49.: *Non ideo aut consules mutavere relationem, aut Thrasea decessit sententia.* Stat. II. Theb. 61.: *Limite decedit.* Svet. in Caes. 31.: *Luminibus extinctis decessit via diu errabundus.* Min. Felix in Octav. p. 118. edit. 1672.: *Decedis officio iudicis religiosi.* 378 * *ad unum* An. A. 382 * *versum* V. S. *audet scribere* ms. apud Combe, ex glossemate. 385 *facies dicesque* V. I. Vo. B. Va. A. *facies dicesve* Cun. Al. *dices, faciesque* 386 * *esto.* Al. [Bod] *est.* 387 *Mecí* Lamb. et Cruq. *Maeci* Bentl. ex ms., post Pithopoeum. [Bod. *Maecí.*] *Metii* agnoscunt et mss., et Acron, cum Commentatore Cruquiano; qui tamen errat, quum scribit, legendum esse *Metí* pro *Metii.* Prima enim syllaba brevis est etiam apud Virg. VIII. Æ. 642.; quidquid ibi dicat Pierius Valerianus de variis lectionibus. Ios. Castalio Observ. dec. V. 4. observat, Lambinum, et Cruquium vocem per diphthongum scribere debuisse *Maeci;* quod postea notavit quoque Bentleius. *Metii*, ut et *Mettii* frequentes in marmoribus scriptis; et secundi etiam in nummis. Commentator Cruquianus ait, nostrum criticum fuisse Spurium Metium Tarpam, de quo I. sat. 10. 38. *Matii* ms. Achillis Statii. 387 *discedat* Vp. D. Vo. B., edit. Princ. Venn. 1481. 1483. 1486. 1490. 1495. Flor. 1482. Confer I. epist. 20. 5.

Et patris, et nostras; nonumque prematur in annum,
Membranis intus positis. Delere licebit,
Quod non edideris; nescit vox missa reverti.
Silvestres homines sacer, interpresque Deorum,
Caedibus et victu foedo deterruit Orpheus:
Dictus ob hoc lenire tigres, rabidosque leones:
Dictus et Amphion, Thebanae conditor urbis,
Saxa movere sono testudinis, et prece blanda
Ducere, quo vellet. Fuit haec sapientia quondam,
Publica privatis secer ere, sacra profanis;
Concubitu prohibere vago, dare iura maritis;
Oppida moliri, leges incidere ligno:
Sic honor, et nomen divinis vatibus, atque

390 * *vox dicta* V. I. 392 *Orpheus*. Vide ad I. epist. 4. 3. 393 *in hoc* ms. Ach. Statii. * *ab hoc* V. D. a 1. m., et notatum ex ms. in ora edit. Aldi 1509. Bibl. Barb. Eadem varietas I. sat. 4. 26. 393 *rapidosque*. 394 *urbis* V. A. C. a 1. m. D. E. G. K. O. R. S. T. X. Vr. B. C. D. F. a 2. m. G. I. H. L. Vp. A. Vo. B. Ch. A. a 1. m. An. C. Ba. A. B., mss. 4. Pulm. omnes Cruq. 12. Val. 2. Oberl., Acron, edit. Princ. Med. 1476. Venn. 1481. 1483. 1486. 1490. 1495. 1514. Flor. 1482. Britann. 1520. Haec lectio praeferenda est aliae *arcis:* Cadmus enim, ut notat Acron, Thebas constituit; eas *muro* cinxit Amphion. A muris, et turribus deinde, incipiunt urbes; ut late Vitruvius I. 2. 3. Est *oppida moliri*. Progressu temporis alicubi *arx* in summo constituebatur. Cat. LXIII. 8.: *In summis urbibus arces*. Dicta *arx* ab arcendo, quod is sit locus urbis munitissimus. Asconius in Cic. Divin. in Verr. 5.: *Arx, editus in civitate, et munitus ad salutem omnium locus*. Ita Servius ad Virg. III. Æ. 134., S. Isidor. Orig. XV. 2.: *Arces sunt partes urbis excelsae atque munitae*. Confer I. od. 7. 5. IV. od. 14. 11. 12. epod. 7. 6. II. epist. 1. 252. 253. IV. od. 6. 23. 24. I. epist. 2. 16., supra 208. 209. 400 * *honos* V. C. a 1. m. Vr. B. H. Ch. A., Comment. Cruquianus; et notatum ex ms. in ora edit. Aldi 1509. Bibl. Barb. Vide carm.

Carminibus venit. Post hos insignis Homerus;
Tyrtaeusque mares animos in Martia bella
Versibus exacuit: dictae per carmina sortes;
Et vitae monstrata via est et gratia regum
Pieriis tentata modis; ludusque repertus,
Et longorum operum finis: ne forte pudori
Sit tibi Musa lyrae sollers, et cantor Apollo.
Natura fieret laudabile carmen, an arte,
Quaesitum est: ego, nec studium sine divite vena;
Nec, rude quid possit, video, ingenium: alterius sic
Altera poscit opem res, et coniurat amice.
Qui studet optatam cursu contingere metam,
Multa tulit, fecitque puer; sudavit, et alsit;
Abstinuit venere, et vino: qui Pythia cantat
Tibicen, didicit prius, extimuitque magistrum.

sec. 57., ubi *honos*, tamquam mollius in lyricis. 402 *Tyrtaeusque* V. K. Vr. C. D. Vp. D. Va. C., Acron, et Porphyrio, edit. Ven. 1492. Aldus 1501. 1509. 1519. Iunta 1503., deinde omnes. Male in aliis mss., et priscis editionibus, *Dircaeus*, quem Pindarum exponebant, ut IV. od. 2. 25. Verae lectionis testis est etiam Quinctil. Inst. orat. X. 1., inquiens: *Horatius frustra Tyrtaeum Homero subiungit*. Huius poetae, quae exstant fragmenta, peculiari opere illustravit Klotzius. 404 * *Ut vitae* Vr. H. a 1. m. 404 * *gratia rerum* V. D. Ch. A. a 1. m.

409 *ego non* mss. quidam Achillis Statii. 410 *possit* Vp. C. a 1. m., alii mss. apud Lamb. G. Fabric Luisin.; ita Ioann. Sarisber. Metal. I. 8; probat Bentl., sequuntur anonymus 1713. Cun. Baxt. San Merv. Phil. Sandby, Gesn. Oberl. Combe, Wakef. Wetz. Zeun. Schelle. Al. *prosit*. 414 *et baccho* mss. nonnulli Lambini, qui laudat in nota, alii mss. Achillis Statii, edit. Princ. Zar. 1470. Venn. 1481. 1486. 1490. 1495. Britann. 1520., notat. H. Steph. in margine editionis suae; iterum reproduxit Sanad. Sandby, Merv. 416 *Nec satis*

Nunc satis est, dixisse: Ego mira poemata pango:
Occupet extremum scabies; mihi turpe relinqui est,
Et, quod non didici, sane nescire, fateri.
Ut praeco, ad merces turbam qui cogit emendas,
Adsentatores iubet ad lucrum ire poeta,
Dives agris, dives positis in foenore nummis.
Si vero est, unctum qui recte ponere possit,
Et spondere levi pro paupere, et eripere atris

Bentl. ex 2. mss., et levibus argumentis; contra mentem auctoris, qui vere sui temporis abusum reprobat; poetam aliquem etiam deridendo, eius versibus insertis. Obiicit iactantiae, et vaniloquentiae poetarum, qui artem ingenio non coniungunt, exemplum athletarum, et tibicinum, qui, ut in suis artibus excellant, nec laboribus, nec abstinentiis parcunt. Vide P. Victor. Var. lect. lib. 6. c. 20., et confer I. epist. 2. 27. seqq. II. epist. 2. 90. seqq. Horatium respexisse videtur Petron. c. 1.: *Nunc et rerum tumore, et sententiarum vanissimo strepitu, hoc tantum proficiunt, ut quum in Forum venerint, putent se in alium terrarum orbem delatos.* c. 3.: *Nunc pueri in scholis ludunt; iuvenes ridentur in Foro; et quod utroque turpius est, quod quisque perperam discit, in senectute confiteri non vult.* Sequuntur Bentleium Cun. Baxt. San. Merv. Phil. Gesn. Sandby, Oberl. Combe, Wakef. Wetz. Zeun. [Bod.] Peius adhuc e mss. quibusdam suis Regelsbergerus, inde Haberfeld. et Schelle, dedit: *Num satis est... pango?* 417 * *Occupat* Vp. C. 417 * *relinqui* sine *est* Va. A.

420 **poetas* Va. A. 422 *recte qui* ms. 1. Cruq., Cun. San. Merv. 422 *eripere artis* Vr. B. a 2. m., ms. 1. Val.; ita Bentl. ex ingenio. *Atrae lites*, ut *atrae curae* IV. od. 11. 35. seq. Significantius est, et horridius, illud *atris* honesto, et quieto homini. Tanto horrore lites aliqui olim prosequebantur, ut in ipsis sepulcralibus inscriptionibus suos animi sensus exprimerent. Sic in marmore, apud Grut. p. 662. 5. et Fabrett. p. 149., nunc in Villa Albana, quod dedit Marin. Iscriz. Alb. p. 63., et nos in descriptione repetita eiusdem Villae, p. 86. emendatius: HVIVS. MONV. DOLVS. MAL.

Litibus implicitum; mirabor, si sciet inter-
Noscere mendacem, verumque, beatus, amicum.
Tu, seu donaris, seu quid donare voles cui;
Nolito ad versus tibi factos ducere plenum
Laetitiae; clamabit enim: pulchre! bene! recte!
Pallescet super his; etiam stillabit amicis
Ex oculis rorem; saliet, tundet pede terram.
Ut, quae conductae plorant in funere, dicunt,

ABESTO. ET. IVRIS. CONSVLT. In alio apud eumdem Grut. pag. 903. 12.: LIS. ABEAT. In alio nunc Musei Vaticani, apud Marin. ibid. p. 64.: AB IIS OMNIBVS DOLVS MALVS ABESTO ET IVS CIVILE. Vide etiam Ever. Ottonem Dissert. de Dolo malo, p. 533. In Miscell. fil. crit. tom. 1. p. 23. Statio V. Theb 30. restitui ex mss., *et atris Arma inserta toris*, pro *arctis*.

424 *si sciat* ms. 1. Achill. Statii. 426 *velis* Vr. H., mss. quidam Lamb. 1. Pulm. 427 *tibi fictos* mss. quidam Lamb. *factos tibi* Cun. San. Merv. ex aure sua. 428 * *recte bene pulchre* V. B. a 1. m. 431 *quae conductae* Kirchmann. de Funer. Rom. II. 6., Markland. in addend. ad Eurip. Supplices, quem laudat, et sequitur Schelle. Invitis licet mss. et editionibus ita legendum docent, et imperant testimonia de Praeficis, quae adducit laudatus Kirchm., et quae partim etiam in Lexicis reperiuntur. Mulieres ita appellatae pacta mercede conducebantur. Hinc Lucilius Sat. lib. XXII., quem Horatius imitatur, ut notat etiam Bowyerus: *Mercede quae Conductae flent alieno in funere Praeficae, Multo et capillos scindunt et clamant magis.* Quem locum adducens Nonius Marc. v. Praeficae 1. 340., scribit: *Praeficae dicebantur apud veteres, quae adhiberi solebant funeri mercede conductae, ut et flerent, et fortia facta laudarent.* Festus: *Praeficae dicuntur mulieres ad lamentandum mortuum conductae, quae dant ceteris modum plangendi, quasi in hoc ipsum praefectae.* Acron: *Antiqui Praeficas dicebant mulieres, quae mortuos alienos conductae plorabant; quod fit in quibusdam provinciis.* Quibus in locis notanda sunt eadem Horatii verba.

Et faciunt prope plura dolentibus ex animo; sic
Derisor verò plus laudatore movetur.
Reges dicuntur multis urgere culullis,
Et torquere mero, quem prospexisse laborant,
An sit amicitia dignus: si carmina condes,
Numquam te fallant animi sub vulpe latentes.
Quinctilio si quid recitares; corrige, sodes,
Hoc, aiebat, et hoc: melius te posse, negares?
Bis, terque expertum frustra, delere iubebat,
Et male tornatos incudi reddere versus.

Al. [Bod.] *qui conducti.* Imaginem Praeficae Flaviae Quartillae ex eius sepulcro dat Baruffaldus in dissertatione de Praeficis. 431 * *plorent* Ba. A. 435 * *prospexisse* V. A. a 1. m. E. G. I. K. R. X. Z. Vr. C. D. F. I. L. Vp. D. An. B. C. Ba. A. B. Va. A., edit. Ven. 1479., Pigna: *prespexisse* Flor. 1482. Venn. 1483. 1486. Lectionem tot mss. optimae notae praefero, quia menti Poetae aptior; ut exprimat quamdam regum animo et oculis intentionem in eum, quem praesentem explorare optant. Terent. in Phorm. V. 1. 8.: *Certo edepol (nisi me animus fallit, aut parum oculi prospiciunt) meae nutricem gnatae video.* Inscriptio apud Murat. I. in praef. col. 10., Maffeium, aliosque, sed emendatior in Diario anni 1743. Romae apud Palearinos, pag. 109.: PLEROSQVS BONOS VIROS PROSPEXI INTER QVOS SOLLEMNEM ISTVM SACERDOT. Al. [Bod.] *perspexisse.* De rege vide I. epist. 17. 43.

435 *laborent* Vp. F., Aldus 1501. 1509. 1519. 437 *fallent* V. S. Vr. C. a 1. m. D. E. a 1. m. I. Vp. C. D. Ch. A. a 1. m. Va. C., edit. Princ. 438 * *recitaris* Vr. C. G. a 1. m. I. 439 * *negares?* Vr. G. 441 * *Et male ter natos.* Hanc lectionem Bentleius, in suis notis ad Callimachum fragm. XL. p. 429., substituit ex ingenio impotenti aliae vulgatae omnium mss. et editorum, usque ad ipsum indubiae. Male ab eruditis exceptam, iterum, et enixius eam proposuit in notis ad hunc locum, et defendere conatus est digressione infinita. Novos oppugnatores excitavit, quos recenset

Si defendere delictum, quam vertere, malles;

Burmannus ad Propert. II. el. 25. 43.: et hìc refutant leviter in notis Dac. Baxt. Gesn. Wetzel. Iterum eam reproduxit, et defendit Schelle, viribus licet imparibus. Sed rem nemo penitus attigit. Pressus primorum argumentis Bentleius, huc litem adduxit, *tornum* et *incudem* esse res diversas, quae coniungi non possint. Neque vero vel unus apud veteres Scriptores locus extat, inquit ipse, quo Τόρνος, vel *Tornus* metallis elaborandis adhibeatur; sed lignis tantum, atque lapidibus, ebori, vitro etc.; idque sola *rotundatione*, vel circulari sculptura. Huic assertioni Oudinus in Miscell. observ. crit. novis ad annum 1744. tom. 5. pag. 417. seqq. Amstel. 1744., Gesnerus, et Wetzel respondent: etsi non constet, veteres torno metalla elaborasse; id tamen omnino credendum, argumento ab aliis materiis ducto. Recte id quidem: at nos addimus, certo id Romae constare passim ex antiquis monumentis, quae e terra identidem profert in apricum aetas, sive in auro, sive in argento, sive in aere, orichalco, aut ferro, torno expolitis. Praeter cetera instrumenta, quae videmus passim, praecipue ex argento, et aere; anno praeterito MDCCCX. prae manibus habui parvum craterem argenteum huiusmodi, forte aevi Horatiani, affabre elaboratum, ac pene recentem e manu artificis; cum inscriptione inferne punctis eminentibus expressa: M. NOVI. P. IIS::S. Effosus fuerat mense Augusto in ruinis antiquae Falaris, prope Viterbium, cum alia ex eodem metallo, partim deaurato, immensa supellectile, adeo perfecte, exquisiteque elaborata, ut nihil tale umquam visum sit. Ex scriptoribus illum torni usum testatur Vitruv. X. 12.: *Emboli masculi, ex aere, torno politi*; et, qui eo metaphorice utitur in fingendis carminibus, Symmachus I. epist. 4.: *Studium quidem Menippei Varronis imitaris; sed vincis ingenium. Nam quae in nostrates viros nunc nuper condis epigrammata, puto hebdomaden elogiis praenitere; quod haec aeque sobria, nec tamen casca sunt. Illa bono metallo cusa, torno exigi nescierunt: et duriorem materiem, nisi fallor, adniteris.* Carmina illa patris sui, quia bono

Nullum ultra verbum, aut operam insumebat inanem;

metallo cusa erant, nimirum perfecta a prima auctoris manu, ulteriorem torni operam non exigebant. Atque ipsum scriptorem ad locum Horatii respexisse credere possumus; quia paullo post addit: *Me quoque iubes versibus tuis nonnulla subnectere. Haud ita Flaccus tuus praecepit in illis poeticae Artis edictis; quorum hoc memini esse principium*, ne humano capiti cervix equina iungatur. Quod addit Bentleius, ut verbis utar laudati Oudini, non verum est magis. *Numquam*, ait ille, *usu venire potest, ut ferrum tornatum ad incudem revocandum sit: quippe tornus instrumentum omnium certissimum, quod semper paret artifici, nulli errori obnoxium.* Profecto tornum hic homo numquam vidit. Quid enim? si fulcra titubent, si libramenta non respondeant, si claviculae, uncive nutent; si manus vacillet, scalprumque vel non in loco applicet, vel altius defigat quam par est; si materies ipsa non aequalis fusa, vel malleata applicetur torno, an succedat opera? Annon ad ignem opifex, et incudem revertetur? Hac incudis metaphora nihil frequentius apud Scriptores veteres. At distinguendum, quo sensu. Metalla quoquo modo sub incude formata, postea vel lima, vel torno poliebantur. Horatius hìc de torno intellexit; ut II. sat. 7. 86., *teres, atque rotundus:* id etenim instrumento illo perfecte obtinetur. Cic. de Univ. 15. c. 6.: *Idque ita tornavit, ut nihil effici possit rotundius.* In Arato 551. seqq.: *Ut nemo, cui sancta manu doctissima Pallas Sollertem ipsa dedit fabricae rationibus artem, Tam tornare cate contortos possiet orbes, Quam sunt in caelo divino lumine flexi, Terram cingentes, ornantes lumine mundum, Culmine transverso retinentes sidera fulta.* De lima loquuntur passim tum ipse Cicero, ut notat Bentleius, tum Horatius supra 291. I. sat. 10. 65.; tum Ovid. I. de Ponto 5. 19. II. 4. 17. IV. 6. 37. Martial. V. 81. 13. VI. 64. 16. X. 2. 3. Pers. I. 85. A. Gell. XIX. 9.; tum Sidon. Apollin. IV. epist. 1.: *Tuae culpae primus ignosce, qui spatii plus praestitisti argentario, quam poetae; cum proculdubio non te lateret, intra officinam litteratorum carminis si quid incus metrica produxerit, non forti, et asperata*

Quin sine rivali teque, et tua solus amares.

lima poliri. In incude autem formari dicuntur versus; quia ut in incude repetitis quaquaversum malleorum ictibus, tunsione plurima, scoria expulsa, ferrum purius quamdam formam accipit: ita et versus ad examen sedulo, bis, terque, et decies revocati, expurgantur, poliunturque. Idem de studiis omnibus generice dicas. Hoc sensu accipiendi sunt Ovid. I. Trist. 7. 29.: *Ablatum mediis opus est incudibus illud; Defuit et scriptis ultima lima meis.* Quinct. Inst. orat. XII. 6.: *Rursus formandum, ac veluti recoquendum dedit.* Et Dial. de Orat. c. 20.: *Iam vero iuvenes et in ipsa studiorum incude positi.* Sid. Apollin. carm. XXIII. 130.: *Hic cum semipede stilum polibat, Smyrneae incude doctus officinae.* IV. epist. 1.: *Ideoque te bonum non minus, quam peritum pronunciari; et vere intra Eusebianos lares talium te quaedam moneta susceperat disciplinarum, cuius philosophica incude formatus, nunc varias nobis rerum, sermonumque rationes, ipso etiam, qui docuerat, probante, pandebas.* Idem sentias de Acrone: *Ferramentum male ductum redditur incudi, et bene ibi formatur.* Porphyrione: *Incudi reddere, hoc est, denuo scribere, quomodo ferramentum male formatum incudi redditur, ut ibi reformetur.* Omnes generice comparatione utuntur ferramenti, et incudis ad opus formandum, vel reformandum. Haec litem expediunt. At in rem ipsam Latine paullo attentius inquirendum est. Quid enim sunt versus *ter male nati?* Natus dici non potest versus, nisi ille, qui ab auctore suo, utut *incultus*, emissus est in publicum, ut nesciat vox missa reverti; supra 390. Hoc sensu *male nati* dici poterant ab Horatio versus Choerili II. epist. 1. 233.; quo loco abutitur Bentl.: at neque emissi, neque nati, vel bene, vel male, dici umquam poterunt versus, qui nullo modo versus sunt, concepti tantum, informes; rudis, indigestaque moles; vel ter, vel decies inutiliter castigati: et qui ideo, tamquam metallum ignis vi ductile, ad incudem ingenii revocandi sunt, et renovandi. Bentleium sequuntur anonymus 1713., et Wakefield. Guyetus, Menagius, Coste, pro *tornatos* egerunt *formatos.* Id ipsum tandem proponit Bentleius,

Vir bonus, et prudens versus reprehendet inertes; 445

tot suarum eruditionum pertaesus. Cuningamius, postquam Bentleium leviter refutavit, et ipse Horatium deturpat hac voce; eumque sequitur San., inde Merv. Phil.; nec displicet lectio Gesnero, ac Wetz.: eoque abrepti sunt praecipue ex Sidonio Apollin. male intellecto, IX. epist. 13., ubi sunt versus *Asclepiadei Horatiana incude formati.* Ergone statim reformandus est ab hac incude Horatius ipse? Anne vident hi Critici, non de incude fabrili loqui Sidonium; sed de Horatii metro, stilo Asclepiadeo, quem incudem vocat; eoque versus se *formaturum* promittit? En eius verba: *Poscis, ut Horatiana incude formatos Asclepiadeos tibi quospiam, quibus inter bibendum pronuntiandis exerceare, transmittam... Tu per Calabri tramitis aggerem Vis ut nostra dehinc cursitet orbita, Qua Flaccus lyricos Pindaricum ad melos Fraenis flexit equos plectripotentibus.* Quid hinc ad nostrum hunc versum reformandum erui possit, non video; etsi poeta Sidonius versus suos ad incudem Horatii extuderit. Abeant ergo novitates; et nihil aptius, nihil elegantius hac torni metaphora reputemus, si mentem simul ad huius instrumenti subsecivam operam transferamus, et istam cum cura et methodo versus castigandi conferamus. De aliis operibus ad tornum factis plura dabit Iannon de S. Laurent, dissert. de Lapid. pret. in Actis Acad. Cortonens. t. 6. p. 41. seqq.

442 * *cedere malles* Vr. C. I. 443 *insumebat* V. A. C D. R. T. Vr. B. C. D. F. H. Vp. A. a 1. m. C. a 2. m. F. Vo. B. Ch. F. An. B. Va. A. C., mss. aliqui Lamb. 6. Pulm. 10. Val. Helmst. apud Gesn., notatum ex ms. in ora edit. Aldi 1509. Bibl. Barb., H. Steph. in margine editionis suae; restituit Lamb. Desprez, Talb. Bentl. anonymus Trai. ad Rhen. 1713. Gesn. Dor. Wakef. Zeun. Schelle. Al. *sumebat. Nil ultra verbi, aut operae insumebat inanis* Cun. ex ingenio audaci; sequuntur San. Merv

444 * *semper amares* Vr. G. 445 * *reprehendit* V. E. K. O. S. Vr. B. a 1. m. D. E. K. Vp. C. D. Vo. B. Va.

Culpabit duros; incomptis adlinet atrum
Traverso calamo signum; ambitiosa recidet
Ornamenta; parum claris lucem dare coget;
Arguet ambigue dictum; mutanda notabit;
Fiet Aristarchus; nec dicet, cur ego amicum
Offendam in nugis? hae nugae seria ducent
In mala derisum semel, exceptumque sinistre.
Ut, mala quem scabies aut morbus regius urget,
Aut fanaticus error, et iracunda Diana;
Vesanum tetigisse timent, fugiuntque poetam,
Qui sapiunt; agitant pueri, incautique sequuntur.
Hic, dum sublimis versus ructatur, et errat;

A. *ac prudens versus reprendet* Cun. 447 * *signum calamo* Va. A. 449 * *ambiguo* Vr. C. I. 450 *non dicet* V. O. Vr. B. a 1. m. I., mss. 5. Pulm. 11. Val.; ita Bentl. ineptiis, anonymus 1713. Cun. Sanad. Merv. Sandby, Gesn. Dor. Oberl. Combe, Wakef. Zeun. Schelle. 451 * *offendam nugis* V. D. a 2. m. K. T. a 2. m. S. Va. A. 451 *ducunt* Coll. Sax. apud Gesn. 454 * *fanaticus horror* V. I. 455 * *fugiuntve* V. E.

456 *sequuntur*. Cic. IV. in Verr. c. 66.: *Homo ridicule insanus . . . ut eum pueri sectentur.* 457 *sublimis* V. A. B. C. D. E. G. O. S. a 1. m. Vr. B. C. D. E. a 1. m. F. H. I. K. Vp. A. a 1. m. F. Ch. A. F. An. B. Ba. A. Va. A. C. a 1. m., mss. 3. Pulm. omnes Cruq., Acron, Porphyrio, Commentator Cruquianus, edit. Princ. Mediol. 1476. Venn. 1478. 1479. 1481. 1483. 1486. 1490. 1492. 1509. 1514. Flor. 1482., defendit Guil. Canter. Nov. lect. l. 4. c. 12., Gifanius Collect. in Lucret. v. Strata, col. 215. edit. Haverc. 1725.; restituit Pithopoeus, Baxt. Bentleius, inde anonymus 1713. Gesn. Val. Combe, Wakef. Wetz. Zeun. *sublimes* V. I. K. R. T. Z. Vr. L. An. C. Ba. B., mss. 4. Pulm., Aldus 1501. 1509. 1519. Iunta 1503., inde vulgata fere apud omnes. At recte *sublimis*, qui ore erecto sidera tantum spectat, inferiora despicit; ut patet ex

Si, veluti, merulis intentus, decidit, auceps,
In puteum, foveamve; licet, succurrite, longum
Clamet, Io cives! non sit qui tollere curet. 460
Si curet quis opem ferre, et demittere funem;
Quî scis, an prudens huc se proiecerit; atque
Servari nolit? dicam: Siculique poetae
Narrabo interitum. Deus immortalis haberi
Dum cupit Empedocles, ardentem frigidus Aetnam 465

sequentibus. Columella de Re rust. II. 2. 22.: *Igitur in opere boves arte iunctos habere convenit, quo speciosius ingrediantur sublimes, et elatis capitibus.* Vid. I. od. 15. 31., supra 230. Alio sensu Iuven. VII. 27. seqq., quem huc adducit Sanadonus: *Frange miser calamos, vigilataque proelia dele, Qui facis in parva sublimia carmina cella; Ut dignus venias hederis, et imagine macra.* Hic poeta non vagatur, et errat, ut auceps, quum versus facit; sed scribit domi, sedens in cella.

457 * *eructat* An. B. a 2. m. 458 *sic veluti.* 458 *decidat* V. A. E. G. I., mss. quidam Lamb. 4. Val. 459 *foveamque.* 459 *longum.* Praeter exempla, quae habentur in Lexicis, etiam est in marmore apud Bonad. I. p. 428.: LONGVM ME CARITVRE VALE. 460 *ne sit* Schelle ex ingenio, et non Latine: sensus enim non est vetantis; sed *non sit*, pro *non erit.* Confer I. epist. 17. 62. 461 *si quis curet* Va. A., Aldus 1501. 1509. 1519. Iunta 1503., inde alii multi. 461 *dimittere.* 462 * *Qui scit* V. O. Vr. B. C. a 1. m. I. a 1. m. Ba. B. *Quid* V. D. Vr. E. a 2 m., ms. Ach. Statii. *Quis scis* Vr. R., edit. Ven. 1514. *Qui sciat* Cun. ex ingenio. Vid. IV. od. 7. 17. 462 *proiecerit* V. A. C E. G. O. T. Vr. B. C. D. H I. Ch. A. Ba. A. B. Va. A., mss. quidam Lamb. 5. Pulm. 16. Val. 1. Oberl. 1. Combe, Aldus 1501. 1509. 1519. Iunta 1503. Gifanius loco supra citato; restituit ex suis mss. Bentl., inde Burmannus, seu anonymus 1713. Cun. Sanad. Merv. Phil. Sandby, Schelle. Al. [Bod.] *deiecerit. deiecerat* edit. Med. 1476. 464 * *Tractabo* An. B. a 1. m. 465 *Empedo-*

Insiluit. Sit ius, liceatque perire poetis:
Invitum qui servat, idem facit occidenti.
Nec semel hoc fecit; nec, si retractus erit, iam
Fiet homo, et ponet famosae mortis amorem.
Nec satis apparet, cur versus factitet: utrum
Minxerit in patrios cineres; an triste bidental

cles. Tertull. de Anim. c. 32.: *Sed enim Empedocles, quia se Deum delirarat . . . arsum* (ita legas pro *assum*) *se maluit in Ætnam praecipitando.* Valerius in tractatu ad Ruffin. *Ne ducat uxorem*, inter opera S. Hieron. edit. Paris. 1706. t. 5. c. 337.: *Qui per suam philosophiam (ne dicam melancholiam, id est atram bilem,) victus, Ætnam sibi mausoleum elegit.* Vide et Diogen. Laert. VIII. 69. ibique Menag. 466 * *sit vis* V. C. I. Vp. D. Confer supra 72. 466 * *poetas* V. D.

468 *nec si retentus* ms. Helmst. apud Gesn. *neque si* Cun. more suo. 469 * *ponit* V. D. 469 *formosae* mss. Achill. Statii. 469 * *honorem* V. I. a 1. m. 470 * *versus cum* Vr. I. *cum versus* edit. Flor. 1482. Venn. 1483. 1486. Iunta 1503. Britann. 1520. *versus cur* Cun. more suo.

470 *dictitet* V. Z. Va. A., mss. Achill. Statii, Helmst. apud Gesn. 3. Val., et ita Cuning. amore novitatis; inde Sanad. Merv. Phil. Val. Ceteri mss., et Acron, *factitet.*

471 *Minxerit.* Mortui quicumque transeuntes deprecabantur, ut non in eorum cineres mingerent. Vetus inscriptio apud Grut. p. 792. 1. et Bonad. II. p. 536.: HOSPES. AD HVNC. TVMVLVM. NE. MEIAS. OSSA. PRECANTVR. TECTA. HOMINIS. Alia apud Fabrett. p. 604. n. 43.: DIS MANIB NE QVIS HIC VRINA FACIAT. Et alia apud Trotz de Mem. prop. c. 8. p. 569: QVI HIC MINXERIT CACAVERITQVE DEOS DEASQVE IRATOS HABEAT. Vid. I. sat. 8. 38. Gravis ergo erat irreverentia, immo scelus, et impietas, per contemptum mingere contra patris sepulcrum, eiusque memoriam non honorare; ut Deos, Deasque iratos sentire mereretur iure sepulcri impie violati. 471 * *ac triste* Vr.

Moverit incestus. Certe furit; ac, velut ursus,
Objectos caveae valuit si frangere clathros,
Indoctum doctumque fugat recitator acerbus:
Quem vero arripuit, tenet, occiditque legendo; 475
Non missura cutem, nisi plena cruoris, hirudo.

G. *aut triste* Vr. C., ms. Achillis Statii. 471 *bidental.* Bidental, ut bene exponit Acron, erat locus, in quo fulmen conditum erat cum magna reverentia a sacerdotibus: nempe id, quod fulmine percussum erat, et quod expiari non poterat; ut addit Porphyrio. De eo opus peculiare videas in Actis Academ. Cortonens. tom. 5. pag. 141. seqq. 473 * *clavos* V. A. a 2. m. Va. A. *claustros* Vr. G. 475 * *arripiet* V. G. *semel arripuit* notatum ex ms. in ora edit. Aldi 1519. Lbl. Ang.

Heidelbergae 1821.
Typis Josephi Engelmanni.

SPECIMEN

1. *Rerum, et verborum, quae afferuntur, aut explicantur in notis;* 2. *orthographiae vocum;* 3. *lectionum ex controversis, quae adoptantur, et defenduntur;* 4. *lectionum novarum;* 5. *interpunctionum, quae praeferuntur, aut innovantur. Charactere Italico, vulgo* corsivo, *indicantur lectiones, interpunctiones, et interpretationes novae, quae in notis designantur hoc* *.

A

Ab ipsis Saturnalibus fugisti, non at ipsis II. 112.
Abydos, et Sestos II. 212.
Abrasum, non adrasum II. 236.
Abscidere, et abscindere I. 271. II. 22.
Abscissum, non abscisum II. 140.
Absorbere, exsorbere, obsorbere II. 134.
Absto, adsto, absum, adsum confusa II. 280. 360. 392.
Accurrit quidam, non Occurrit II. 73.
Achilles honoratus, quomodo? II. 365.
Adfigere, et affligere II. 10. 106.
Adfigit humo, non affligit II. 105.
Adfixit lecto, non afflixit II. 10.
Adsint, non adsunt, neque adflent II. 360.
Adstes, non abstes ibid.
Aedes. v. Apollinis.
Aegyptus I. 44. 248. 250.
Aemilia via I. 195.
Aemilius Ludus II. 348.
Aera, quid? II. 114.
Aes, laquei pretium, non as, II. 107.
Aesculus, non esculus I. 110.
Aesulae I. 147.
Aeternum, et aeterno, II. 245.
Aetna I. 27. 279. v. Flamma.
Afra avis I. 220.
Africa I. 79.
Affulsit populo, non effulsit I. 172.
Agentis, non habentis I. 286.
Agninae, non agnini II. 260. v. Caro.
Agris, non arvis I. 214.
Agyieus. v. Apollo.
Albanus mons II. 233.

Albunea Sibylla I. 13.
Alexander Magnus II. 316.
Alexandrea I. 199.
Alfenus, non Alphenus II. 33.
Algidum I. 31. 298. v. Templum Dianae.
Allifae, Allifanus, non Aliphae, Aliphanus II. 186.
Allobrox I. 268.
Alphius, non Alfius I. 221.
Altinum I 196.
Amica, mater; non amica mater II. 117. seq.
Amor scribendi te rapit, non te capit II. 89.
Amphion muro cinxit Thebas II. 396.
Amphitheatrum Flavium I. 242.
Andronici Turris Athenis I. 37. v. Venti.
Aquae perfluunt Tibur fertile, non praefluunt I. 162. seq.
Animae manes, id est bonae II. 71.
Anser albus, et eius iecur ficis pastum II. 191.
Anxur urbs II. 47.
Apella, quis? II. 56.
Aper currens, non Laurens I. 229.
Aperta capsa, non operta II. 320.
Appia. v. Via.
Apollo Agyieus I. 177.
— Palatinus I. 296. sequ. II. 213.
Apollinis aedes I. 296.
— templum. Ibidem.
Appono auriculam, non oppono II. 79.
Aptat, non optat II. 201.
Apulicum. v. Mare.
Aqua deterrima, non teterrima II. 48.
— dulcis, non iugis II. 259.
Aras, non arces I. 296.
Arces, et urbes II. 396. v. Urbes.
Arcesse, non accerse II. 219.
Arcessitus, non accersitus II. 137.
Archiaci. v. Lecti.
Arcus Constantini I. 79. 242.
— Septimii Severi I. 242. v. Captivi.
Arenae urentes, non arentes I. 93.
Argilla imitabitur, non imitaberis II. 322.
Aricia, Aricini II. 45. 46. 337. 345.
Aricia excepit, non accepit II. 45.
Artibus, non artubus. I. 101.
Artes liberales, et serviles, quae? II. 322.
Artifices Graeci operum argumenta sumebant ab Homero II. 366.
Arvales fratres, et eorum inscriptiones I. 68. 114. 141. 151. 174. sequ. 251.
Arvis, non armis I. 98.
Arundo *fissa*, non fixa II. 69.
Athenae I. 12. sequ.
Atrium Regis Numae I. 4.
Audiris? non Auditis I. 91.
Avis. v. Afra.
Aurem substringe loquaci, non distringe II. 160.

B

Balatro, quis? II. 126.
Bandusiae, non Blandusiae I. 116.
Bantia, et Bantini I. 92.
Batillum. v. Vatillum.
Berecyntius I. 29.
Bestius, cur dictus? II. 261.
Bola urbs, unde Bolanus II. 74.
Bonis, non boni II. 98. v. Fortes.
Bonus, quis? I. 166. II. 98.
Boreas ventus I. 36.
Bos piger; optat, non bos; piger II. 265.

Breuni I. 196.
Brundisium, non Brundusium, II. 55. 57.
Butram, non Brutum II. 222.
Byzantia putuit orca, non putruit II. 151.

C

Cadmus Thebas constituit II. 396.
Caecilia Metella, et eius sepulcrum II. 94. 134.
Caedes, et rabiem, non aut I. 132.
Caecubum. v. Vinum.
Caelatumque novem Musis opus, non Sacratumque II. 331.
Caelebs, non coelebs I. 75.
Caesar, altus militia, fessas; non Caesar altus, militia fessas I. 94.
Calabrae Pierides I. 177.
Calendae, et K. I. 106.
Calendarium, non Kalendarium ibid. v. Verrius Flaccus.
Callimachus statuarius II. 348.
Camena Daunia I. 177.
Camera, et camara II. 138.
Campo. v. *Praefidus.*
Campus Martius I. 242. II. 231.
Canephora II. 184.
Canidia gens I. 228.
Canis rabiosa *furit*, non fugit II. 328.
Capilli aere expressi II. 349.
Capitolium I. 242.
Captivi catenati in basibus columnarum arcus Septimii Severi ibid.
Carcet Tullianus ibid.
Carceres in Circo II. 254.
Carinae I. 148.
Carmen Iliacum. v. *Diducis.*
Caro agnina II. 260.
Carthago I. 181. sequ. 242.
Carthaginis incendia, non impendia I. 181.
Cascellius, non Cassellius II. 393.
Cassius Parmensis, eius carmen II. 215.
Castellum aquae Claudiae I. 148.
Caudium urbs II. 51.
Caudî cauponae, non Claudî. Ibidem.
Caupo. v. *Praefidus.*
Cecropia urbs, seu Arx Athenarum I. 12.
Cedrus, ex quo trabes, naves, alia I. 156. sequ.
Cena, cenaculum, cenaticum, cenatio, cenatorium, non coena I. 75.
Cenae Pontificum ibid.
Cenis superbis, non superbo, aut superbum. ibidem.
Cetera, non caetera I. 15. II. 241.
Certum, et rectum II. 306.
Cheragra, non chiragra II. 170.
Chloe I. 33.
Ciceris fricti, non fracti II. 378.
Cicirrus, unde dictus II. 52.
Circa, et Circe I. 277. II. 206. Cur vitrea dicta I. 27.
Circa, et circum II. 349.
Circaei I. 211.
Circus II. 249. 254. v. Carceres.
Circus Caracallae II. 254.
Citelle, non catelle II. 136.
Citrus arbor, ex qua opera plura, I. 156.
Citreae mensae, vel orbes. ibidem.
Claudere, et cludere I. 202. seq.
Claudiae manus perficient, non perficiunt, nec efficient I. 171.
Clausit Ianum Quirinum, non clusit I. 202. seq.
Clivus Capitolinus I. 242.
Cloaca maxima, eius constructio a Tarquinio Prisco II. 101. 357.
Clusinis; Gabiosque petunt, non Clusinos II. 258.

Cnidus, non Gnidus I. 43. 146. v. Templum.
Cohortes reddidit oppidis, non abdidit I. 95.
Colchos, et Iolcos I. 229.
Colle Quirini, non Quirino II. 328.
Collis Quirinalis, et alii. Ibidem. v. Exquilinus.
— Vaticanus I. 30.
Columbus, et palumbus I. 4. v. Palumbes.
Columnae, quid? II. 393.
Comissari I. 154.
Comptus nodus I. 68.
Concha salis, quid? II. 25.
Conductae plorant, non conducti II. 399.
Conopium, non conopeum I. 248.
Consilio, non concilio I. 138. 172.
Consilietur amice, non concilietur amicis II. 374.
Consors a socio diversus I. 137.
Construxerit divitias, non contraxerit divitias II. 121.
Contendere oculis II. 195.
Contentus sorte *ulla* non illa II. 1.
Contracta vestigia, non contacta, aut cunctata, aut non tacta II. 330.
Cornu Copiae II. 251.
Correctus, correptus, corrector, correptor II. 261.
Credo metuens, non metues II. 176.
Cultus pulvere collines, non crines I. 24.

D

Damasippus, quis? II. 114. 118.
Danaides in marmore Vaticano I. 111.
Danuvius, non Danubius I. 206.
Daunia I. 151.
Decenter sortita, non decentem II. 359.
Dedicet. v. Hebro.
Deducere Troia, non reducere II. 129.
Deducere, et diducere II. 366. 388.
Deducti silvis Fauni, non educti pro educati II. 378.
Defingit Rheni luteum caput, non diffingit, vel defigit, II. 83.
Defixa. v. Sidera.
Defundere, et diffundere I. 175. II. 251.
Defundit Copia cornu, non defudit, vel diffundit, aut diffudit II. 251.
Delatus in aevum, non dilatus, vel delapsus II. 85.
Denormat agellum, non deformat II. 162.
Depellat, non divellat, II. 242.
Deponere, et ponere II. 234. sequ.
Deprehendere, in re turpi II. 23.
Derepta signa, non direpta I. 200.
Deripit. v. Lunam.
Descendere, non discedere II. 291.
Describat vulnera, non describit II. 89.
Destringere, et distringere I. 85. II. 93. 189. v. Ensis.
Deterrima. v. Aqua.
Detrusit. v. Protrusit.
Diana. v. Templum.
Dictitet. v. Factitet.
Diducis in actus Carmen Iliacum, non deducis II. 365. sequ.
Diligentia nimia in operibus II. 347.
Diludia posco, non deludia II. 290.
Diluxisse, non deluxisse II. 217.
Dimovet, non demovet I. 172.
Diogenes. v. Quem.

Dirus, et durus Hannibal I. 69. 103. dira Necessitas, non dura I. 131. dira fames, non dura II. 15.
Discedens, non descendens, II. 263.
Discerpta membra, non discreta II. 191.
Discipularum cathedras, non discipulorum II. 87.
Districtum sollicitudine, non destrictum, neque obstrictum II. 189.
Docimenum. v. Ecclesia, Marmor, Pantheum.
Doctius. v. *Scitius*.
Doliche insula, unde Dolichos II. 277.
Doctor Athenis, non doctus II. 170.
Doloribus. v. Laboribus.
Donare, et ludere vidi; non et perdere, vel donare II. 127.
Donis honestis ornatus, non opimis II. 325.

E

Ebrietas trudit inertem ad proelia II. 221.
Ecclesia Lateranensis, eius columnae e marmore Libyco I. 79.
— S. Mariae Novae I. 242.
— S. Paulli extramurani, eius columnae e marmore Docimeno I. 86.
— S. Petri ad vincula I. 148.
Echinus, quid? II. 65.
Echo ad Ianiculum I. 30.
Egeria Nympha, eius fons II. 346.
Egnatia. v. Gnatia.
Empedocles, eius melancholia II. 406.
Engytheca, quid? II. 65.
Ensis destrictus, non districtus I. 85.: et destringere ensem, non distringere II. 93.
Epiroticus portus II. 263.
Equi *boni*, qui? et eorum genealogiae I. 166. seq.
Equus Tuticus, vel Tutius II. 54.
Erras, non erro II. 180.
Erro, quis? ibid. v. Fugitivus.
Erycina. v. Venus.
Eteocles, et Polynices II. 339.
Evandri manibus tritum catillum, non tortum II. 31.
Euro. v. Hebro.
Euxinus pontus II. 212.
Excipere, non accipere II. 45. v. Aricia.
Exitium tuae gentis, non excidium I. 24.
Exquiliae, non Esquiliae I. 148. 239.
Exquilinus collis. Ibidem.
Exsecat mercedes capiti, non exigit II. 15.
Exsilium, non exitium I. 57.
Exsomnis I. 138.
Exspes, et expers I. 271. II. 346.
Exsucca. v. Medulla.
Extentum funem, non extensum II. 314.
Extuderit fastidia, non expulerit, vel extulerit II. 99.

F

Faber unus, non imus II. 348.
Facta. v. Verba.
Factitet versus, non dictitet II. 407.
Falaris urbs, supellex argentea nuper ibi reperta in ruinis II. 401.
Falernum. v. Vinum.
Fames. v. Dirus.
Fastidia, non fastigia II. 244. v. Extuderit.
Ferae formidolosae, non formidolosis I. 232.

Fescennina licentia inventa, non invecta II. 309.
Fici. v. Anser.
Fictaque. v. Verba.
Fidenae urbs II. 247.
Fidens iuventus, *horrida brachiis;* non fidens, iuventus horrida, brachiis; et quare horrida brachiis dicatur I. 96.
Findere, non scindere; et quid findere? I. 2.
Fissa. v. Arundo.
Flamma furens in Aetna, non urens, aut virens, vel vibrans I. 279.
Florent, *virentque*, non vigentque II. 355.
Focale, quid? II. 135.
Fodicet laevum latus, non fodiat II. 229.
Fons. v. Bandusiae, Egeria.
Fons fluit *aptus* capiti, non utilis II. 264.
Forentum urbs, non Ferentum I. 92.
Formica patiens, non sapiens II. 7.: eius sapientia, in quo? 8.
Fors ita *luserit*, non iusserit II. 95. 189.
Fors quâ mihi monstret, non quae II. 162.
Fortes creantur *fortibus: et bonis* est in iuvencis; non fortibus, et bonis: est in iuvencis I 166.
Fortuna, Dea, et divitiae II. 220.
Fortuna manens I. 150.
Fortunae, non fortunas, aut fortuna II. 220.
Forum Nervae I. 115.
— Palladium ibid.
— Romanum II. 231. 286. 291. 349.
Forum, populumque; non Forum, Campumque II. 231.
Fruges, quid? II. 251.
Fucus, quid? II 42.
Fucus lolliginis, non succus II. 42.
Fuga laedat, non laedit II. 323.
Fugisque, non furisque II. 173. v. Canis.
Fugitivus, et erro, qui? II. 180.
Funem. v. Extentum.
Furcae Caudinae II. 51. v. Caudium.
Furit. v. Canis.

G

Gabii urbs, eius situs, et ruinae detectae II. 33. 247.
Gabini fontes, non Gabii II. 258. v. Clusinis.
Gallicinium II. 3.
Gallina Numidica I. 220.
Gaudet. v. Plebecula.
Gaetulus, Gaetulicus; non Getulus, Getulicus I. 34.
Gemmae variae I. 134.
Genauni I. 195.
Gigantes, qui? I. 97. v. Fidens.
Glomos, non globos II. 253.
Gnatia, et Egnatia, urbs II. 56.
Gorgonius, non Gargonius II. 16. 41.

H

Ha! ha!... carmine? non Ah, ah... carmine I. 235.
Hadria, Hadrianus, non Adria, Adrianus I. 8. 26. v. Mare.
Hagnae, non Hagnes II. 27.
Halec, non alec II. 183.
Hannibal, non Annibal I. 70.; eius sermo I. 170. v. Dirus.
Hasdrubal, non Asdrubal I. 169.
Hebrus I. 36. 139.
Hebro dedicet, non Euro I. 36.

Heredem alterius, non alterius II. 339.
Hiberia, Hiberus; non Iberia, Iberus I. 83. 173. 200. II. 187.
Hic vehemens, liquidus non Vehemens, et liquidus II. 334.
Hinc, non hìc II. 55. 96.
Hiscine, non hiscene II. 21.
Homerus poetis, et artificibus Graecis argumenta subministravit II. 366.
Honor, et honos II. 396.
Horrea Galbiana I. 191.
— Sulpicia ibid.
Horreo, horridus, horrida, quid? I. 96. 229. II. 72. v. *Obruerim.*
Humanitas, et *humanus* quid? II. 361.
Humescit. v. Uvescit.
Hymettiae trabes, quid? I. 79.
Hypsaea, nobilis moecha, ex familia Plautiorum II. 20.

I

Ianiculus I. 30. v. Echo.
Ianum Quirinum, non Quirini I. 202. v. Clausit, Templum.
Ianus geminus, summus, medius, imus, vel infimus II. 198.
Id tibi iudicium *esto*, non est II. 395.
Ilerda II. 292. seq.
Ilva insula I. 275.
Imberbis, et imberbus II. 304.
Imus, et unus. v. Faber.
Imus avet, non unus II. 40.
In se totus: teres; non totus teres II. 177.
Inamarescunt epulae, non immarcescunt II. 179.
Incendere, et intendere II. 174. v. Natura; Tendere.
Incerti. v. Oculi.
Infidus pater, non infidi I. 284.
Inclamat, non exclamat II. 78.
Increpuit aura, non increbuit, vel increbruit II. 159.
Incohare, non inchoare I. 10.
Incudi reddere versus, quid? II. 400. seqq. v. Versus.
Indecorant, non dedecorant I. 168.
Indi I. 295.
Inscriptiones Arvalium fratrum. v. Arvales.
Inscriptiones Virginum Vestalium I. 4. v. Templum Vestae.
Insculpere, et inscalpere v. Sculpere.
Insulae fortunatae I. 272.
Inseris, non ingeris II. 48.
Intonsi Romani, et intonsus Cato I. 19. v. Statuae.
Inundationes. v. Tiberis.
Iocis. v. Locis.
Iolcos. v. Colchos.
Ire viam, quâ monstret eques; non ire viam, quam II. 212.
Iugulent homines, non hominem II. 207.
Iuncta. v. Tibia.
Iupiter, non Iuppiter I. 5.
Ius civile, eius abominatio in inscriptionibus sepulcralibus II. 398.
Ius *trepidum* ligurrierit, non tepidum ligurierit II. 29.
Iusserit. v. Forsit.
Ityn, non Itym, vel Ithym I. 190.
Iuvenci *boni*, qui? I. 166.
Iuventus. v. Fidens.

K

Kalendarium. v. Calendarium.

L

Labeone, non Labieno II. 29.
Labores, et aerumnae Herculis I. 283.
Laboribus ingemens, non doloribus I. 230.
Lacus. v. Gabinus.
Lana, non laena II. 314.
Lanificium I. 115. v. Minerva.
Lapides clari, non cari I. 193.
Lapis albus, quid? II. 64.
Lares I. 175.
Latinus, vulgavi fidicen, non Latinis II. 289.
Latium. v. Lustrum.
Latraverit, non laceraverit II. 98.
Laurentinum Plinii I. 147.
Lecta. v. Potenter.
Lecti Archiaci non archaici II. 218.
Lectus imus II. 186. v. Subsellium.
Legionibus. v. *Regionibus*.
Lepores *fecundi*, non fecundae, et quare II. 148.
Levia, non lenia II. 347.
Libationes in conviviis I. 175.
Levat spinis, non iuvat II. 342.
Libelli famosi II. 88.
Libyci lapilli, quid? II. 243. v. Marmor.
Liburnae naves, quae? I. 208. v. Naves.
Licentia. v. Fescennina.
Litibus atris, non artis II. 398. v. Ius civile.
Lolligo II. 42. v. *Fucus*.
Lucania, et Lucana pascua I. 210.
Lucani saltus II. 340.
Luculli villae I. 211. seq.
Lunam Caelo deripit, non diripit I. 232. v. Orbem.
Luserit, v. Fors.
Lustra, quid? I. 116. II. 62.
Lustrum felix, non Latium felix I. 297.
Lynceus II. 195.
Lysippus statuarius II. 350.

M

Maecenas, non Moecenas, aut Mecaenas I. 1.
— Eius ascendentes regii. v. *Regionibus*.
— Eius domus, seu Turris I. 147. II. 164. v. *Quas*.
Malis alienis ridere, quid? II. 119.
Manes. v. Animae.
Mare Caspium *versant* inaequales procellae, non vexant I. 63.
Mare Apulicum, non Ponticum, Punicum, publicum I. 131.
— Hadrianum I. 26.
— Tyrrhenum I. 131.
Marmor Docimenum, seu Synadicum I. 86.
— Libycum, seu Numidicum I. 79. II. 243. v. Hymettiae.
Mariana Tropaea I. 148.
Materiem mali, mittamus. Scelerum, si bene poenitet, eradenda; non mali, mittamus, scelerum si bene poenitet. Eradenda I. 135.
Matrona *parens*, non matrona potens II. 363.
Matronarum vestes, gemmae I. 134.
Maturis annis; non naturis, annis II. 370.
Medulla exsucca, non exucta, exsucta, exhausta, exsecta I. 231.
Memoriae locus, ubi? II. 79.
Mena, et Menas I. 225.
Mensa tripes, quae? II. 25.
Mensae primae, et secundae I. 173. seq.
Mentes formandae, non firmandae I. 136.

Mersor civilibus undis, non versor II. 194.
Metalla varia. v. Tornus.
Mercatur, et aere; non mercatus et aere est II. 336.
Metii, non Metî, aut Metti, vel Maeci II. 395.
Metius, et Mettius. Ibid.
Miles gravis annis, non armis II. 1
Milites quot annis militarent? ibid.
Milonia urbs Marsorum II. 90. inde
Milonius, et Milonia. Ibidem.
Miluus, non milvius I. 270.
Minerva, eius artes in anaglypho Fori Palladii I. 115.
Minucia. v. Via.
Minus. v. Appia.
Mollivit, non mollibit, aut mollirit I. 130.
Mons. v. Albanus.
Montes. v. Parturient.
Mucius Scaevola Q., non Mutius II. 331.
Murena, non Muraena I. 125.
Museum Capitolinum, eius inscriptio I. 141. 167.
— Herculanense, eius monumenta I. 69.
— Vaticanum I. 97. 111. 114. 141. 208. 285. II. 354. 399. v. Danaides.
Musto mersare Falerno, non mixto II. 145.
Mutus; et, indignum; non Mutius, indignum II. 225.

N

Nam me rogat, non quum rogat II. 240.
Nam *proprie* telluris herum, non propriae II. 110.
Nasidieni qui iuvit, non Ut Nasidieni II. 181.
Naso vivere pravo, non pravo vivere naso II. 350.
Natura *intendit*, non incendit II. 174.
Naves turritae I. 208.
Naumachia II. 249.
Nec quodcumque volet, non Ne II. 389.
Nec quemquam satis, non nequaquam II. 149.
Necessitas. v. Dirus.
Nemesis Dea I. 110.
Nenia, non naenia; quid? I. 54.
Nil mî officit umquam, non inquam II. 77.
Niobea, non Niobaea I. 175.
Nimis, et minus II. 47. v. Appia.
Nitedula, non vulpecula II. 234.
Nix. v. Sithonia.
Nodus comptus in capite puellarum I. 68.
Nomen, et numen II. 297.
Nominibus rectis, non certis II. 305.
Nomisma, non numisma II. 316.
Num tantum, se inflans, sic magna fuisset; non num tantum, sufflans se, magna II. 141.
Non latius usum, non lautius II. 108.
Nube candenti humeros amictus, non candentes I. 5.
Numen tuum, non nomen II. 297.
Nummos metiri modio II. 12.
Nunc satis est dixisse; non Nec satis est, vel Num satis est II. 398.
Nux quassa, non cassa II. 155.

O

Obruerim voces, et facta, non Horruerim II. 72.
Obsorbere placentas, non exsorbere II. 185.

Occupabit Pallas, non occupavit I. 18.
Oceanus circumvagus arva; beata; non arva beata I. 271.
Oculo contendere, non oculos II. 195.
Oculos incertos, non ingratos II. 313.
Oleum Venafranum II. 151.
Operam insumebat, non sumebat II. 402.
Operi longo, non opere in longo II. 391.
Operta. v. Aperta.
Opertos. v. Ubi.
Opus caelatum Musis, quid? II. 331 v. Caelatumque.
Orbem Lunae, non ortum I. 161.
Orca. v. Byzantia.
Orion, eius occasus I. 142.
Ova alba, non alma, vel alta II. 144.

P

Pacantur vomere silvae, non placantur II. 208.
Pacare, et placare II. 182. 208.
Palatinus. v. Apollo.
Palatium I. 296.
Palladium. v. Forum, Minerva.
Paludes. v. Pomptinae.
Palumbes, non columbas, vel palumbos II. 191.
Palumbis, non columbis I. 4.
Palus. v. Sterilisque.
Pantheum M. Agrippae, in eo columnae e marmore Numidico, seu Libyco I. 79.; et e Docimeno, sive Synadico I. 86.
Parcae *veraces* cecinisse, quid. I. 288.
Parentium, non parentum I. 132.
Partumeius, non Pactumeius I. 280.
Parturient montes, non parturiunt II. 368.
Pater urbium, qui? I. 132.
Patrisque; Latine quum Pedius caussas exsudet; non patrisque Latini, neque patrumque II. 81.
Peccaro stultus, non peccabo, peccavero II 34
Penelopa, et Penelope I. 28. II. 158. 207.
Penumque, non penusque II. 269.
Perculsum, non percussum I. 257.
Perfectum decies non castigavit ad unguem, non Praesectum II. 383.
Perfluere, et praefluere I. 162. 198. v. Aquae.
Pergameas domos, non Iliacas I. 25.
Pisces avertere mensa, non averrere II. 146.
Pix cadaveribus comburendis adhibita I. 192.
Persequar, non prosequar II. 75.
Perluor unda, non pervehor II. 257.
Philippi, nummi aurei a Philippo rege Macedoniae dicti II. 316.
Picturae ad Lateranum effossae I. 42. II. 65. 190.
Pierides Calabrae I. 177.
Pinus Dianae dicata I. 129.
Placaverit. v. Stomachum.
Placidiani, non Placideiani, vel Placideani II. 178.
Planius, non Plenius II. 205.
Plebecula *plaudit*, non gaudet II. 312.
Pluma superbiae, non bruma, vel poena I. 186.
Pocillator I. 42.
Poetae. v. Homerus.
Pompeii Magni domus I. 148.
— Theatrum I. 30.
— Triumphus I. 133.
Pomptinae paludes II. 48.
Pondera. v. Porrigere.

Ponere, et deponere II. 284. sequ.
Ponere nomen, non dicere II. 238.
Pontus. v. Euxinus.
Populus adsita, quid? II. 338.
Populus alba, nigra, alta I. 213.
Porca, et porcus I. 124. II. 309.
Porcum, non parcum II. 217.
Porrecta, non proiecta I 255. II. 122. v. Aperta.
Porrigere trans pondera dextram, quid? II. 229.
Portus. v. Epiroticus.
Poscis vilia: verum es, non vilia rerum II 272.
Post tempora Troiae, non post moenia II. 369.
Postumus, non Posthumus I. 73.
Potenter lecta, non pudenter II. 351.
Potores bibuli, non liquidi II. 282.
Praeficae, earum officium II. 399. v. Ut quae.
Praefidus hic *campo miles;* non perfidus hic caupo, miles II. 3.
Praelibans omne, non praelambens II. 169.
Praeneste II. 205. 220. v. Verrius Flaccus.
Pressare manu, non prensare II. 78.
Pretium est mori, non emori I. 132.
Priapus, custos hortorum I. 215. II. 69.
Privum, non primum II. 154.
Prodire tenus *quoddam*, non quadam II. 196. v. *Umblicum.*
Prodocet, non perdocet II. 198.
Producere nomen; non producere, vel procudere nummum II. 353.
Proiecerit se, non deiecerit II 406.
Proles mascula, quae? I. 103.
Proruperit Apenninus, non procurrerit I 269.
Prospexisse laborant, non perspexisse laborent II. 400.
Protrusit asellum, non detrusit II. 293.
Pulsa domus, strepitu resonet *vae* pallida; non vel pallida, aut aliter II. 23.
Pupî poemata, non Puppî II. 200.
Pupius, et Puppius ibid.
Purpura Coa I. 193.
— Tarentina II 314.
Puteal Libonis II. 164. 286.
Putuit. v. Byzantia.
Pyrrhus, eius achates II. 332.
Pythagoras philosophus I. 40.
Pythagoras statuarius II. 349.

Q

Qualia vincunt Pythagoram, non vincant II. 143.
Quas Maecenas adduxerat umbras, non quos II. 184.
Quassa nuce pauperet, non cassa II. 155.
Quem duplici panno patientia velat, de Diogene dictum II. 272.
Quemvis media erue turba, non eripe II. 36.
Quid *prius? Dicam* solitis Parentem, non prius dicam solitis parentum I. 18.
Quo res sponsore, non responsore II. 266.
Quinctilius Varus, non Quintilius I. 28. Villae eiusdem reliquiae. Ibidem.
Quinctius, non Quintius ibid.
Quiritem, id est civem Romanum, non Quiritum I. 61.
Quiritum publicus usus, non viritim II. 304. seq.

R

Raeti, non Rheti, Raethi, Reti I. 165.
Redegit idibus pecuniam, non relegit I. 221.
Redemptor, non redemtor I. 85.
Redde curam brevem, non crede II. 315.
Rege *suo*, non sua II. 239.
Regionibus imperitarunt, avi Maecenatis, non legionibus imperitarint II. 57.
Relapsus. et relatus I. 277.
Reparavit, non repedavit I. 51.
Respondere vadato, non vadatus II. 76.
Rettulit, non retulit I. 53.
Ripas, non rupes, aut rivos I. 138.
Rivis altis labuntur aquae, non ripis I. 215.
Rixator, non rixatur II. 277.
Robigo, robigalia, non rubigo, rubigalia I. 130.
Roma, eius laudes I. 170. 292.
Rupit Iarbitam, non Hyarbitam II. 287.
Rusonem, non Drusonem, Ruffonem II. 30.

S

Sacra Via. v. Via Sacra.
Sacramentum militare II. 4.
Sacravienses, qui? II. 74.
Salinum, quid? II. 25.
Sardiniae opimae segetes feraces, non opimas segetes feracis I. 43.
Sandapila, quid? II. 321.
Scaena, non scena II. 95. v. Aulaea.
Scetani dissimilis sis, non Sectani II. 43.
Scipiones Africani I. 251. v. Incendia.
Scitius psallimus, et saltamus; non doctius II. 298.
Scribe decem a Nerio, non decem Nerio II. 118.
Sculpe querelam, non scalpe I. 112.
Sculpere, et scalpere, insculpere ibid. II. 120.
Sculptum infabre, non scalptum II. 115.
Scythae I. 295.
Scrutaberis illius, non ullius II. 279.
Secrevit, non sacravit I. 275.
Sed satis est, non Hoc satis est II, 284.
Senectus, qualis I. 293. II. 293. 372.
Septicium, non Septimium II. 222.
Servare tuos, quos aere pararis; non tuo II. 124.
Sextius, non Sestius I. 9.
Sibyllarum carmina I. 289. v. Albunea, Templum.
Sicilia I. 44. v. Venus Erycina.
Sidera defixa, non refixa I. 276.
Signatores monetae II. 353.
Silvanus I. 215.
Sinu laxo, quid? II. 127.
Sine crimine notum, non natum II. 236.
Sithonia nix I. 140.
Socii operum, qui? II. 308.
Sollemnis, non solemnis, aut solennis I. 189. II. 400.
Sollers, non solers I. 180.
Sosii librarii II. 291.
Spartum I. 226.
Spatium in Circo, quid? II. 254.
Speramus carmina fingi posse, non speremus II. 388.
Sponsor, et responsor II. 266. v. Quo.
Statuae veterum Romanorum intonsae I. 19.
Stella *refulget*, non refulsit ibid.

Sterilisque diu palus, aptaque remis; non palus prius, aptaque; vel palus, pulsataque remis II. 356.
Stomacheris, non stomacharis II. 204.
Stomachosus, non stomachatus, vel stomachandus II. 258.
Stomachum placaverit esca, non pacaverit II. 182.
Subiungere conor, non submittere I. XXIV. II. 194.
Sublimis feriam I. 3.
Sublimis versus ructatur, non sublimes II. 405.
Suboles, non soboles I. 118.
Subtemine, non subtegmine I. 263.
Subura, Suburanus; non Suburra, Suburranus, I. 233.
Sulpicius, non Sulpitius I. 191. v. Horrea.
Sumptus, non sumtus I. 76.
Super ipsum, non supra II. 185.
Superna, non superne I. 83.
Sygambri, non Sicambri I. 160. 200.

T

Tabellae votivae naufragorum II. 346.
Templum Antonini, et Faustinae I. 242.
— Apollinis in Palatio I. 296.
— Dianae in Algido I. 31. 298.
— Dianae in Aventino I. 298.
— Dianae Ephesiae I. 157.
— Dianae Nemorensis II. 345.
— Iani II. 291.
— Martis Ultoris I. 201.
— Quirini, seu Romuli II. 328.
— Sibyllae Tiburtinae I. 13.
— Vacunae, v. Vacuna.
— Veneris, et Romae I. 242.
— Veneris, et Suadelae II. 227.
— Veneris Cnidiae I. 43.
— Erycinae I. 6.
— Vertumni, et statua II. 291.
— Vestae I. 4. II. 76.
Tendere opus, non intendere II. 88.
Tenus. v. Prodire.
Teterrima. v. Aqua.
Thaliae Argivae, non argutae I. 176.
Theatrum. v. Pompeii.
Thebanae urbis, non arcis II. 398.
Thebarum initia ibid. v. Amphion, Cadmus, Urbis.
Thermae Diocletiani I. 143.
— Titi ibidem.
Thespis II. 382.
Thracia I. 36.
Thurium urbs II. 184. Inde Thurinus. Ibidem.
Thus, non tus I. 29. 174.
Thyia, arbor I. 155.
Tiberis inundationes I. 4.
Tibiae forma, et materia II. 375.
— iuncta, non vincta II. 374.
— Lydae querulae I. 206.
Tibur I. 28. 147. 162. II. 254. v. Aquae.
— Eius villae I. 28.
Tiburis ripas, non rivos I. 160.
Titanes, qui? I. 97.
Toga, quo modo olim portaretur II. 229.
Tornus, et eius usus etiam in metallis II. 31. 401. seqq. v. Evandri, Versus.
Triumphantium iter in Capitolium I. 242. seq.
Triumphus. v. Pompeii.
Trabes Cypriae. v. Cyprus.
— Hymettiae. v. Hymettiae.
Triumviri capitales I. 227.
Tropaea, non trophaea I. 64. v. Mariana.

Turpem putat inscite; non inscitus, vel in scriptis II. 311.
Turris. v. Andronici, Maecenas.
Tusculum I. 147. 211. v. *Villa candens.*
Tyrrhenum. v. Mare.
Tyrtaeus poeta, eius scripta II. 397.

V

Vacuna, Dea Sabinorum, eius Fanum II. 246. seq. Latine Victoria dicta, et sub hoc nomine Fanum restauratum a Vespasiano. Ibidem.
Vapores, non tepores II. 283.
Varia, oppidum II. 254.
Variana porta Tibure ibid.
Varus, quis? II. 27.
Vatillum, non batillum II. 50.
Ubi equos mercantur, opertos inspiciunt; non apertos II. 20.
Veii, urbs, eius ruinae detectae II. 337. v. Vinum.
Velabrum, unde natum II. 132. 357.
Vellis pisces ex aequore hiberno, non verris II. 132.
Venena! magnum fas, nèfasque non valent convertere humanam *vicem?* non Venena, magnum... vicem I. 236.
Venti in Turri Andronici sculpti. v. Andronici.
Venus. v. Cnidus, Templum.
Venusia I. 117. II. 80.
Verba ficta, non facta II. 352.
Verbum verbo rèddere, non verbo verbum II. 367.
Verniliter, non vernaliter II. 169.
Verrius Flaccus, eius Calendarium Praeneste effossum I. 74. 76. 106. 130.
Versare, et vexare I. 63. II. 70. 215. v. Mare Caspium.
Versus male tornatos incudi reddere; non male tornatos, aut formatos II. 400. seqq. v. Incudi, Tornus.
Versus missos, non missus II. 380.
Vestales Virgines. v. Inscriptiones, Templum.
Vestigia contracta, non contacta II. 330.
Vestri proavi, non nostri II. 381.
Via Aemilia I. 195.
— Appia, *nimis* est gravis tardis! non minus II. 47. Quando lapidibus strata II. 47. seq.
— Claudia I. 196.
— Herculea II. 55.
— Minucia II. 278.
— Sacra I. 242. II. 74. 291.
— Traiana II. 55.
— Valeria II. 254.
Vici prosunt, non vites II. 339.
Vicinia rauca reclamat, non cauta II. 275.
Vicus Thurarius II. 321.
Villa Albana, eius monumenta II. 83. 87. 248. 338. 398.
Villa candens Tusculi, quae? I. 211. v. Luculli.
Vinctus mitteris Ilerdam, non unctus II. 292.
Vindelici I. 166.
Vinum Caecubum I. 50. 146. 253.
— Falernum II. 145.
— Massicum II. 149.
— Veientanum II. 125.
Virent. v. Florent.
Virere, et vigere II. 355.
Vivas hinc ducere voces, non veras II. 387.
Ultra, non ultro II. 55.
Umbilicus in libris, quid? I. 264.

Umblicum tenus, non Nutricum I. XIX. II. 196.
Umbrenus, quis? II. 111.
Ummidius, non Humidius, vel Numidius, aut aliter II. 12.
Unguis. v. Perfectum.
Unxere matres, non luxere I. 276.
Volutabrum, quid? I. 116.
Urbes, non urbem II. 376.
Urbis. v. Thebanae.
Urbium constructio prima II. 396.
Uri, *virgis*, ferroque necari diversa sunt II. 175.
Ursus circumgemit ovili, non ovile I. 273.
Uusucapio, usus II. 336.
Ut mihi saepe bilem, saepe iocum; non mihi bilem, ut mihi saepe iocum II. 288.
Ut penitus notum; non at, vel ac II. 281.
Ut quae conductae plorant, non qui conducti II. 399.
Ut serves animae dimidium meae, non Et I. 7.
Utica II. 292.
Uvescit, non humescit II. 166.

Empfehlungswerthe Bücher.

Von dem Sylbenmafse, den Versarten, dem Reim und der Declamation. Ein prosodisches Hülfsbuch für Schulen, Nichtgelehrte, Anfänger in der Verskunst, angehende Tonsetzer u. s. w. 8. 1 Rthlr. 8 gGr. sächs. 2 fl. rheinisch.

Es bedarf kaum einer Erwähnung, wie äusserst nothwendig die Kenntnifs der Versmafse und der Gesetze für gebundene Rede überhaupt sey, um zu dem Genusse, welchen so manche herrliche Gedichte uns bieten, die Fähigkeit zu erlangen, und mancher mufste gewifs schon oft beklagen, dafs ihm diese Fähigkeit bisher entgangen war, wenn ihm sein Gefühl die Schönheiten zwar ahnden liefs, durch welche die Dichtkunst das Leben erhöht; er aber die vollständige Erkenntnifs, das beseligende Auffassen immer entbehren mufste. Schon von dieser Seite ist also durch das vorstehende Buch einem sehr wesentlichen Bedürfnisse begegnet; aber auch jeder höher Gebildete wird sich dasselbe als ein angenehmes Handbuch mit Vergnügen und Erfolg beylegen. Abgesehen, dafs in so mancher Stimmung des Lebens poetische Gefühle sich auszusprechen streben, wenn die Gesetze der Form im Gedächtnisse vielleicht schon verwischt sind, so bedarf auch er für die Genüsse fremder Production eben darum nicht selten einer Wiederholung dieser Gesetze, und jeder mufs noch überdiefs aufs innigste von dem vortheilhaften mittelbaren Einflufs überzeugt seyn, welchen ihre Kenntnifs und Uebung auf die ganze Bildung und Haltung im Leben hat. Von dieser Seite empfiehlt es sich also vorzüglich für Lehranstalten, bey denen wir seine Einführung durch möglichst billige Bedingungen zu erleichtern suchen werden.

Hoffmann, J. J. J., Anleitung zur Elementar-Arithmetik, 2 Theile, 8. Zweite verbesserte und sehr vermehrte Auflage. 2 fl. 30 kr.

Die erste Auflage dieses Buches erschien vor einigen Jahren, und fand, so wie die übrigen Schriften des Hrn. Verf, so schnelle Anerkennung seiner Zweckmäfsigkeit und Vorzüglichkeit, dafs diese neue Auflage nöthig wurde. Diese ist nun auf 2 Theile ausgedehnt, von denen der erste die niedere Elementar-Arithmetik, der zweyte die höhere enthält, und wodurch die Abstufung genau bezeichnet wird.

Im 2ten Theile hat sich der Herr Verfasser besonders auch bemühet, die Logarithmenlehre auf recht verständliche Weise zu entwickeln, und um die Rechnung mit diesen Zahlen zu erleichtern, sind die Logarithmen aller ganzen Zahlen von 1 bis 10000 nach dem Muster der Stauchischen Tafeln der Schrift beygefügt worden. Wir dürfen also recht vertrauungsvoll zu möglichst vermehrter Anwendung des Buches ermuntern.

FRIDERICI HENRICI BOTHII
ANNOTATIONES AD HORATII SATIRAS ET EPISTOLAS.

Satir. 1, 1. In editione Henricopetr. 1. post. inscriptionem hic versus legitur:

Damnat avaritiem finem dans prima petendis.

V. 4. Anonymus ille est Buherius (Bouhier.) Vid. F. A. Wolfius in notis ad editionem versionemque hujus satirae germanicam, ubi recte monet secundum Buherium et Sanadonum, hoc loco non perpetua vitae mala commemorari, sed transeuntia dici cujusque conditionis incommoda, quibus offensus ipsam conditionem seu sortem suam accuset et aliâ mutare cupiat intemperans: velut mercator de fortunâ suâ tum conqueritur, cum venti navem jactant; ICtus, ubi mane ex somno excitatur a consultore; accusatus, quo tempore datis vadibus Romam eundum ei est in jus; quae omnes non continuae sunt vexationes. Ergo simile aliquod etiam militis dicendum erat incommodum, quo illum iratum generis vitae sui poeniteret; idque habemus receptâ lectione Buherianâ, grave armorum pondus, quod dum sentit miles (*), praesertim *multo jam fractus membra labore*, vicem suam deflet, felicesque praedicat mercatores. Aliter est 28. seqq. Significat autem vox *arma* quodvis officii militaris instrumentum: vid. Serv. ad Aen. 2, 99. Tacitus Ann. 1, 20.: „Praecipua in Aufidienum Rufum, praefectum castrorum, ira, quem dereptum vehiculo sarcinis gravant, aguntque primo in agmine, per ludibrium rogitantes, an *tam immensa onera*, tam longa itinera, libenter ferre.“ Vulgata lectio *gravis annis* etiam verbis illis *multo jam fractus membra labore* arguitur: nam militis grandaevi corpus labore fractum esse, mirum non est, neque, si id voluit Horatius, le-

(*) Vid. ad 4, 13, 24. nota paginae subjecta.

cum habebat, tanquam in re praematura, *jam* particula; sed adolescentem vel juvenem intelligens, recte dixit: multo *jam* fractus membra labore, hoc est, *jam* debilis, onerique armorum fere impar, quamvis adolescens. Ceterum haec vocabula etiam Ovid. Met. 8, 313. alibique saepius confusa.

7. *Quidni*, paucorum codicum lectio, cur praeferenda sit vulgatae *Quid enim*, quae idem valet, ut promiscue usurpantur similia Graecorum τί γάρ; et πῶς γὰρ οὔ; non intelligo, nec magis h. l. mutantem probo Feam, quam 2, 3, 132. Bentlejum. Vid. Heindorf. ad utrumque locum. 10. *Sub.* 2, 8, 43.

29. *Perfidus hic caupo.* Quid hic negotii novae personae cauponis? quid *perfidus* inter honestos, agricolam, militem, nautas, qui fere pro omnibus vitae conditionibus nominantur? Num tale *exemplum* proposuisse avaro existimandus est *serius* (27.) poëta? Totius loci indolem consideranti mihi non videtur. Nam primum similia hujuscemodi exempla plura afferre Flaccus noluit, ne moraretur lectores (13. — 15.); deinde non est opus novâ personâ, ubi superius introductae sufficiunt ad rem probandam; tum iidem, qui ante nominati sunt, etiam h. l. ad partes vocantur praeter cauponem istum: unde appareret, intra hunc gyrum subsistere Satiricum voluisse. — At Jureconsultus abest, inquiat quispiam. — Abest, quia adesse amplius non potest inter personas, quae lucri, quamvis honesti, causa operari dicuntur, id quod non cadit in ICtum Rom., qui gratis de jure responderet, ut bene monet Heindorfius. Apage igitur cauponem ἀπροσδιόνυσον, neque nobis persuaderi patiamur, ignobilem personam nobilissimae temere esse substitutam. Jam codicum pars major a Feâ collatorum non *caupo* ostendit, sed *campo*, cujus loco etiam *campo* scripsisse veteres, recte animadvertit Italus doctissimus; unde est quod ipsum *caupo* perscriptum pro eo manu primâ legitur in libris D et V Epist. 1, 11, 4. Quid dubitemus, totam hanc orationem, brevissimam praesertim, esse de milite, neque ferendam esse in personâ fidissimâ perfidiam? Sensit hoc quidem Fea; sed quod scripsit, *Praefidus*, inusitatum est neque eximendo scrupulo. Legendum, si quid video: *Fervidus in campo miles.* Misceri solent f p et v litterae, id quod exemplis probavi nuper ad Ovid. Met. 4, 398; 6, 282; 12, 114; neque novum est, h per-

peram nunc addi, nunc omitti in Mss., ut continue scriptum *fervidusicampo* facillimè degeneraverit in *pervidus* (mox *perfidus*) *hicanpo* (mox *hic caupo*) *miles*. Fervere autem in campis seu pugnae locis passim dicuntur milites. Lucret. 2, 40 seqq.:

Si non forte *tuas legiones per loca campi*
Fervere cum videas, belli simulacra cientes,
Fervere cum videas classem lateque vagari etc.

Sil. 9, 242 sequ.:

Cetera jam Numidis circumvolitare, citosque
Ferre datur cursus, et *toto fervere campo*.

Itaque etiam hoc loco, ut superiore, omnia δραματικά: arans agricola, fervens in campo miles, nautae per maria omnia currentes. Quod 38. legitur vox *fervidus*, non obstat, quominus hic quoque ponatur, tot versibus intermediis, cumque proprium illic sonet, hic μεταφορικόν. 38. *patiens*. Non semel hoc vocabulum meliori offecit in libris vett., velut Senecae Herc. Oet. 228. olim legebatur:

Patiens, quisquis novit famulum
Regemque *pati*.

pro quo insulso suffectum ex emendatioribus libris: *Felix*, quisquis etc., refragante quidem Dan. Heinsio, cui magis placebat, quod etiam h. l. viris eruditissimis, libris praesertim addicentibus, *Sapiens*. Sed recte *patiens* restituisse Horatio videtur Fea. Cf. Epist. 1, 7, 40. *Cum te — alter*. Vid. ad Epist. 1, 1, 46. 50. *viventi*. Oratio soloeca, quidquid dicunt. Legendum ex Cuningami et Sanadoni sententiâ: *viventis*.

55. Rectum *malim*: vid. ad 2, 2, 40. 77. Dictum *malos fures*, ut *laboris mali* 1, 2, 78, *mali culices* 1, 5, 14, *mala lustra* 1, 6, 68, *mala cicuta* 2, 1, 56, *malae Furiae* 2, 3, 135, *mala ambitio* 2, 6, 18. *mala scabies* A. P. 453, more Homeri et Graecorum, verbum κακὸς ita usurpantium. Vid. Heindorf. Longe alia ratio loci, a Feâ laudati, qui locus est 4, 3.: siquidem ibi omnis generis nocentes ac vitiosi homines enumerantur, in quibus notandis occupata erat antiquâ Atheniensium comoedia; hic vero furta tantum timentur et incendia, neque malitia in genere exagitatur, de quâ vid. Cic. de Nat. deor. 3, 30. 88. Recte Gesn. Quaerit Horat. ex avaro, an tam pravos esse censeat cognatos suos omnesque homines, ut nullo

eos beneficio demereri possit; quod existimare impii sit et μισανθρώπε Id autem multos Eucliones cupiditati suae praetendere, quis nescit? 90. *Infelix* est cui nihil succedit, inquit Baxt. Fateor; sed quid tunc faciendum verbis *operam perdas*? An idem bis dixit Noster? Cave credas, sed *Infelix* valet *malus*, ut alibi *miser* et *Graecorum δύστηνος, μέλεος* etc., quem usum loquendi attigit Ruhnkenius Epist. crit. pag. 139. Est autem vocativus. Cf. 2, 3, 14. 92. Rectius concinniusque vulgatum inde a Mureto *quoque habeas plus*, (eo) *pauperiem metuas minus*. Rectius quoque alii: *avebas*, *ne facias* etc. Cf. 1, 2, 90. 95. Satis mirari nequeo Feam propugnantem pro infelicissimâ omnium Bentleji conjecturarum. *Quidam* jungi nominibus propriis, etiam sine contemtu, res in vulgus nota. Verum hic sane contemtim Noster: *Ummidius quidam*, ut Sallustius Jug. 77.: *Hamilcarem quendam*, *hominem nobilem*, *factiosum*, *novis rebus studere*; et Terentius Eun. 5, 5, 12: *Emit quendam Phaedria eunuchum*; ubi Donatus: Τὸ *quendam ἐξαθενισμὸν* significat et *εὐτέλειαν ἀνδρός*. Quod in divite, itaque noto, ferri *quidam* non posse Fea existimat, 1, 2, 31. diserte legitur: *Quidam notus* homo etc. Cf. 1, 1, 64. In Bentleji scriptura *Ummidius*, *qui tam* (*non longa est fabula*) *dives*, omnia hiulca, horrida, et vix latina. Vid. Heindorf. (*), cui tamen non assentior, ita haec interpungenti: *Ummidius quidam*, *non longa est fabula*. *Dives* etc. Recte, qui: *Umm quidam* (*non l. est fab.*), *dives*, *Ut* etc. 100. *Tyndaridarum*. Spartanorum, quorum rex fuit Tyndarus, quemadmodum Aeneadae vel Romulidae audiunt Romani, Thesidae Athenienses, Arsacidae Πάρθοι in glossis veteribus. Vid. Baxt. Spartana fuit ista mulier, quam omnium suorum civium, ut tunc erant, a Mummio dudum debellati et imbecilles patrumque dissimiles, fortissimam per ridiculum poëta dicit. Male *Tyndaridarum* ad *securi* refert Sanctius Min. l. 4. c. 11. p. 725. ed.

(*) Prodiit ejus ed. Satirarum cum notis germanicis Vratislaviae 1815 (8. maj. pagg. 476.) Ei viro doctissimo plurimum me debere gratus profiteor, eumque fere nomino in sequentibus, brevitatis causa, pro Lambino Torrentio Bentlejo aliisque, ex quibus ipse suorum partem maximam sumsit, ut fieri solet in hoc genere.

Scheid., neque audiendus Livinejus ad Propert. I, 20, 21. *Tyndaridarum* accipiens pro *Tyndaridum*, quemadmodum apud Arnobium lib. I. adv. Gentes *Titanis* legatur pro *Titanibus*, et *Sirenarum* pro *Sirenum* in Tertulliani Apologetico. Seriores illi et obsoleta atque insolita captantes, quorum usus loquendi nihil commune habet cum Horatii. 101. *Naevius*. Imo *Maenius* cum Bentlejo aliisque, in his Heindorfio. Porphyrio ad Sat. I, 3, 21.: „Qui de personis Horatianis scripserunt, ajunt Maenium scurrilitate notissimum Romae. Hic post patrimonium abrosum Calendis Januariis in Capitolio clara voce optavit, ut quadraginta nummorum aëris alieni haberet. Quaerente quodam, quid sibi vellet, quod tam solemni die aes alienum optaret habere, *noli mirari*, inquit, *octingenta debeo*. Hic fertur, domo sua, quam ad forum spectantem habuerat, divendita, unam ibi columnam sibi excepisse, unde gladiatores spectaret, quae ex eo columna Maenia nominabatur (cf. Ascon. Pedianus ad Cic. de Div. c. 16.), cujus et Lucilius sic meminit: Maenius columnam cum peteret." Cf. Epist. I, 15, 26. Quod hoc loco legitur in utroque Scholiaste: „*Maevius* (sic) enim tam *parcus* fuit, ut merito sordidus appellaretur," de ejus fide merito dubitat Heindorfius, neque, etiamsi Maevius avarus alibi commemoretur, eum huc pertinere censet, ubi de isto vitio iam dictum est. Ita tamen existimasse videtur ille, a quo vel scriptus vel correctus codex, quem usurpavit Bentlejus, hanc scripturam habet: ut vivam Maenius, *an* sic ut Nomentanus. Sed nihil mutandum. 102. *Nomentanus*. Schol.: „Cassius Nomentanus adeo sine respectu bonorum suorum prodigus, ut sestertium septuagies gulae ac libidini impenderit. Hujus libertum, Damam nomine, P. (imo: C.) Sallustius Crispus, historiarum scriptor, fertur centenis millibus conductum habuisse." Conferri jubet Heind. I, 8, 11; 2, 3, 175; Senec. de vit. beat. 11. 104. *vappam — ac nebulonem*. Haec etiam I, 2, 12 conjuncta, tanquam in proverbio.

105. Porph. ex emendat. Ruhnkenii ad Vellej. 2, 63.: *Tanais spado fuit, ut quidam ajunt, Maecenatis libertus; ut nonnulli, L. Munatii Planci*. 111. *majori*. Zurck. in varr. lectt.: *meliori*. 120. De Crispino vide ad 4, 12.

Sat. I, 2, 1. De *Ambrahajis*, tibicinis Syriis, vid. [illegible] abri

Thesaur. erud. Schol. et H. *Mendici.* Citharoedi et id genus circumforanei, Galli, agyrtae etc. De balatronibus ad 2, 3, 166. 3. Schol. Cruq.: M. Tigellius Hermogenes musicus peritissimus et vocis examiae, C. Caesari dictatori et post Cleopatrae acceptissimus (cf. Cic. Ep. ad Fam. 7, 24.), Augusto quoque Caesari amicissimus eo, quod dulce caneret et urbane jocaretur adeo, ut inter familiares et domesticos haberetur. — Acr.: Mutato nomine per invidiam (?) cantorem pro musico obtrectatorie dicit. Fuit autem modulator optimus, in Sardinia natus. Is carmina Horatii negabat satis perite modulata, et idcirco carpitur ab illo. (Cf. 4, 72; 10, 90 sequ.)

13. *perditior.* Var. lect. Zurck.: *proditior.* Festus: *prodit, perdit.* Nec tamen novandum puto. 18. Ita distinguendum: *At in se — facit hic? — Vix* etc. Est occupatio seu quaestio ficti interloçutoris, ad quam quaestionem respondetur verbis *Vix* etc. 25. Schol. Acr.: Maecenatem tangit. Scholl. Porphyr. et Cruq.: Malthini nomine quidam Maecenatem significari suspicantur. Cf. Heindorfio laudatos de mollitie Maecenatis Auctorem Eleg. in Obit. Maec. 21.;

(Quod *discinctus* eras, animo quoque, carpitur unum,
Diluitur nimia simplicitate tua.
Sic illi vixere, quibus fuit aurea Virgo,
Quae bene praecinctos postmodo pulsa fugit.
Invide, quid tandem *tunicae* nocuere *solutae*?)

Vellej. 2, 88.; Juvenal. 1, 190. Senec. Epist. 114.: Quo modo Maecenas vixerit, notius est quam ut narrari nunc debeat, quo modo *ambulaverit*, quam delicatus fuerit, quam cupierit videri, *quam vitia sua latere noluerit.* Vanus itaque metus virorum doctorum, ne haec verba offensioni esse potuerint Maecenati: nam Agrippae quidem quid hic rei sit, non video. *Stultus* dicitur, quicunque imprudenter aut inepte agit. Cf. 5, 82. Afranius apud Isidorum libro 10. litt. S.:

Ego stultum med existumo; *fatuum esse non opinor.*
iamb. tetram. cat.

nam sic legendum. Persius 1, 116.:

Omne vafer vitium *ridenti* Flaccus *amico*
Tangit.

Num agnoscis Maecenatem? Nam quod unumquemque lectorem intelligi putat Gesnerus, fallitur. Ceterum scriptura *Malthinus* seu *Maltinus* non male defenditur, tanquam derivata a graeco verbo μάλθων, vel ab obsoleto *malta*, quod mollem significabat apud veteres Latinos, et a Lucilio positum fuit, teste Nonio, in Satirarum libro 27. Suae lectionis, quam probavit Fea, originem Bentlejus repetit a nomine Rom. *Malchus*, quemadmodum Albinus, Augustinus, Rufinus et ejusmodi alia dicuntur. 27. *Gorgonius*. Id nominis, quod legitur etiam apud Ciceronem Br. 48., si a Gorgone deducas, ut faciendum videtur, versum non intrat, quippe quod Graece sonet Γοργόνιος, pro Γοργόνειος. Recte igitur, me judice, Bentlejus aliique secundum codd. et vetustas inscriptiones: *Gargonius*, cui nomini similia sunt *Gargennius*, *Gargilius*, *Gargilianus*. 30. *fornice stantem*. Vid. ad 2, 3, 43. 32. *Sententia dia Catonis*. Περίφρασις personae, ad imitationem Graecorum facta. Vide Heind., et, quem laudat, Lamb. ad Od. 3, 5, 13. Cf. Sat. 2, 1, 72. 38. *Moechos* editum a Bentlejo, quem probat etiam Heind., secundum codd. et Scholiastas vett., qui sic: Urbane abutitur Ennianis versibus. Ille enim ait:

> Audire est operae pretium, procedere recte
> Qui rem Romanam Latiumque augescere voltis.

41. *ille flagellis* etc. De poenis adulterorum vid. ad 2, 7, 61.

46. *Galba negabat*. Schol. Cruq.: „Supple: iure factum. Notat hic amare Servium Galbam jurisperitum, qui quasi contra manifestum scelus pro adulteris responderet, non jure factum esse, ut testes amputarentur, quia primo adulterii poena pecuniaria erat. Sed erat hic Galba insignis moechus et matronarum sectator.“ Dici fortasse Servium Galbam, unum e percussoribus Caesaris, proavumque imperatoris Galbae, non inepte censet Heind. Cf. Ernest. Clav. Cic. 48. Scholl. Acr. et Cruq.: „Fertur Sallustius Crispus tanto ardore insanivisse in libertinas, quanto moechus in matronas; quod cum illi in senatu a censoribus objectum esset, respondit, se non matronarum, sed libertinarum sectatorem esse. Quare ex senatu ejectus est, quod ipse excusat in Catilinae libello.“ In his duo Sallustios confusos recte Heind. existimat, historicum

et ejus ex sorore nepotem, Augusti familiarem (Lips. ad Tacit. Ann. 1, 6.), cui Od. 2, 2. inscripta sit. Cupiennium quoque Augusti familiaritate clarum dici in Scholiis, nec tamen propterea Nostrum ei pepercisse, ut nec Tigellio, quem tantopere Augustus dilexerit. Contraque non semel laudari in his carminibus eos, qui olim imperatoris adversarii fuissent. Sane scintillae aliquae etiamnum supererant veteris παῤῥησίας. Cf. Epist. 1, 8, 17, et dicta ad Od. 2, 7, 9 seqq. et 4, 15, 9.

53. *hóc*. propter hoc, hac in re, vel hanc ob causam. Cf. 1, 10, 17. 54. Var. lect. Zurck.: *amet*. Vid. ad 2, 7, 31.

55. *Originis*. Vide ad 10, 77. 57. Verba haec non Marsaei, qui error est novissimi in Germaniâ editoris, sed Sallustii, ut recte se habeat *est* sequente versu. Superiore *donat* sive pro *donavit* positum putes, sive (quod malim) tempus praesens pro perfecto usurpatum existimes Graecorum more (vid. Eurip. Hecub. 10, 21, 23, 25 etc.), perinde est. Cf. 1, 6, 13. Ceterum suavius, utpote m litteris non concurrentibus, codex Vr. I.: *donat mimae*. 63. *peccesne*. Hoc latinum, non alterum. Vid. Bentl. Var. lect. Zurck.: *Est an m. a. peccesve t.* 69. *Quid vis tibi?* Vid. ad 2, 6, 29. 80. Var. lect. Zurck: *Nec magis hinc* etc. 81. *tuo* etiam MSS., ne quis hanc lectionem excogitasse Bentlejum putet. Quae quidem verissima est, et Scholiastarum explicationibus confirmata: nam quid hoc sibi vult, propter lapillos pretiosos non tenerius rectiusve esse matronae femur aut crus, etiamsi Cerinthi sit, id est, ut Baxtero placet, non mihi, quale Cerinthi, quo quidem delicatius fingi nihil poterat? Unum me male habet, rudior ille sermo: *sit* licet (femur aut crus) inter niveos viridesque lapillos, quomodo haud scio an locuturus nemo fuerit, nedum elegantissimus Horatius, cum praesertim omissis verbis *sit licet* tamen sententia sua constet loco. Quare non invitus reposuerim per εἰρωνείαν:

> Nec magis huic inter niveos viridesque lapillos
> *Scilicet*, o Cerinthe, tuo tenerum est femur etc.

Ea vocabula non semel mixta. 86. *Regibus*. Vid. ad Epist. 1, 7, 37. 105 — 108. Locus expressus ex Callimachi epigrammate 33. Post alios indicaverat Gesn. 107. var. lect. Zurck.:

Captat etc., solita n et p litterarum confusione. 116. *Pavonem* primus Romanorum mensae adhibuit Hortensius. Varro de R. R. 3, 6. Plin. H. N. 10, 20. Aelian. Var. Hist. 2, 5. *Rhombus*, ψῆττα (Athen. 7. p. 330), pleuronectus rhombus Linn., Butte. H. Vid. ad 2, 2, 22. 119. *Venerem.* Recte Parmenses: *venerem*, ut ubique scribendum est, ubi res significatur, non persona. Et sic in similibus. Cf. 1, 3, 109; Od. 3, 12, 1; 3, 15, 5 etc. Vidit etiam Fea nonnunquam, velut A. P. 414.

121. Operae pretium videtur adscribere illud epigramma, Philodemo tributum, quod, in codicis Heidelbergensis folio singulo scriptum, et in schedis Crozianis repertum, primus vulgavit Reiskius Anthолog. pag. 111. *nro.* 651, deinde excudi jussit Brunckius Analectt. 2. p. 85. *nro.* 9., Jacobsius autem τῆς νοθείας non immerito insimulat, et ab aliquo viro docto, his ipsis Horatii verbis ad tale quid ludendum commoto, fictum arbitratur libri menstrui, a F. A. Wolfio editi, qui liber inscribitur Litterarische Analecten, fascic. 2., Berol. 1817., pagg. 359. seqq. Sic igitur se habet carmen:

Εἰνὶ μύχοις καρδίας δοιὰς περιθάλπω ἔρωτας,
Τὸν μὲν Ῥωμαΐδος, τὸν δὲ Κορινθιάδος.
Ἡ μὲν ματρώνας τε τρόπες καὶ ἤθεα στέργειν
Οἶδ' ἀπὸ κοκρυφάλε μέχρι περισκελίδων·
Ἡ δὲ χυδην παρέχει, πάσῃ φιλότητι προσηνῶς
Πλαστεργᾶσα τύπες τὰς Ἐλεφαντιάδος.
Εἰ δέ μίαν ταύταιν, Πείσων, μ' αἱρεῖσθ' ἐπιτέλλεις,
Εἰν Ἐφύρῃ μίμνω, τὴν δ' ἄρα Γάλλος ἔχοι. (*)

Versu penultimo vulgatum hoc Πεῖσον, μ' αἱρεῖν correctum

(*) Ita vertas licet:

Pectore nos imo duplices nutrimus amores,
Romanâ genitos atque Corinthiacâ.
Altera matronae mores colit acris, ad ungues
Usque a verticibus proxima Penelopae;
Altera sed fuse praebet, veneremque per omnes
Expressisse modos scit Elephantiados.
Quodsi quaeris, utram studeam mihi jungier harum:
Laudo Ephyren; istam Gallus habere potest.

est Jacobsio, quem vide l. l. 125. sequ. Lepide Lafontainius (Conte: Le Cas de Conscience):

Les gens du païs des fables
Donnent ordinairement
Noms et titres agréables
Assez libéralement.
Cela ne leur coûte guere;
Tout leur est Nymphe ou Bergere,
Et Déesse bien souvent.
Horace n'y faisoit faute.
Si la servante de l'hôte
Au lit de nôtre homme alloit,
C'étoit aussi-tôt Ilie,
C'étoit la Nymphe Egerie,
C'étoit tout ce qu'on vouloit.

129. Recte quidam apud Scholiastas et Mss. plurimi: *vepallida*, hoc est valde vel male pallida. *Vae* friget.

Sat. 1, 3. Praescriptum in edit. Henricopetr. 1.:

Tertia Stoïcidas taxantes crimina taxat.

4. *qui cogere posset*, *Si peteret* etc. Vid. ad 8, 59.

7. *Io Bacchae* etiam aliquot codd. Mss. et ed. Mediol., anno 1477. excusa. Vide Turnebi Adverss. 13, 1. Sed vulgata lectio non male defenditur. 8. Var. lect. Zusch.: *resonare*.

10. In iisdem lectt. habetur, nescio unde: *persaepe velut si Junonis sacra ferret*. 11. Imo secundum lectionem cod. Vossiani *halebat*. 12. *Reges atque tetrarchas*. Vid. ad 2, 2, 101.

20. Recte Gesn. *et* pulcrum ἦθος habere dicit, tanquam non acriter contendentis. Cf. 1, 4, 130, 139; 1, 6, 65 seqq. 25.

Cum tua pervideas oculis mala lippus inunctis.

Locus ab interpretibus varie tractatus, quorum opiniones excutiens H. Stephanus diatr. de observationibus suis in Horatium p. 85.: „Verbo," inquit, „*pervidere* Sat. 3. lib. 1. aliam quàm quae passim in usu est significationem dari apud hunc poëtam, non miror: quum ea, quae illi adjuncta sunt, eam prima fronte repudient. Sed tamen et illi posse suam significationem relinqui dico, atque adeo planè relinquendam

esse contendo. Judicent lectores, an ego in verbo *pervidere* aliquid acutius quàm ceteri videre potuerim. Ita igitur Horatius:

Quum tua pervideas oculis mala lippus inunctis,
Cur in amicorum vitiis tam cernis acutum,
Quàm aut aquila, aut serpens Epidaurius?

Hoc loco Petrus Victorius et Petrus Nannius (aliorum enim expositiones prius recensere libet) tradunt pervidere idem esse quod παραβλέπειν (*), non admodum contentis oculis intueri, negligenter adspicere. In quo certè magnam (quod tantorum virorum pace dictum sit) praepositioni injuriam faciunt, quum eam ad minuendam significationem adhiberi dicunt, quae contra augere eam solet. Quidvis potius faciendum est, quam ad hujusmodi expositiones, quae sermonis vel Latini vel Graeci consuetudini vim afferunt, confugiendum. Quid hìc Lambinus? *Existimarim*, inquit, *hoc loco contrarium significare, propter has voces adjectas* oculis lippus inunctis, *sicut suprà dixit, Od. 7. lib. 3.*, nam scopulis surdior Icari Voces audit adhuc integer. Verùm hìc Lamb. ex malo uno in alterum, et fortassis ex Scylla in Charybdin incidit. Quomodo enim hoc rationi consentaneum fuerit, ut quis id significare velit, quod contrarium est significationi verbi, quo utitur? Scio equidem nos audacem interdum vocare, quem timidum esse innuimus; prudentem, quem pro inconsulto et incogitante haberi volumus: sed hoc fit per ironiam, quam hìc neque ipse Noster constituit, neque quisquam constituere potest. Jacobus Cruquius, qui post Lambinum non minus laboriosos quàm doctos in Satyras hujus poetae commentarios scripsit, simúlque veteres quosdam edidit: *Quid si* pervidere, *inquit*, oculis inunctis, *sit* videre per oculos inunctos, *ita ut praepositionis vis transeat in instrumenta videndi, manente verbi proprietate.* (**)? Haec ejus est sententia;

(*) Comparat Victorius versus illos ap. Plut. Περὶ εὐθυμίας p. 469 B.:

Τί τἀλλότριον, ἄνθρωπε βασκανώτατε,
Κακὸν ὀξυδερκεῖς, τὸ δ' ἴδιον παραβλέβεις;

Bo.

(**) Monstrosa profecto explicatio, quam et ipse Cruquius in ed. anni 1611. repudiavit, Stephanique sententiam amplexus est. An vo-

eamque potius quàm alterutram ex superioribus sequerer, ut minus violentam, si è tribus unam sequi necesse haberem; sed aut ego valde fallor, aut ille quoque eam magis probabit, quam afferam; quae mihi in meo typographeio inter operas versanti, dum haec editio excuderetur, in mentem venit. Dico enim, Horatium verbo *pervidere* suam significationem reliquisse, sed eos reprehendere voluisse, qui quum se in cernendis suis ipsorum vitiis summa perspicacia uti simularent, contrà ad ea conniverent, et pro perspicacibus et Lynceis oculis, quibus utebantur in adspiciendis aliorum vitiis, lippos et inunctos oculos afferrent. Q. d.: Quum tu ad pervidendum scilicet tua vitia oculos lippos et inunctos afferas. — Vel, Quum connivente quadam perspicacia utaris in cernendis tuis vitiis. Vel, Quum tu, qui perspicax in vitiis tuis videri cupis, tanta perspicacia utaris, quanta oculorum lipporum esse potest. Perinde enim loqui eum puto acsi quis diceret: Tu, qui tam fortiter plumbeo gladio hostes tuos invadis; vel, hostibus tuis resistis. Aut, Qui tam celeriter podagrosis pedibus incedis. Quale illud Maronis *ilia gradum studio celerabat anili.*" — Et ibid. p. 106.: „Dicitur enim (ut opinor) *lippus pervidere oculis inunctis* eodem joci genere, quo *inertiam* ab eo appellari *strenuam*, et quandam *sapientiam* dici *insipientem*, nec non *concordem* vocari *discordem* videmus, et si quod est aliud dictum, quod oxymorum nominetur." Ita vir eruditissimus, qui si verum non vidit, certe viam ad id inveniendum muniisse dicendus est. Significat autem *pervidere*, ut recte secundum alios monet Bentlejus, *acute et perspicue et penitus rem videre*; quo posito, si genuina sit ista lectio apud Nostrum, dubitari non potest, quin vel oxymorum usurparverit, vel ironice sit locutus. Quam rationem nescio quo modo Heind. omnino rejicit, neque Gesneri probat, verbo *pervidere* voluntatem tantum pervidendi inesse existimantis. Putat igitur, dictum hoc loco esse *pervidere* pro eo, quod est *perlustrare*. Sed eum usum exemplis vellem firmasset. Quod dum ab aliquo fiat, cum ipsi jam ad plures abeundum fuerit, alia nobis medicina circumspicienda erit.

lebat vir doctus, legendum esse: Cum tua per videas oculos mala lippus inunctos? Quanquam etiam haec medicina violentior. Bo.

Et Bentleji quidem conjectura, legendum esse *Cum tua tu videas*, quantum placet adhibito verbo *videas*, quo aptius hoc loco reperiri nullum potest, tantum displicet pronomine inutiliter inculcato; id quod sensit etiam Heindorfius. Redeundum ad membranas, si quae forte alia lectio in illis conspiciatur aptior vulgatâ. Atque ecce! plures et Feae et aliorum codd. habent *provideas*, ut commutari inter se solent, utpote similibus compendiis scribi solitae, *per*, *prae* et *pro* praepositiones. Eam scripturam Horatii esse contenderim, sed emendatam, ut verbis, quae male coaluere, distinctis, ita legatur:

Cum tua pro videas oculis mala lippus inunctis,

h. e. Cum videas, qui lippus sis, mala tua pro oculis inunctis, Cum ea sic videas, ut patiuntur oculi tui lippi; quemadmodum *pro virili*, *pro sapientia tua*, et similia plurima dicuntur, quae in lexicis perscripta sunt. Recte autem Schol. Cruq.: *Lippus, quasi lippus, ut Pers.* (I, 79.):

Hot pueris monitus patres infundere lippos
Cum videas.

Continue scripta verba *pro videas* quam facile pro uno vocabulo accepta a librariis fuerint, nemo non videt; ne dicam, fieri etiam potuisse, ut corrector aliquis data opera praepositionem verbo adjungeret, cum hyperbaton miraretur, immemorque esset similium locorum, qualis est ille notissimus:

Nec *super* ipse *suâ* molitur laude laborem.

Eo modo non pauca veterum scriptorum loca depravata. Vide nos ad tragoediae, quae inscripta est Octavia, versum 792. Quodsi tamen ea ratio durior cuipiam videatur, is vel legat, verbis transpositis et sine elisione (vid. ad Od. 3, 14, 11): *C. t. pro oculis videas m. l. i.*, quod itidem non ferens male feriatus aliquis διορθωτὴς fecerit *pro videas oculis*; vel per me reponat licet ipsum *provideas*, ut φίλαυτος iste oculis suis providere, i. e. cavere ac parcere dicatur, tanquam lippus, ne nimia contentione magis etiam debilitentur; verbaque *tua mala* Graeco more valere dicat *quod attinet ad tua mala*, quae mala seu vitia cum ad hominem pertineant, ipsiusque tanquam pars sint, offendi isto accusativo nemo potest, de quo cf. Stewech. Apul.

Quaest. I. 10. 43. Non hujus loci est *At*, sed *Aut*, quas particulas saepe confusas constat. Amatorum potissimum, ad vitia puellarum coecutientium, exemplum amicis proponit Horatius, et illuc praeverti jubet eos, quoniam amòri simillima est amicitia; aut, inquit, ut pater filii, sic amicorum debemus vitia tolerare. 48. *Balbutit.* Vid. ad 2, 3, 274.

53. Epist. 1, 16, 78. 56. seqq. Sic interpungendum: Probus quis nobiscum vivit, multum demissus homo: illi Tardo cognomen, Pingui, damus. *Probus quis*, non *probus aliquis*, quia *si* intelligendum est, ut mox in verbis *Simplicior quis* etc. Sententia est: si quis sit probus et multum demissus homo: eum tardum, pinguem, appellari per contemtum. Recte Lambinus, qui ἀσυνδέτῳ verborum *Tardo, pingui*, non modo offendebatur, sed etiam delectabatur, tanquam vere Horatiano. Cf. 85; 1, 39, 74, 77, 82, 84, 96 sequ.; 2, 1 sequ., 83, 85, 89, 93, 96, 98, 128 seqq.; 4, 15; 6, 33 seqq.; 7, 7; 9, 2; 2, 3, 94 seqq. 173; Od. 3, 18, 7; 24, 40; 4, 8, 29, seqq.; 9, 41; Epod. 1, 21; Epist. 1, 1, 38; Virg. Aen. 1, 599 sequ. etc.

64. Ita distingues: — *ut forte legentem aut tacitum impellat, quovis sermone molestus: communi sensu plane caret, inquimus.* Et sic fere Heind. Ceterum pro *impellat* Lamb. Cun. San. secundum Ms. et Scholl.: *adpellet.* 66. Male Heind. quoque: *Eheu.* Vid. Fea ad Od. 1, 15, 9, nos ad Plaut. Capt. 928.

96. *fere.* Vid. ad 2, 3, 32. 99. Vid. ad 2, 2, 93.

119. Var. lect. Zurck.: *insectere.* 120. Oratio solocca. Duo codd. Feae: *Nam ferula caedas meritum majora subire Verbera, non vereor*, omisso *ne*, ut in verbo *cavere* passim. De quo cogitandum. Certe interpunctione juvandus locus, ut sic scribatur:

> Nam ferula ut caedas meritum majora subire
> Verbera? Non vereor, cum etc.

ferula ut Vr. I. a m. 2. Vel legamus, usurpato asyndeto, quo Hic gaudet: — *flagello. Ne fer.* etc., ut *Nam* sit glossatoris.

126. Chrysippus princeps Stoicae philosophiae, ut audit apud Gell. 6, 2, πολυγράφος, et oraculis somniisque multum tribuens. Vidd. Heind. ad h. l. et Eichstad. ad Ommeren. in nota ad Epist. 1, 2, 4. 133. *barbam.* Vid. ad 2, 3, 35.

Sat. I, 4, 1. *Eupolis* etc. Vid. ad 2, 3, 11. 6. C. Lucilius Suessanus Auruncanus, eques Rom., magnus avunculus. Cn. Pompeji Magni, satirae apud Romanos inventor fuit, mortuus aetatis anno 46., U. C. 649. ante Chr. 101. Vide Casauboni notum librum de dramate satyr. et satira. *Secutus.* Secutus est. 2, 8, 2. 11. Cf. I, 10, 51. *A. P.* 368. De hoc loco nuper, quâ solet, subtilitate disputavit vir illustris, F. A. Wolfius, in Analectorum litterar., germanice scriptorum, fasciculo I. Sane *tollere* accipiendum est in bonam partem pro eo quod est *sumere*, sententiaque persimilis Virgilii, cum diceret, se aurum colligere de stercore Ennii. Vid. vetus Virgilii *βιογράφος* §. 18. Dicit Horatius, etsi lutulentus fluxerit Lucilius, tamen fuisse quod tolleret aliquis et servaret ejus dictorum atque versuum. 12. seqq. Male haec interpunguntur, quasi verbis *Garrulus — moror* Lucilius tangatur, de quo dictum modo est, cum his Crispinum perstringere Noster incipiat. Sic scribendum:

—— velles.
Garrulus atque piger scribendi ferre laborem
(Scribendi recte: nam ut multum, nil moror), ecce,
Crispinus minimo me provocat. „Accipe, si vis;
Accipiam tabulas etc.

Scholl. Acr. et Cruq. ad I, 120.: „*Crispini.* Philosophi cujusdam *loquacissimi* nomen, qui *ἀρετάλογος* dictus est; scripsit etiam versus de secta Stoica.“ *Ecce* primum fere locum occupat in oratione; est tamen ubi aliter placet scriptoribus. Infra 9, 60.: Haec dum agit: *ecce*, Fuscus Aristius occurrit. Virg. eclog. 2, 45.: tibi lilia plenis, *Ecce*, ferunt nymphae calathis. Eclog. 3, 50.:

Audiat haec tantum vel qui venit, *ecce*, Palaemon.

(Graece dicas *δεικτικῶς*: *ὃς ἔρχεται ὅδε Παλαίμων.*) Georg. I, 107.:

Et cum exustus ager morientibus aestuat herbis,
Ecce supercilio clivosi tramitis undam
Elicit.

Cf. ibidem 406 sequ.; Aen. 2, 270, 682; 3, 219. Lucan. I, 626.:

Quodque (nefas) nullis impune apparuit extis,
Ecce, videt capiti fibrarum increscere molem
Alterius capitis.

Stat. Theb. 3, 530; 7, 172; et inprimis 5, 503.: gratique inventrix fluminis *ecce*. Apulejus Met. 1. p. 95. ed. Plantin.: Erit tibi adjacens, *ecce*, illud cubiculum honestum receptaculum. 21. De Fannio vid. ad 10, 78. 25. *erue*. Tanquam turba obrutum. Id cur prorsus ineptum (ganz ungereimt) dicat Heind., non intelligo. 26. *Delutis*. In bibliothecam. Vid. ad Epist. 1, 3, 17. 27. *insanit*. Ita cod. Gotting., edit. princeps Zarott., Mediol. 1477., Ven. 1479, Bentl. secundum suos libros, aliique. Vulgo: *insanus* 28. Eleganter, sed frustra, Burm. ad Lucan. 8, 16.: *aera*, siquidem utroque modo recte dicitur. Confert Heind. 2, 2, 5; 2, 7, 95; Od. 2, 13, 33. Ceterum Albius idem fortasse, cujus filium infra notat 109; nequaquam vero poëta Albius Tibullus, quod Baxtero in mentem venit, quem presso nomine refutat Heind.

35. Verissime, etiam Heindorfio judice, Rutgersius: *dum modo risum Excutiat tibi*. Recte Heind.: *Excutere risum* bezeichnet nicht ein lautes Gelächter (*cachinnus*), sondern ein mit Gewalt abgenöthigtes, wie *excutere alicui lacrimas*, *sudorem*, *vomitum* (gesagt wird). Wie kann dies hier eine Bezeichnung des boshaften Satirikers seyn, er nöthige sich selbst mit Gewalt zum Lachen? Andre vielmehr zwingt er dazu, indem er *risus captat hominum famamque dicacis* V. 83. — Von ganz anderer Art ist die Stelle bei *Persius* 1, 12. *Quid faciam? Sed sum petulanti splene: cachinno.*"

39. *poëtis*. Ita Acron ad Sat. 1, 6, 25, quem sequitur Bentl.

49. Non ὑφ' ἓν accipienda mihi videntur verba *meretrice* et *amica*, quae sic juncta me legere non memini. Sic scribam potius: *quod meretrice nepos insanus*, „*amica*," *Filius uxorem grandi cum dote recuset*, ut ex sua sententia *meretricem* pater saevus appellet mulierem, ex filii vero *amicam* κατ' εἰρωνείαν: nam per χαριεντισμὸν dici coeptum, praesertim ab amatoribus, ἑταῖρα et amica pro πόρνη et meretrix. De ἀσυνδέτῳ vide ad 3, 56 seqq. 50 sequ. Etiam Zurck. in variis lectt.: *recusat, ambulat*. Conjunctivum, qui est in vulgatis libris, sic explicabis, quasi haec sint verba patris in comoe-

diâ, narrantis, filium uxorem recusare, et commissari interdiu. 65. *Sulcius et Caprius.* Porphyr.: Hi acerrimi delatores et causidici fuisse traduntur et ideo rauci, quod in contentione judiciorum clament. Cum libellis autem, quibus annotant, quae deferunt. Temere Erasmus: *raucus.* 69. Cod. Hanov. apud Gesn.: *Ut si tu.* 70. Recte codd. aliquot Torrentii: *Non ego sum,* ut ab his verbis incipiat ἀπόδοσις. Probavit etiam Heind.

79. *Inquit*, intellecto *aliquis*, non *inquis*, usurpari, ubi refertur sermo incerti alicujus hominis vel vulgi, monuere Bentl. aliique ad h. l., Gronov. ad Liv. 34, 3, Ernest. in Clav. Cic. v. *Inquit.* Ita φησὶ pro φασὶν apud Graecos seriores, velut Longin. de Sublim. 1. et 24., ubi ejus loquendi formae oblitum Toupium esse observat Heind. 88. Schol. Cruq.: *Praeter convivatorem, qui praebet convivium, qui pascit. Postea convivatorem etiam carpit.* De usu aquae calidae et frigidae in conviviis vide Lipsii Elect. 1, 4. Cf. Sat. 2, 2, 69; Epist. 1, 18, 11. 93. Var. lect. Zurck. *si quae.* 94. Schol. Cruq: „Fingit, se loqui cum amico Petillii Capitolini, qui cum praecesset Capitolio, *unde Capitolinus dictus est* (hoc falsum, siquidem Capitolinus et Spurinus vetera Petilliorum fuere cognomina: vid. Heind. et, quos laudat, Torrent., Vaillant. Numm. Famill. Rom. V, 2, p. 222.) accusatus est, quod coronam Jovis Capitolini rapuisset; quare ipse sublatae coronae causam dixit et absolutus est a judicibus in gratiam Augusti, cujus amicus erat.“ Ceterum cod. Gotting.: *Capitolinis.* 100. Nescio, qua ratione inductus primam syllabam verbi *loligo* brevem putet Italicus editor, propterea quae scribi jubeat *lolligo*, ut *rettulit* etc. 102. *ut si qui promittere de me Possum aliquid, vere promitto.* Sic Fea secundum libros suos. Sed *qui* vellem explicasset: nam *quâ* id interpretantem in Plauto ferrem, in Horatio vix et ne vix quidem fero, ut cui locus, ubi potestatem eam habeat apud Nostrum, succurrat nullus. Igitur, dum id explanatum ab aliquo fuerit, perstemus in scripturâ vetere hac: *ut si quid promittere de me Possum aliud vere, promitto, hoc est: ita promitto, ut promittere soleo, si quid* etc. h. e. gravissime promitto. Nulla h. l. synchysis. 105. *Insevit p. o. hoc mi* est in variis lectt. Zurck. Cf. 3, 34, quo loco item codd. aliquot Fcae: *insueverit.* Zurck.: „*Hoc* in ablativo. *Insuescere juven-*

cum plaustro aut aratro, *insuescere pecus amurca*, Columella dixit." Heind. cum duplice accusativo construi hoc verbum putat, quo modo Graeci dicant ἐθίζειν τινά τι, εἴθισμαι τοῦτο. Sed exempla latina, quae quidem certa sint, desidero. Ceterum recte monet, etiam verba *adsuescere*, *consuescere*, *desuescere* pro activis nonnunquam esse. Cf. 2, 109.

123. *Ex judicibus selectis.* Viris fere optimis. Vid. Clav. Cic. v. Selectus. Cf. 2, 7, 54. 124. *factum* fere codd., nec male. Vid. Heind. Sequente versu rectius Feae visi libri Vp. C. An. A.: *addubitas*. 131. *teneor*. Ludov. Desprez. et Wak. ad Lucret. 3, 313.: *tentor*. Anglus comparat Epist. 1, 18, 80: si *tentent* crimina. Sed frustra. 133. De lectulis lucubratoriis vid. Casaub. ad Suet. Aug. 78.

Sat. 1, 5, 2. Haud scio an hic rhetor sit Heliodorus ille metricus, de quo bis Hephaestio, et Marius Victorinus his verbis p. 2541. Putsch.: „At Juba (rex Mauretaniae) noster, qui inter metricos auctoritatem primae eruditionis obtinuit, insistens *Heliodori* vestigiis, *qui inter Graecos hujusce artis antistes aut primus aut solus est*," etc. Certe res metrica non abhorret ab officio rhetoris, litteras docentis et eloquentiam; neque ejusmodi hominis commercio invitus usus fuerit Flaccus noster. Alius haud dubie grammaticus, quem perstringit Lucillius Antholog. Palat. 2. p. 361. 3. *longe* etiam Zurck. in ordine.

4. Imo fallitur bonus vir Acron, uti passim. Nam Fori Appii malignos esse, quid mirum? aut quo in loco non sunt? Sed differtum illud oppidum dici nautis et cauponibus, id vero χαρακτηρισικόν: nam eorum magna ibi frequentia propter fossam inde ductam usque ad Anxurem seu Terracinam, urbem Latii; de quâ fossâ sic Strabo 5, 6.: „Prope Terracinam, quâ Romam itur, propter viam Appiam fossa longa ducta est, quae palustribus fluvialibusque impletur aquis. Ea noctu maxime navigatur, ut, qui navem vesperi intrant, mane egressi, Appiâ viâ pergant; sed etiam interdiu remulco navigia trahuntur ope mulorum." Caupones *maligni* audiunt h. l., ut *perfidi* 1, 1, 29.: nam *malignus* proprie contrarius est *benigno*, significatque eum, qui minus justo alteri tribuit, id quod facere solent caupones, nihilo tum honestioris loci homines quam lenones, ut monet Casaub. ad Theophrast. charact.

περὶ ἀπονοίας. Legendum igitur uno tenore: *cauponibus atque malignis*, hoc est: et malignis cauponibus. Minus recte San.: L'épithète (*malignis*) se rapporte en commun à *nautis* et *cauponibus*. Les cabaretiers ne valent guère mieux que les batteliers, surtout dans ces petites bicoques qui sont sur le bord des rivieres dans une route de grand passage. La rudesse des moeurs et l'avidité du gain les expose à quantité de friponneries. — 5. *Hoc iter*. Haec verba nihil aliud significare possunt, nisi iter Roma ad Forum Appii; atqui id quidem iter non fuit divisum, sed a Foro demum Appii fossa ducta opportunitatem praebebat Anxurem navigandi, qua opportunitate usus est Flaccus tardior. Ergo *Hoc* falsum videtur, et reponendum *Hinc*, a Foro Appii, quomodo *hunc* pro *hoc* scribendum vidimus Sen. Herc. Oet. 449, similiaque passim confusa sunt in MSS. Vel certe leg. *Hŏc*, ob hoc, nautas. *Altius praecinctis*. 8, 10. 12. *Trecentos inseris! Ohe, jam satis est*. Recte, quidquid dicunt, Porphyrio: „Verba sunt nautae irascentis, cum plures navi imponantur, quam pepigerat.“ Servus: *Huc appelle!* quo dicto adducit dominum aliosque eum comitatos. Qui cum nimis multi videantur nautae, arcere partem studet, acclamatque servulo: *Trecentos* etc. Fidejussorem pro ea explicatione dabo ipsum Horatium versu praegresso, ubi inordinatum clamorem (*convicia*) sustulisse inter se dicuntur *pueri*, seu servi, *et nautae*, non eorum alterutri soli. Jamque ipsa illa convicia ponit, ubi ineptum foret minimeque dramaticum, illorum tantummodo voces referre, horum ad eas respondentium negligere. Igitur sic distinguendum:

> Tum pueri nautis, pueris convicia nautae
> Ingerere: „Huc appelle!“ — „„Trecentos inseris! Ohe,
> Jam satis est.““

32. *Capitoque simul Fontejus*. Heind. Cajum Fontejum Capitonem fuisse suspicatur, qui consulatum gessit cum Germanico A. U. 765, sive A. C. 15. 34. 35. Similis scriba iste, praetorem agens, Campanis illis duumviris, de quibus Cic. Orat. de leg. agr. 2, 34., ut monet Gesn. Ceterum de bacillis lictorum in coloniis (nam Romae fasces habebant) hic non cogitandum, sed de *baculo pruneo*, quem pro scipione Consulum ebur-

neo gestabat superbus iste scriba, cum non contentus esset, praetextam praetorum et tunicam senatorum Rom. laticlaviam occupasse, sed, praetorem agens, qui quasi consulis vicarius, illud quoque summi magistratûs insigne sibi arrogaret. Nam recte, si quid sentio, Junt. 1503.: *bacillum*, neque aliud velle mihi videntur libri, in quibus est *batillum*, c et t litterarum inter se permutatione minime insolitâ. Sed ipsum illud, quod in multis codd. legitur, *vatillum* eodem pertinet, b et v litteris confusis, ut passim factum. Nam *vatillum* dictum esse pro eo quod est *vasculum*, quis credat Scholiasti, toties hallucinato? et *prunae* seu *prunarum*, h. e. prunis repletum, vasculum, utcunque interpreteris, quomodo dici potest *praemium*, sive insigne dignitatis praetoriae vel consularis? Legendum cum H. Baruffaldo *prunique bacillum*, h. e. bacillum seu baculum pruneum sive e pruno factum, quo modo Ovidius dixit *baculum olivae* Met. 2, 681. Profecto ridendus erat ejusmodi baculus, pro consulis scipione usurpatus; sed *prunarum vasculum* ut dici possit praemium sive insigne, nihil habet quod rideas; neque dubitandum mihi videtur quin pru*nae* scriptum forte sit pro pru*ni*, ut *ae*gre pro *i*gne apud Ovidium Met. 7, 555, et *ma*nus pro *mi*nus Senec. Herc. Oet. 273, ubi videsis, quae annotamus. 37. Mamurrarum urbs Formiae. Vid. Ern. Clav. Cic.

39. L. Licinius Varro Murena, affinis Maecenatis.

40. Plotius Tucca. Cf. 1, 10, 81, Serv. ad princ. Aen., Virgilii vetus biographus §. 14. sequ. L. Varius, poëta epicus et tragicus. Cf. 6, 55; 9, 23; 10, 44; A. P. 55; Od. 1, 6; Quinctil. 10, 1; Voss. ad Virg. ecl. 9, 35.

46. *parochi*. 8, 36. 49. *crudis*. Vid. ad Epist. 1, 6, 61.

52. Rectius, qui *Cicirrhi*, quo modo Callirhoë, Pyrrhus et ejusmodi alia scribuntur: nam graecum nomen est.

54. *Osci*. Vid. ad 9, 29. 57. *at ipse* Zurck. in variis lectt.

60. Rectum est *miniteris*, quandoquidem causale est *cum*, ἐπειδήπερ. Vid. Heind. Longe alia ratio loci, si forte, Ciceroniani. 67. *Deterius nihilo* etiam Zurck. in ipso ordine.

68. Mala lectio in variis Zurckianis *nunquam*.

72 Pene macros arsit dum turdos versat in igne.

Cum *ardere* sit fere verbum neutrum, ut ambigui nihil habeat

oratio, non recedendum videtur ab hac omnium librorum lectione numerosiore, quam ab se inventam uterque Scholiastes antiquus explicat. Lambinianus versus ex iis est, quos *polyschematistos dactylicos* vocat Marius Plotius in libro de Metris p. 2629. Putsch., cum unus pes est dactylus, ceteri spondei; quales versus non temere et nullo consilio usurpantur. De *turdo* ad 2, 5, 10. 78. *Atabulus.* Horatianum ventum eum appellat Gellius 2, 22., propterea quod Appulus fuit Flaccus. Plinius H. N. 17, 25.: „Quaedam temporum causae aut locorum non proprie dicuntur morbi, quoniam protinus necant, sicut tabes cum invasit arborem, aut uredo, *vel flatus alicujus regionis proprius, ut est in* Apulia *Atabulus*, *in Euboea Olympias.* Seneca, notante Heindorfio, Quaest. nat. 5, 17: „*Atabulus Apuliam infestat*, Calabriam Iapyx, Athenas Sciron, Pamphyliam Cataegis, Galliam Circius.“ Brydonii quoque Iter in Sicil. et Malth. epist. I. conferri jubet Heind., monetque hunc eum ventum esse, quem Itali hodierni vocent *Sirocco.*

79. *crepscmus.* Crepsissemus. Vid. ad A. P. 129.

87. Disputant de nomine hujus oppidi, quod esse Equotutium vix potest, situm illud in fine Campaniae secundum Itineraria Antonin. p. 111. et Hierosol., cum ibi villam Trivici ponat h. l. vetus Scholiastes, a qua villâ illud oppidum viginti quatuor millia abfuisse poëta dicit. Qui Arpos sive Argyrippam intelligunt, non eo refelluntur, ut putat Cluverius I. l., quod utrumque nomen admittat versus heroïcus, siquidem re vera Argyrippae intrare ejus generis versum unum non potest, duo potest, ut nomina Ἀργυρογείτων et Ἀπολλόδωρος in carminibus Simonidis et Nicomachi apud Hephaestionem edit. Paris. 1553. p. 14. Sed *non nostrum est tantas componere lites*, nisi quod non duo nomine Equotutii oppida, unum in finibus Campaniae, alterum in media Apulia, fuisse crediderim, id quod non nomini in mentem venit; qui tamen recte monet, ut Arpos, ita etiam vicinum ei oppido Canusium (Strab. 6, 9) et Beneventum ipsumque Equotutium (Serv. ad Aen. 8, 9) a Diomede condita vulgum putavisse. De Canusio vide plura ad 10, 30. Via Herculea dicta notiore nomine *Minucia.* Vide Clav. Cic. v. *Via Minucia*, et Feam ad Epist. I, 18, 20. 91. *dulcior* Torrentii Mss. 3 et unus Cruq. 97. *Gnatia.* Recte Vitus Maria.

Quare cum Cruquio legendum Mel. 2, 4: *Post Burium Egnatia* etc. non, *et Gnatia*, ut vulgo. Var. lect. Zurck. *Nymphis*, quod fortasse verum. Quanquam similiter apud Heind. Varro (Augustin. de civ. dei 4, 22.): „Ex eo enim poterimus scire, quem cujusque rei causa deum advocare et invocare debeamus, ne faciamus, ut mimi solent, et optemus a Libero aquam, a Lymphis vinum." Et de Re rust. 1, 1.: „Nec non etiam precor Lympham et Bonum Eventum," etc. Quibus inductus locis Heind. dedit *Lymphis*. 99. Plinius H. N. 2, 107.: In Salentino oppido Egnatia [nunc *Monopoli*] imposito ligno in saxum quoddam ibi sacrum protinus flammam existere (reperitur apud auctores). 100. *Judaeus Apella:* nam sic scribendum. Recte Bentl. epist. ad Mill. p. 520. ed. Lips.: „Judaei habitabant trans Tiberim, et multo maximam partem erant libertini, ut fatetur Philo in legatione ad Cajum. *Apella* autem libertinorum est nomen satis frequens in inscriptionibus vetustis. Cic. Ep. 7, 25.: Ne Apellae quidem liberto tuo dixeris. Itaque *Credat Judaeus Apella*, quasi tu dicas: Credat superstitiosus aliquis Judaeus Transtiberinus." Neque aliter nomen Apellae intellexisse Gatakerum Advers. miscell. posth. c. 35. p. 790. C., monet Heind. Apage igitur nugas Scholiorum, quae mangonum tam saepe manus passa sunt! 101. Epicureorum dogma. Vid. Heind., qui laudat Diog. Laërt. 10, 139, Cic. de N. D. 1, 17., ibique Davis. Lucret. 5, 83 et 6, 57.:

Nam bene qui didicere, *deos securum agere aevum*, etc.

104. *Brundisium*. Vid. ad Epist. 1, 17, 52.
Sat. 1, 6, 3 sequ.:

Nec, quod avus tibi maternus fuit atque paternus,
Olim qui magnis regionibus imperitarunt,

Hoc est: Nec quod habuisti, quos quisque habuerit necesse est, avos paternum et maternum, qui avi magni reges fuere. Sententia inepta, nec quam exprimere volebat scilicet Horatius, sed hanc, Maecenatis avos fuisse magnos reges. Ergo legendum ex aliis libris *imperitarent*, ut intelligatur, Maecenatis avos fuisse tales, qui magnis regionibus imperarent. Sensit pridem Bentlejus. Verba *legio* et *regio* etiam alibi confusa, velut Lucret. 1, 470. Valer. Flacc. 6, 48, ut monet Eichstad. ad Om-

meren.; nec valde dubitandum videtur quin rectum sit h. l. *regionibus*, cum Cilnii summis Romae dignitatibus functi non fuerint ante Maecenatem, itaque in avis illis intelligendi sint Lucumones, reges Etruscorum. Vidd. Wak. Wieland. Heind. ad h. l., Eichst. l. l., et, quos ad partes vocat Heind., Liv. 10, 3, Sil. Ital. 7, 29, Dempster. Etrur. reg. 2, 54, Meibom. Maecen. c. 3, Niebuhr. histor. Rom., germanice script., vol. I. pp. 80 sequ. Una me res suspensum detinet, quod stirps regia Maecenatis satis significatur verbis *nemo generosior est te*, cumque regum jus sit in populos, inutile videtur denuo de imperio dicere Lucumonum, aptissimum vero est, quem Lydorum generosissimum vocavit Noster, hoc est *regum* progeniem, eundem jam bellica quoque majorum gloria decorare. Sic passim *domi bellique seu militiae* clari dicuntur. Sallustius Catil. c. 2.: „Quodsi *regum atque imperatorum* animi virtus *in pace ita uti in bello* valeret, aequabilius atque constantius sese res humanae haberent.“ Et sequentis capitis principio: „*Vel pace, vel bello, clarum* fieri licet. Eam igitur utramque laudem si quis hoc loco significatam censeat, ei minime refrager, tuearque vulgatam lectionem. *Legiones* dicti exercitus Etrusci etiam Livio 10, 5, Bruttiorum et Lucanorum 8, 24 etc.

5. *naso suspendis adunco*. Vid. ad 8, 64. 12. *Laevinum*. Porphyr.: „Hic P. Valerius Laevinus adeo foedis ac projectis in omnem turpitudinem moribus vixit, ut provehi non potuerit ultra quaesturae dignitatem.“ Homo aliunde ignotus. *Valeri*. P. Valerii Poplicolae, qui consul fuit cum L. Junio Bruto A. U. 244. 13. *fugit*. Argutans Heind.: „Aber woher dies praesens *fugit*, nicht in fortschreitender Erzählung, sondern in einer angeknüpften historischen Notiz?“ Non res transiens, sed durans, est historia, quâ olim gesta ita narrantur, ut adspicere ea, tanquam praesentia, nobis videamur. Quidquid in illâ et *fuit* et *est*. Rectum igitur praesens *fugit*.

20. *Decio*. Intelligendus P. Decius Mus, *qui primus e Deciis consul fuit* (A. U. 415.), ut ait Cic. de Div. I, 24, et primus Deciorum se pro patria devovit. Vid. Cic. Tusc. Quaest. I, 37, ibique Davis., Liv. 8, 9. 24. *L. Tillium Cimbrum*, unum e percussoribus Caesaris, intelligit Bentlejus, de quo vidd. interpp. Suetonii in Vit. Jul. Caesaris c. 82., et Ernest. in Clave

Cic. Schol. Cruq.: „Tullius hic (sic ibi codd., ut etiam h. l. et in Suetonio, non Tillius, sed male) senatu motus est a Caesare quasi Pompejanus; occiso vero Caesare iterum recepit latum clavum, h. e. senatoriam dignitatem, et tribunus militum factus est.“ Habebant autem dignitatem eam et jus lati clavi tribuni 4 primarum legionum. Vid. Heind. et cf. 107 seqq.

30. *Barrus.* De Barris dictum ad Epod. 12, 1. 35. *Italiam, delubra deorum.* Insuave ἀσύνδετον. Temere librarii addunt omittuntque copulas, velut hoc loco Torrentii codd. 9 *et* ante Italiam non habebant, probante quidem Baxtero, sed quovis sano improbante. Legendum, sicut vulgo: *Italiam et delubra deorum.* 39. Descriptio tribuniciae potestatis. Vidd. Schol. Cruq. et, quos laudat Heind., Plin. H. N. 7, 45, et Auct. de Viris illustr. c. 66. De Cadmo Acron.: „Cadmus dicitur eo tempore fuisse carnifex notae crudelitatis.“ Id etiam e Lucret. 3, 1029. colligi quodam modo posse censet Eichstad. ad Ommeren. 40. *Novius.* San.: „Ils étoient deux Novius freres, et tous deux affranchis.“ Quod addit, natu minorem hic dici, qui fuerit collega Tillii supra memorati in Tribunatu plebis, manifesto fallitur, Tribunatum militum cum plebis confundens. Vid. ad v. 24. et cf. 121. Alius est ille Novius Niger, quaestor, de quo Sueton. Caes. 17. 53. Quomodo refutant, quorum Baxterus ne hiscit quidem, Gesnerus autem modeste, ut solet: „Difficile est,“ inquit, „judicare, quae lectio vera sit. *Felicem dicere non hoc me possum ego, quia non est factum casu;* non *possunt invidi; non possit quivis; non possim jure ego, etsi velim.*“ Heind., Horatium sive scriptum sive impressum desiderans, in quo legeretur *possunt*, oblitus erat 12 editionum a Cuningamo inspectarum et Zarottianae, quae dicitur, in quibus ea lectio reperta est. 54. Istud *tibi me* nescio quo modo etiam Wielandio placuit et Vossio. 55. De Vario dictum ad 5, 40. 59. Porphyr.: Saturejani nomine fundi in Apulia illis temporibus fuisse dicuntur satis ampli ac nobiles, per quos Appulum equum significat. Appulum autem equum utique pro optimo accipere debemus.“ Saturum seu Saturejum oppidum prope Tarentum, ut refert Serv. ad Virg. Georg. 2, 197. 64. Plura de Maecenate vide 2, 6, 40 seqq. 72. Porphyr.: Flavius quidam fuit illis temporibus calculator. 85. Nec

timuit, ne *sibi* potius quam mihimetipsi, tali institutione male uso, vitio quis aliquando verteret, si non ultra praeconis aut coactoris conditionem ascendissem. Minus recte Gesn.: „*Nec timuit*, i. cum tamen non haberet causam timendi.“ Nec melius Heind.: er scheute sich nicht davor, dafs man ihm dereinst diese edle Erziehung verargen würde, wenn ihr mein künftiger Stand nicht entspräche. 87. *hoc*. Ob hoc, quod factus non sum praeco, aut coactor. 102. Confert Heind. 2, 6, 42; Epist. 1, 7, 76. 107. *Tilli* fere lectio esse videtur librorum a Fea collatorum, ut 24.; neque aliter edidit Bentlejus. Senatorem ibi novimus; praetorem fuisse ex hoc uno loco discendum nobis est, ut de tot aliis factis minus gravibus semel tantum commemorant scriptores. Baxterus, Ciceronem utrobique intelligens, delirat suo more. 109. De oenophoro errat vir doctus. Vidd. lexica. Juvenal. 6, 425.: totum Oenophorum sitiens. 111. Virg. Aen. 5, 75.:

> Ille e concilio multis cum *millibus* ibat
> Ad tumulum.

Lambinus cum in uno codice Ms. reperisset *Multibus atque aliis*, quae mera est hallucinatio descriptoris, temere posuit *Multis atque aliis*, quo nihil opus. Nec tamen a *mille* derivandum *millibus*, sed a *millia*, intelligendumque *hominum*. 113. Etiam Zurck. in variis lectt.: *vespertinusque*, neque ineleganter, modo de fide ejus lectionis constaret. 115. *Ciceris*. Cibi pauperiorum. Cf. 2, 1, 74. Gron. de Pec. vet. 4, 12. 116. *tribus*. Hoc est *paucis*, proverbiali forma dicendi, quemadmodum Catullus 1. *tres chartas*, Propertius 2, 13, 25. (2, 10, 25. Scal.) *tres libelli*, Martialis 13, 123. *cum tribus bibit*, alii alia dixerunt similia. Quamvis enim adolescens ad satiras scribendas accesserit Horatius, cum tenui etiam fortuna uteretur (*), tamen aliquos servos ne pauperiori quidem abjudicandos esse in tanta Romanorum eo tempore luxuria, recte monet, secundum alios, vir doctus, Stegerus, Kiloniensis, in libro menstruo, Berlin. Monatsch. Jan. 1807. Minimum autem decem habuisse quemque honesto loco natum, e Sat. 1, 3, 12. male colligere sibi videtur Heind.

(*) Nam postea di melius fecere: vide Sat. 2, 6, Epist. 1, 16, Od. 4, 11, 6.

Ἐγγυθήκη Romanis dicitur *incitega*. Vid. Schneider. lexic. graec. v. ἐγγυθήκη. 118. *Campana*. Fictilis. Cf. 2, 3, 144. 121. Schol. Cruq.: Minor enim Noviorum ad hanc statuam turpissime foenerabatur summo mane: quare jocatur H. inquiens, Marsyam alteram habere manum erectam (cf. Serv. ad Aen. 4, 58) ad depellendum Novios, quod eorum foeneratorum impudentiam non posset sustinere. 126. *Campum* etc. Vid. ad Epist. 1, 7, 59.

Sat. 1, 7, 2. *Hybrida*. Romano et Graeca genitus. Cf. Scholl. et Plin. 8, 97. 5. *etiam*. Legendum puto: *et jam*, et nunc seu tunc, eo tempore. 7. Eleganter codd. quidam Torrentii et Cruquii: *tumidus*. Producitur vocabuli syllaba extrema propter caesuram, quâ figurâ nihil frequentius. Maro Aen. 9, 610: Terga fatigam*us* hasta. Eclog. 6, 53:

Ille latus niveum molli fult*us* hyacintho.

Ovid. Met. 14, 250:

Ire negabam*us* et tecta ignota subire.

Vidd. Nic. Heins. ad Metam. 1, 114, Was. Senar. cap. 5., nos ad Plaut. Amph. 483 et Vindiciarum Ovid. pag. 12. Ejus moris poëtarum ignari posuisse videntur *tumidusque*. De asyndeto dictum ad 3, 56 seqq. 10. Salse jus vocat malam consuetudinem hominum, qui quo fortiores sunt, eo majores aliis molestias exhibere solent in bello seu rixa. Et hoc ipsorum molestorum verbum est, *jus* semper crepantium, ubi summam injuriam exercent. 11. De bis illato *inter* cf. Epist. 1, 2, 11, Propert. 2, 23, 15. Liv. 10, 7.: „Certatum tamen suadenda dissuadendaque lege *inter* App. Claudium maxime ferunt et *inter* P. Decium Murem." Vid. ibi Drakenb. Non erat, quod eo Bentlejus offenderetur. 15. Zurck.: *vexat*.

19. *Compositum*. sit. 8, 2. 20. Porph.: Bithus et Bacchius gladiatores optimi illis temporibus fuerunt, qui cum multos interemissent, commissi inter se mutuis vulneribus conciderunt. 28. *salso multoque fluenti*. Persio. Demosth. de Cor. Reisk. p. 272.: τῷ Πύθωνι θρασυνομένῳ καὶ πολλῷ ῥέοντι —. Vid. Heind. 29 seqq. Plin. H. N. 18, 26. extr.: In hoc temporis intervallo, XV diebus primis (post aequinoctium vernum), agricolae rapienda sunt ea, quibus peragendis ante aequino-

etium non suffecerit, dum sciat inde natam exprobrationem foedam putantium vites per imitationem cantus alitis temporarii, quem cuculum vocant. Dedecus enim habetur opprobriumque meritum, falcem ab illa volucre in vite deprehendi, ut ob id petulantiae sales etiam cum primo vere ludantur. *arbusto.* Epist. I, 7, 84. 30. *Vindemiator.* Τετρασύλλαβον. Vid. ad 2, 3, 245.

Sat. I, 8, 7. *fissa.* Admittendam putarem hanc lectionem, si vel in uno codice haberetur. Dici potest *fissa*; potest item *fixa*, et haec membranarum scriptura est, conjecturae non posthabenda. Etiam Propert. l. l. legam *fixa*, siquidem fixa in ostio erat ista arundo. Petron. l. l.: *Arundinem ab ostio rapuit.* — *novis.* Schol. Cruq.: *nuper a Maecenate institutis. Antea Esquilina regio sepulcris servorum et miserorum erat dedicata; Maecenas autem considerans aëris salubritatem hortos eo loci constituit.* Vid. ad 2, 6, 32. 11. De Pantolabo ad 2, 1, 22. De Nomentano dictum in nota ad I, 1, 102. 15. *Qua* tuetur etiam Heind. Et recte. Vid. ad Od. 2, 3, 9. 24. Scholl. Acr. et Cruq.: „Canidiam pro Gratidia, Neapolitana unguentaria, quam semper ut veneficam carpit Horatius, maxime in V. et XVII. Epodo.“ Et Schol. Cruq. ad Od. I, 16.: „Cantat palinodiam, i. e. cantando revocat, quae scripserat iratus in amicam Gratidiam.“ Neque aliter uterque Scholiastes ad Sat. 2, 1, 48. 25. Porphyr.: „Memini me legere apud Helenium Acronem, Saganam fuisse nomine libertam Pomponii *senatoris*, qui a triumviris est proscriptus.“ Ubi legendum esse *foeneratoris* ex altero Schol. (Acr.) monet Baxt. Vid. ad Epod. 5, 25.

28. *diffusus* etiam Hannoveran. apud Gesn., quod acceptum pro *defusus* non displicet. Διττογραφία, nisi fallor. 29. *Manes* et *animas* ὑφ' ἓν accipiens Wak. interpretatur animas apud Inferos, Fea animas bonas seu melioris notae secundum Servium et Festum. Sed ista obsoleta vereor ut Nostro placuerint; neque illos probo, qui haec ita interpungunt: *ut inde Manes elicerent, animas responsa daturas*, ut, qui Manes, iidem dicantur animae per appositionem, quae ratio vehementer friget; sed continue legendum ajo: *ut inde Manes elicerent animas responsa daturas.* Manes elicere animas jubentur, hoc est dii Manes, quorum animae sunt in potestate. Cf. 33, 34 et Virg.

ecl. 8, 103. (nihil ille *deos*, nil carmina curat.), ibique interpretes. Erichtho maga apud Lucanum 6, 730, morante anima, quam evocavit:

> Tisiphone, vocisque meae secura Megaera,
> *Non agitis* saevis Erebi per inane flagellis
> *Infelicem animam*?

Cf. Ovid. Met. 7, 177, Senec. Oedip. 559 seqq., Creuzer. Symbol. et Myth. 2, 444 seqq., et inprimis J. H. Voss. ad Tibull. 1, 2. Quodsi quis est, qui minus aptum putet verbum *elicere* in dominis umbrarum, qui imperare possint, et in iis, qui simul cum umbris sint apud Inferos, ei auctor sim ut legat *inter Manes*, h. e. e Manibus, ex regno Inferorum. Non semel d et t litterae inter se commutatae. 39. Julius iste quis fuerit, ignoratur, sed noscitur e sociis: nam quod vult Heind., verba sic ordinanda videri: *et fragilis Julius Pediatia, τῷ que* pro *et* accepto, ut 3, 139, durissimum est. Paedico fuit Julius, cum Pediatius muliebria pateretur. De hoc et Vorano Schol. Cruq.: Pediatius eques Rom. patrimonio consumto se prostituit; quare Horatius mutato genere Pediatiam nominavit propter mollitiem. — Ajunt, Voranum, Q. Lutatii Catuli libertum, fuisse adeo furacem, ut nummos subreptos a nummulario in calceos demiserit, a quo cum deprehensus esset, quidam subridens, Belle, inquit, si te non *ἐνχαλκεύει*, h. e. verberibus tanquam aes recudat, alludens ad calceos.

41. Probum quidem *resonarent*; sed nec malum concinniusque perfectum historicum. 43. Sane placet lectio libri Ch. A. a. m. 2. et Cuningami: *ut* imagine. De pronuntiatione vocabuli *cerea* vide ad 2, 2, 21. 48. Porph.: Jocatur in has, quasi altera dentibus appositis uti solita sit, altera, quod glabra (nam sic legendum vidit Marcilius, non *gibba*, ut vulgo) fuerit, caliendrum, h. e. galericulum, habere consuesset. Caliendri meminit et Varro in eo libro, qui inscribitur Virgula divina etc. Etiam Acr. et Schol. Cruq. caliendrum inter alia significare dicunt crinem suppositum (Perrücke), de quo praeter Salmasium ad Tertull. de Pallio p. 345. et Boettigeri Sabinam pagg. 104, 121, 141. vid. inprimis Frid. Nicolai liber germanicus Über den Gebrauch der falschen Haare und Perrucken

in alten und neuern Zeiten. Eine historische Untersuchung. Mit 66 Kupferstichen. Berlin u. Stettin, 1801. pagg. 179.

Sat. I, 9, 1. Verba *sicut meus est mos* ad *ibam* referenda sunt, non ad *forte*, neque ad sequentia pertinent, qui error est Wakefieldii et Feae. More suo in Via sacra se ambulasse dicit Horatius: nam poëtari se solere, quid id attinuit dicere? quis nesciebat? —

Quod Bentlejus posuit *Ibam ut forte*, non quidem inepte fecit, sed operam perdidit, ut saepius in Phaedro, qui Fab. I, 17.:

—— Post paucos dies
Videns jacentem in fovea conspexit lupum:
Haec, inquit, merces fraudis a Superis datur.

et 2, 1.:

Super juvencum stabat dejectum leo:
Praedator intervenit, partem postulans.

et 3, 4.:

Pendere ad lanium quidam vidit simium
Inter reliquias merces atque obsonia:
Quaesivit, quidnam saperet.

et 3, 16.:

Rogata est, ut taceret: multo validius
Clamare coepit.

et similiter alibi, neque sic ille solus, sed quicunque *ἀσυνδέτῳ* gaudent scriptores, in quibus Noster est, ut ostendimus ad 3, 56 seqq. De Via sacra vid. Fea ad Epod. 7, 7. 2. *nugarum.* Porphyr.: „Sic verecunde poëtae nugas et risus solent appellare versiculos suos.“ Cf. Catull. 1, 4; Martial. 9, 1, 5. Male Torrentius ad Epod. 4, 7. scortillum aliquod lepidum intelligit, quod quaesiverit bonus Flaccus. Sane hoc est abuti locis, quales sunt 1, 5, 82 seqq., 2, 3, 325 etc. *totus in illis.* Epist. 1, 1, 11: *Omnis in hoc sum* etc. Terent. Ad 4, 2, 50: *Ctesipho autem in amore est totus.* Demosth. de f. leg. p. 380. Reisk.: *οὕτως ἐκφρων ἦν καὶ ὅλος τῷ λήμματι.* Polyb. 3, 94, 10: *πρὸς τῷ διακινδυνεύειν ὅλος καί πᾶς ἦν.* Quae loca suggessit Heind. 3. *quidam.* Vide, si tanti est, ad 10, 78.

4. *dulcissime rerum.* Ovid. Met. 8, 49.:

Si, quae te genuit, talis, *pulcherrime rerum*,
Qualis es, ipsa fuit.

Comparat San. etiam 5, 88.: venit *vilissima rerum* Hic aqua. Ceterum *res* in ea formula valet *res omnes*, h. e. τὸ πᾶν, seu mundum, quo modo nostrates dicere solent: du mir lieber als Alles etc. Lambinus, verba sic ordinans, secundum scholia: Quid rerum agis, dulcissime? non est audiendus. Vid. Heind. et, quem laudat, Brisson. de Formulis 8, 65.

5. *Cupio omnia, quae vis.* Formula benigne dicentium vel respondentium, cui similis est illa Terentiana Phorm. extr.:

Phormio, at ego ecastor posthac tibi, quod potero, et
quae voles,
Faciamque et dicam.

Aristoph. Lysistr. 1043:

Οὐ παρασκευαζόμεσθα τῶν πολιτῶν ἑδέν', ὦ ἄνδρες,
Φλαῦρον εἰπεῖν ἐδὲ ἕν,
Ἀλλὰ πολὺ τἄμπαλιν πάντ' ἀγαθὰ καὶ λέγειν
Δρᾶν τε.

6. Numquid vis? Discedentis verbum, ut ait Donat. ad Terent. Hec. 2, 2, 30. 11. Schol. Cruq.: „Dicebam intra me, Bolanum esse felicem, qui ὀξύχολος nullius ineptias ferebat, sed statim vel in faciem quemvis reprehendebat, vel de eo, quid sentiret, non dissimulate dicebat.“ Cf. 5, 21 seqq.

15. Quam reprehendit Fea interpunctionem, haec est:

—— usque tenebo;
Prosequar, hinc quo nunc iter est tibi.

18. *cubat.* Vid. ad 2, 3, 289. Suet. Caes. 83.: Populo hortos circa Tiberim publice, et viritim trecenos sestertios legavit. 22. Acr. ad 10, 83.: Visci duo fratres fuerunt. Pater eorum Vibius Viscus quamvis et divitiis et amicitia Augusti clarus esset, in equestri tamen ordine perduravit, cum filios suos senatores fecisset. 23. De Vario vide ad 5, 40.

28. *Omnes composui.* Haud male Baxt.: Gratificari vult Horatio tanquam futuro sibi heredi. Et Gesn.: Certe hoc ipso, quod orbum se praedicat, videtur sibi escam velut proponere

Horatio, ut is tanto facilius aemittat in familiaritatem eum, ex cujus testamento sperare aliquid possit. 29. Heind.: *Sabelli, Sabini, Savini, Samnites*, der Name eines Urvolks in der Mitte Italiens, in dem noch jezt Sabina genannten Lande und umher wohnend, von wo aus sich dies Volk über das Land der Opiker (*), Campanien und Lucanien, verbreitete. S. Niebuhrs Röm. Gesch. I. Th. S. 55 ff. Wiewohl späterhin ein sabinisches Volk in Samnium, dem Lande auf der Ostseite von Latium und Campanien, besonders Sabeller hiefs (*Varro* bei *Philargyr.* zu *Virg. Georg.* 2, 167.: *Terra culturae causa attributa olim particulatim hominibus, ut Etruria Tuscis, Samnium Sabellis.* Vgl. *Strabo* 5, 11. *Plin.* H. N. 3, 17), so brauchen doch die Dichter den Namen Sabelli als einen antiken für Sabini von dem nördlich über Latium wohnenden Volke, zu dessen Stamm auch die angränzenden Marser, Peligner, Vestiner und Marruciner gehörten. Vgl. *Od.* 3, 6, 37, *Juvenal.* 3, 169, *Virg. Georg.* 2, 167, *Colum.* 10, 137 mit *Cic. pro Ligar.* 11, *Juvenal.* 10, 298, *Martial.* 1, 63, 1. Dies hinter den Römern in der feineren Cultur zurückgebliebene Volk hatte ebenso, wie die alten guten Sitten, auch seinen Aberglauben behalten; Marser und Sabiner trieben besonders Zauberei (S. *Epod.* 5, 76; 17, 28 sq. *Ovid.* A. A. 2, 102) und Scherkünste; daher *Marsus augur Enn.* bei *Cic. de divinat.* 1, 58. Das Weissagen durch Loose (μαντεύεσθαι κλήροις

(*) Idem ad 5, 54.: Osci (Opici) ursprünglich einerlei Volk mit den Ausonen und Volscern, welches sich über Latium bis an den Tiberis, über Campanien, Lucanien und Samnium erstreckte. Der Name ging auf die in einen Theil von Opica in Campanien eingewanderten Sabeller und Samniten so über, dafs er bei den alten ausonischen Stämmen ganz verschwand. Daher fand man späterhin die Oscer nur in Campanien (S. Niebuhr a. a O. S. 48 ff. Schol. Acr.: Osci Campani, quia Oscia Campania dicta est.) wiewohl Strabo 5. 6 die Nation für ausgestorben erklärt, und nur noch ihre Mundart in gewissen Dramen der Römer [den Atellanischen Possenspielen: s. Liv. 7, 2. etc. F. H. B] erhalten findet. Der Sprachgebrauch von opicus für barbarus, rudis, und das von Oscus abgeleitete Obscenus lehren, wie die noch hie und da vorhandenen Reste des alten Volkes von ihren Unterjochern angesehn wurden.

Pind. Pyth. 4, 338 u. die Schol.) war jezt nur noch im gemeinen Volke üblich. S. *Cic. de divinat.* 2, 41; u. die *Intpp. ad Tibull.* 1, 3, 11. 30. Non extrahebantur sortes, sed ex urna mota exsiliebant, ut vel ex Homero notum est. Cf. Od. 3, 1, 16, ibique Torrent. et Bentl. 35. *ad Vestae.* Ad Vestae templum sive aedem. Ellipsis utrique genti usitata. Vidd. Scholl. et Lambin. ad h. l., Drakenb. ad Liv. 10, 23, Valck. ad Herodot. p. 599, 58, etc. Exstructum erat id templum ad Forum inter Capitolium et Palatium. *Quarta jam parte diei praeterita.* H. e. hora diei tertia, qua in Foro causas agere incipiebant. Martial. 4, 8.:

Prima salutantes atque altera detinet hora,
Exercet raucos tertia causidicos.

Vid. Cruq. 36. *Actione edita* apud praetorem actor et reus *alter alterum vadabatur*, et *uterque promittebat vadimonium*; quo facto res in vadimonium esse dicebatur. Die constituto, cum *praesto essent* sive *adessent* partes, sibique invicem *respondissent* (vid. Plaut. Curc. 1, 3, 5 seqq.), causa cognita judices dabantur a praetore. Cf. Heind. 37. *quod ni fecisset*, *perdere litem.* Casus singularis, cum alter alteri, ubi ipse non adfuerit, promittit tantum, quantum lis ipsa aestimata est. Nam quod hodie dicitur *damnari in contumaciam*, non erat usùs Rom. in jure. Cf. Heind. 38. *hic ades.* Elegantius Vr. I. Vp. A.: *huc ades.* Virg. ecl. 2, 45.: Huc ades, o formose puer. 39. *stare*: dicere in jure. Vidd. Heind. et Ern. in Clavi Cic. h. v. Advocati partes sustinere se posse coram praetore negat Horatius. Inepte Schol. Cruq.: „*Si valeo stare*: si habeo vires ut stem.“ Ineptius Baxt.: An simulat se podagricum? 42. *durum Cum.* Καταφωνία, ad quam mitigandam *est* immisit satiricus, quod minime delendum. Mox librorum Gotting. et Valart. lectio *ut mentis* velle videtur *ac mentis*, quod haud spreverim, quanquam neque *ut* malum est; vid. Gesn. Sed optime omnium, me judice, V. E. apud Feam: *Paucorum hominum; mentis bene sanae*, usurpato ἀσυνδέτῳ, quod et familiare est Horatio, et dialogis mire aptum. Ceterum et haec usque ad verba *est usus* inepto isti recte tribuuntur ab Heindorfio, quae a Flacco dicta, ut in libris vulgaribus, vehementer frigent. — Versu 48. *vivitur* et usitatius in hoc genere

est et modestius, ne Maecenas sola Horatii et ejus amicorum doctorumque consuetudine usus esse videatur. Vidd. Bentl. Heind. — Sequente versu vulgatum *hac nec* auri adeo insuave est, ut lectionem MSti Comb. *hac non* libens receperim in ordinem. 60. Ambabus, quod ajunt, manibus accipienda tot librorum lectio *Haec dum ait.* Quid, quaeso, nunc *egit iste?* Nihil profecto, nisi quod aliud ex alio garriit. (12 sequ.) Ergo rectum *ait*, quae vocabula misceri solent. Cf. Sat. 2, 3, 260.

61. *Fuscus Aristius*, cui oda 1, 22. et epist. 1, 10. dedicatae sunt, scriptor tragoediarum comoediarumque et grammaticus illo tempore prastantissimus fuit, ut testantur Scholiastae tres ad h. l. et ad epist. l. l. 62. *Unde venis et quo tendis?* Cf. 2, 4, 1. 69. Gesn.: „Acronis illud et aliorum Scholiastarum fortasse non contemnendum, *Tricesima Sabbatha dici, quando calendis* (novilunio) *occurrit Sabbathum*, i. e. in calendas incidit. Sed nihil melius quam sequi Scaligerum de Emend. Temp. 3. p. 309. et Seldenum de I. N. 3, 15, ut intelligamus tricesimum lunaris mensis diem, ex parte certe feriatum et cultum Judaeis, quae facilis est hodie etiam omnibus, apud quos habitant vel pauci verpae, observatio.“ 72. *Hunccine* etc. Vid. ad 2, 4, 83.

73. *surrexe.* Vid. ad A. P. 129. 78. *Sic me servavit Apollo.* Comparant Lamb. aliique Hom. Il Y, 443.

Sat. 1, 10. Qui huic satirae praefixi leguntur in plerisque editionibus, quas nimis vituperat H. Stephanus diatr. 1. extrema, octo versus illi, quorum initium est: *Lucili quam sis mendosus*, H. Glareano vel ipsius Horatii esse videntur, vel simiae Horatii. A quo judicio non abhorrent G. Fabricius in castigationibus ad versum 1., G. J. Vossius in libro de poëtis lat. p. 9, et L. F. Heindorfius in editione satirarum, quae Vratislaviae prodiit 1815.; neque nos alia sumus in sententia, coeptum hoc carmen esse existimantes aliquando a poëta, neque absolutum, cum eum consilii sui nescio qua de causa poeniteret. Nam quod ait Ascensius (edit. 1544. fol.) *Sunt qui Maecenatem taxari hic autument, et ideo propter ipsum ab Horatio resectum hoc caput*, conjectura esse videtur in verbis *Grammaticorum equitum doctissimus* Maecenatem temere intelligentis. Primo versu vix dubitandum, quin dicatur *Valerius Cato*, de quo Suet. de illustr. grammaticis cap. 11.: „Ipse libello, cui

est titulus *Indignatio*, ingenuum se natum ait, et pupillum relictum, eoque facilius licentia Sullani temporis exutum patrimonio. Docuit multos et nobiles, visusque est peridoneus praeceptor, maxime ad poëticam tendentibus, ut quidem apparere vel his versiculis potest:

Cato grammaticus, Latina Siren,
Qui solus legit ac facit poëtas.

Scripsit praeter grammaticos libellos etiam poëmata, ex quibus praecipue probantur Lydia et Diana. — *Vixit ad extremam senectam*, sed in summa pauperie" etc. Is διασκεύασιν seu recensionem parasse videtur Lucilii, similem Homeri olim a Zenodoto atque Aristarcho editis, anthologiisque mythographorum atque lyricorum nostratium Ramleriae Mathissoniaeque. Vide F. A. Wolfii Prolegg. ad Hom. pp. 233 seqq. Ceterum horum versuum 4. Lamb. cum invenisset in codd. *Quo melior vir est*, reposuit *Quo m. v. is est*. Sed in Ms. Acad. Berol. legitur: *Quo m. v. adest*, quod ipsum expressit Heind., nos ita emendandum putamus, ut scribatur:

— qui male factos
Emendare parat versus, hoc lenius ille,
Quo melior vir *et est* longe subtilior *isto*,
Qui multum etc.

isto per contemtum: nam *illo* statim illatum post *ille* extremae foret negligentiae. Versu 5. recte Heind. secundum Gesnerum: *Qui multum puer est loris* etc. Sequente quod et ipsi placet et Lambino, *Exoratus*, affectatum est. — Quis fuerit iste eques grammaticus, nullis ad h. l. scholiis superstitibus, neque aliis de eo commemorantibus scriptoribus, ignoratur. — Verba *Ut redeam illuc* a nescio quo addita videntur, qui hunc paunum satirae sequenti assuendum male sibi persuaderet, cujus satirae longe alia indoles est et ratio. 1. *Nempe*. Vid. ad 2, 7, 107. 6. *Laberi mimos*. Mimographi Romanorum praecipui fuerunt Cn. Mattius et brevi post, imperante Augusto, Decimus Laberius et P. Syrus. Id genus scriptorum cur poëtis adnumerare nolit Noster, vide et hoc ipso loco et Sat. 1, 4, 43 seqq. et A. P. 291 seqq. Macrob. Sat. 2, 7.: *Laberium aspe-*

rae libertatis equitem Rom. Caesar quingentis millibus invitavit, ut prodiret in scenam et ipse ageret mimos, quos scriptitabat. Sed potestas non solum si invitet, sed etiam si supplicet, cogit: unde se et Laberius a Caesare coactum in prologo testatur etc. 15. *plerumque.* Vid. ad 2, 5, 55. *Secat.* Epist. 1, 16, 42. 17. Hoc. Vid. ad 1, 2, 53. 18. De Hermogene dictum ad Sat. 1, 2, 3. De simio isto Schol. Cruq.: „Notat M. quendam Demetrium, quem simium nominat propter deformitatem et brevem staturam; erat autem δραματοποιὸς, h. e. modulator," etc. Modulator fuit, nihil amplius, neque vel cum Demetrio Syro confundendus est, quo dicendi magistro usus Cicero Athenis, vel cum celebri comoedo Demetrio, de quo Quintil. 11. extr.

19. Gell. 19, 9.: „Saepe eum percontabantur, quid de Anacreonte ceterisque id genus poëtis sentiret, et ecquis nostrorum poëtarum tam fluentes carminum delicias fecisset, nisi *Catullus*, inquiunt, forte pauca, et *Calvus* itidem pauca." C. Licinius Calvus egregius orator fuit, nec malus poëta, cui plura Catulli carmina (14, 50, 96,) inscripta sunt. Cf. Catull. 54, Burm. ad Propert. 2, 25, Ernest. Clav. Cic.

21. O seri studiorum, *quine* putetis Difficile etc. Vetus loquendi forma, de qua plura ad Plaut. Aul. 388. Guilielmius Quaestt. in Amph. c. 6.: *Quine* affirmat venustissimo sermonis genere. Terentius Adelph. (236: Illius opera nunc, Syre, vivo! Festivom caput,) Quin' omnia sibi postputavit esse prae meo commodo?" Indicativum seu subjunctivum adhibeas in hac formula, perinde est. *Seri studiorum.* Ὀψιμαθεῖς, *imperiti.* Vid. Heind., qui confert Isocr. Encom. Helen. §. 2. (Τίς ἔτως ὀψιμαθὴς ἐστιν, ὅστις οὐκ οἶδε etc.), Lucian. de Saltat. 33. (ἐγὼ δὲ — τὴν περὶ ταῦτα φιλοτιμίαν ἀπειρόκαλόν τε καὶ ὀψιμαθῆ καὶ ἐμαυτῷ ἄκαιρον οἶομαι εἶναι), Gell. 11, 7, Cic. Epist. ad Fam. 9, 20, Casaub. ad Theophr. Charact. 27. His opponuntur παιδομαθεῖς, de quibus Quinctil. 1, 12, 9. 22. *Pitholeontem* hunc Heindorfius eundem censet, quem Pitholaum vocat Suet. Caes. 75. (Pitholai carminibus maledicentissimis laceratam existimationem suam civili animo tulit.) M. cujusdam Otacilii Pitholai meminit Macrob. Sat. 2, 2. Nomina *Pitholeon* et *Pitholaus* terminatione tantum differunt, ut Τιμόλαος, Τιμολεως, Τιμολέων. Vid. Bentl. 27. Nescio quo modo im-

memor Fea est palmariae Bentleji emendationis, qua *oblitos* legit pro *oblitus*, ut vox referatur ad oratores et infinitum *intermiscere*, sententia praeclara, cum servata vulgari scriptura *oblitus*, quoquo te vertas, vel oratorem fingendo eum ipsum, quem hic Hor. reprehendit, vel *latine* pro *Latini* legendo, secundum aliquot libros, cum Lamb. Cruq. Cun. San. Fea, lusca haec sint et dura. Vel forte scriptum *oblitus* pro *oblitos*, quemadmodum o et u litterae permutari inter se solent in Mss., vel nescio quis librarius, constructionem verborum paulo insolentiorem miratus, quae non caperet, immutavit. Quidquid est, ferri non potest *oblitus*. Verba *At sermo — Falerni est* ficti interlocutoris Horatius improbans graeca lingua cum oratoribus tum poëtis Latinis abstinendum esse monet, etiam suo ipsius exemplo proposito, qui aliquando graece sit poëtatus. Ceterum *Petillius* pro quovis rei capitalis reo dictus est, ut Pedius Publicola et Messala pro magnis oratoribus in genere. Et de Petillio quidem vide ad 4, 94. Quod ad oratores illos attinet, Schol. Cruq.: „Fuerunt," inquit, „hi duo, Pedius Publicola et Messala Corvinus, oratores Romae valde insignes." Sed quisnam ille Pedius fuerit, dubitatur: nam *Q. Pedius*, de quo vid. Clav. Cic., qui, Pansa et Hirtio mortuis, Consul fuit cum Augusto (Auct. de Caus. corrupt. eloq. 17.), jam puero Horatio diem obiit. U. C. 710 (Freinsh. Suppl. Liv. 120, 25.), ut ejus orationes non nisi scriptas cognoscere hic potuerit, sicut infra 41. Fundanii libellos. Sic tamen intelligere hunc locum malo, ut et prioris aevi et suae memoriae oratores ita egisse Noster dicat, quam cogitare cum quibusdam de filio Q. Pedii prorsus incognito. *Publicolam* Messalae fratrem appellat Schol. Cruq. ad 83; quem intelligamus licet, quamvis de virtute ejus oratoria praeterquam hoc loco nihil legatur apud auctores. De M. Valerio Corvino Messala vidd. Ernest. in Clav. Cic., Quintil. 10, 1, Spalding. ad Quinctil. 1, 5, 15. J. H. Voss. ad Virg. ecl. 6, 74. *Canusium*, oppidum Apuliae Dauniae ad Aufidum, non longe a mari situm, Graecorum colonia, quorum lingua ibi cum Latina, seu potius Osca, mixta erat, ut fere factum in Magna Graecia. Festus, simile illud explicans Ennii *bilingues Brutates*, „quod," inquit, „Bruttii et Osce et Graece loqui soliti sint." Διλογίαν verbi

bilinguis animadvertit δίλογος Baxterus, de quo verbo vidd. Drakenb. ad Sil. Ital. 16, 157, Ruhnk. ad Vellej. 1, 4, 2. p. 16, Heind. ad h. l. 36. *Alpinus.* Porph.: „Cornelius Alpinus Memnona hexametris versibus nimirum descripsit, et belle *jugulat Memnona* διλόγως ait: nam dum describit (imo: describat), quemadmodum juguletur, intelligi vult ab ipso potius jugulari.“ Acr.: „Vel vivalium quendam poëtam Gallum tangit,“ in quo *rivalium* agnoscere non male sibi visus est Gesn., Bentlejo exsculpente *Bibaculum*, de quo Acr. ad 2, 5, 41, Quinctil. 10, 1, Tacit. Ann. 4, 35, Suet. de illustr. gramm. §. 4, Gell. 18, 11. 37. Acr.: „Non quia luteum caput habet Rhenus, sed quod luteum facit ipse describendo male.“ Eundem fortasse tangit A. P. 18. De figuris ex creta sculptorum non cogitandum. 38. *in aede.* In quavis aede, quo convenire poëtae scenici solebant recitatum scripta sua coram judice, ab Aedilibus constituto, a quo nisi probata essent, in scenam non deferebantur. Cf. Sueton. in Vita Terentii §. 2. Ejusmodi judex et summus ea tempestate criticus erat Sp. Maecius (vid. Bentl. ad A. P. 387) Tarpa, de quo jam Cic. ad Fam. 7, 1. Quinque judices seu censores dramaticos, in quibus Tarpam, ab Augusto creatos esse, qui sederent in templo Apollinis et Musarum, quod ipse dedicavit U. C. 726. (ante Chr. 24: vid. Dio Cass. 53, 1.), auctor est Schol. Cruq.; qui cum id templum h. l. intelligendum putat, fallitur, si quidem recte rationem Horatii annorum vitae et carminum subduxit Bentlejus, secundum quam rationem Satirarum liber primus conscriptus a poëta est annis U. C. 715 — 717. (ante Chr. 35. — 33.) 42. Sub Augusto agebat, secundum Torrentium, nescio qua auctoritate id affirmantem, *C. Fundanius*, comoediarum scriptor. San. nummos C. Fondanii commemorat, qui Augusti aequalis fuerit. De Cajo quidem Fundanio, Ciceronis familiari, et M. Fundanio (vid. Clav. Cic.) cogitandum hic esse non videtur. Cf. 2, 8, 19, quae satira isti poëtae dedicata est. De *C. Asinio Pollione*, magno duce atque oratore, qui historias tragoediasque cum laude scripsit, vidd. Ernest. in Clavi Cic. et J. H. Voss. ad Virg. ecl. 3, 84. 43. *pede ter percusso.* Schol.: „Trimetro iambico.“ Vid. Bentleji Schediasma de metris Terent. principio. 44. De Vario dictum ad 5,

40. 45. *annuerunt.* Mire Zurck. in ipso ordine: *annumerant.* Ineptius etiam Nannius 4.: Virgilio annuerunt Capuo de rure Camoenae, ut ad Nolam, studiorum Virgilii domicilium, respiciatur. Sch. Cr.: *Apparet, illo tempore Virgilium Bucolica et Georgica tantum scripsisse* etc. 46. P. Terentius Varro, Narbonensis, qui Atacinus dicitur ab Atace fluvio, poëta ceteroqui non ignobilis fuit, sed in satira minus felix, de quo vid. Ruhnken. epist. crit. p. 199. 47. *quibusdam aliis.* Velut *Saevio Nicanore*, de quo Sueton. de illustr. gramm. 5. Cf. Casaub. de Rom. sat. p. 289. 48. De Lucilio (vid. ad 4, 6.) Quinctil. 10, 1, 93.: „Quosdam ita deditos sibi adhuc habet amatores, ut eum non ejusdem modo operis auctoribus, sed omnibus poëtis, praeferre non dubitent.“ Scriptor Dialogi De Oratoribus seu de causis corruptae eloq. c. 23.: Vobis utique versantur ante oculos, qui Lucilium pro Horatio, et Lucretium pro Virgilio legunt. 49. *cum multa.* Καχόφωνον propter m et u litterarum concursionem, et contra morem Nostri in hoc genere. Recte alii libri: *multa cum.* 50. Cf. 4, 11.

52. Fort.: *Tun'* nihil —, ut 78.: *Men'* moveat —.

53. L. Attius poëta dramaticus et Annalium scriptor, natus circa annum U. C. 600, de quo vidd. Clav. Cic., Quinctil. 10, 1, Gell. 13, 2, Bayl. Dictionn. Porph. ad hunc et sequentem versum: Comis Lucilius propter urbanitatem dicitur, et *mutat* pro eo, quod est *emendat*, positum est. Facit autem Lucilius cum alias, cum in tertio libro, et nono et decimo.

54. Q. Ennius, Rudius e Calabria, poëta nobilis, natus est anno U. C. 514, sive ante Chr. 236, mortuusque U. C. 583., sive ante Chr. 167. Scripsit fabulas utriusque generis, et Annalium rerum Rom. libros 18, quorum non nisi fragmenta extant, optime illa adhuc collecta cum aliorum veterum a P. Scriverio, et ab eodem et G. J. Vossio illustrata. Serv. ad Virgilii illud Aen. 11, 601: *tum late ferreus hastis Horret ager:* „Versus,“ inquit, „Ennianus, vituperatus Lucilio, dicenti per irrisionem, debuisse eum dicere *horret et alget;* unde Horatius de Lucilio: *Non ridet*“ etc. Quo loco Servii, nisi plane inficetum putemus Lucilium, sic legendum est: „debuisse eum dicere: *alget,*“ ut *alget* pro *horret* ibi placuerit satirico, quemadmodum *algentia loca* dixit Plinius. Τῷ *alget* nescio quis

adscripsisse videtur inter lineas *pro horret*, quod deinde, omissa praepositione, in ipsum ordinem librarii receperunt.

61. *Etrusci Cassii.* Ignotus aliunde polygraphus. Vid. Torrent. Heind., et de Cassio Parmensi, quem perperam intelligunt Schol. Cruq. et plerique omnes interpretes, ad Epist. 1, 4, 3. 66. Recte interpretantur: Do, limatiorem esse Lucilium quam facile sit aliquis auctor carminis rudis et Graecis intacti. Male Casaub. de Rom. sat. p. 255. legendum conjicit *Quam Rudius Graecis intacti carminis auctor*, Ennium intelligens, ut h. l. Gesn. et N. Heinsius ad Vellej. 2, 9, cum inter omnes constet, auctorem satirae Rom. non Ennium esse, sed Lucilium. Vide ad 4, 6. 75. Cum cariora essent scripta auctorum exemplaria, quam quae a vulgo discipulorum emerentur, magistri, quae hos ediscere ac declamare vellent in ludo litterario, dictabant. Cf. Epist. 2, 1, 71, Pers. 3, 44 seqq. 77. *Arbuscula.* Mima et Meretrix. Schol. Cruq. ad 2, 55. et Serv. ad Virg. ecl. 10, 2.: Romae fuerunt (eodem tempore, Serv.) tres meretrices nobilissimae, Origo, Lycoris et Arbuscula. Commemorat Arbusculam et Cytheridem Cic. epist. ad Att. 4, 15, Philippic. 2, 24. (Cf. Plin. H. N. 8, 20.); Originem Noster 2, 55. 78. Pantilius aliunde ignotus homo putidus. De Demetrio dictum ad 16.; de Tigellio ad 2, 3. De Fannio Schol. Cruq. ad 4, 21.: „Fannius (Quadratus, secundum Scholl. vett.), poëta malus, cum liberos non haberet, heredipetae sine ejus cura et studio libros ejus et imaginem in publicas bibliothecas referebant, nullo tamen merito scriptoris.“ Haec legenti facile in mentem veniat, hunc Fannium esse illum, quem in satira 9. presso nomine sugillat Noster, cum cogitaret, quod Goethius poëta nostras in Xeniis:

Nein, du erbittest mich nicht! Du hörtest dich gerne verspottet,
Hörtest du nur dich genannt; darum verschon' ich dich, Freund.

Nam quod Propertium significari quidam putarunt, fugit eos ratio. Sed *ineptus* ille et poëtam, certe versificatorem, se dicit ibi v. 23., et orbum 27. sequ., et Tigellium magni facit 25., cujus, praesertim ipse canens, ut de se ibidem gloriatur, commercium quaesivisse, hominisque benigni (2, 4) interfuisse

conviviis videtur (80). Ejusmodi virum, cum ab Horatio contemneretur, par pari referre voluisse consentaneum est. Sed finem hariolandi faciam. 81. *Plotius et Varius.* Vid. ad 5, 40. 82. Titus Valgius Rufus, cui Od. 2, 9 inscripta est, poëta epicus fuit, de quo Tibullus carm. ad Messal. 180:

Est tibi, qui possit magnis se accingere rebus,
Valgius: aeterno propior non alter Homero.

ubi vidd. Broukh. Heyn. et J. H. Vossius. Scripsit etiam elegias, idyllia atque epigrammata; sed omnia ejus carmina deperdita sunt praeter versus paucos, quos collegit Broukhusius. Qui h. l. memoratur, Octavius non est Caesar Octavianus, sive Augustus, ut multos existimare video, sed alius quicunque ejus nominis, et fortasse ille, de quo Virgilius Catalect. 14:

Quis deus, *Octavi*, te nobis abstulit? an, quae
Dicunt, ah! nimio pocula dura mero?

—— ——
—— ——

Scripta quidem tua nos multum mirabimur, et te
Raptum et Romanam flebimus historiam.

Monuerunt Victorius Var. Lectt. 14, 7, Gesn., Heind. 83. 85. 86. De Fusco et Viscis vid. ad 9, 22 et 61, de Pollione supra ad 42., de Messala ad 29. Bibulus quis sit, ignoratur, nisi quod vir nobilis haud dubie fuit e gente Calpurnia; nec quidquam certi scimus de Servio, suspicari tamen possumus, intelligendum esse Servium Sulpicium, D. Bruti consobrinum, qui philosophiae et liberalibus artibus operam dabat, et Trib. pl. fuit U. C. 706, cum Horatius duodeviginti annos natus esset; de quo Servio vid. Clav. Cic. Similiter Noster seniori Trebatio acceptus fuit, ut ex Sat. 2, 1. intelligitur. De Furnio Schol. Cruq.: Furnius historiarum fide et elegantia claruit.

88. Recte Heind., ipso usu linguae jubente: *sunt* qualiacunque, ut Graeci: ὅσις ἐσίν, ὅσις οὖν ἐσί. 91. Schol. Cruq.: „In schola mimarum. Vituperat eos poëta, qui pro discipulis habuerunt in scholis mimarum coetum et histrionum.“ Acr.: „Hi modulatores fuerunt et docuerunt puellas ingenuas per modos(?), quia hoc tempore maximum earum studium fuit affectandi lyricam disciplinam.“ Vid. ad 16. et 2, 3. Recte

discipulas etiam pueros molles ac pathicos dici putant Fea et Heind., qui confert 8, 39. Ceterum *jubeo plorare* Graecorum more dictum est, quorum formulae loquendi in hoc genere sunt οἴμωζε, οἰμώζειν λέγω σοι, etc., pro eo, quod est *pereas, malum tibi sit* (Liv. 4, 49,), *i in malam crucem.* Vid. Heind., qui praeter locos Xenophontis, Aristophanis et Plutarchi conferri jubet Sat. 2, 1, 46; 5, 69, Lamb. ad Epod. 5, 74, P. Victor. V. L. 13, 12. Lamb.: „Quemadmodum, quibus bene cupiunt Graeci, eos jubent χαίρειν, εὖ πράττειν, i. e. gaudere et rem bene gerere, sic, quibus malum precantur eos jubent οἰμώζειν, i. e. plorare." 92. *haec.* Verba *Demetrî — cathedras. Subscribe*, tanquam *Vale.* Vid.. Sueton. Tib. 32, et ibi Casaub. Cf. Lamprid. in Commod. 13. *Libello*, huic ipsi satirae, non toti Sermonum libro primo, ut censet Bentl. in praefatione. Cf. Pers. 1, 120. Porph.: Eleganter, quasi hoc ex tempore dixerit, praecipit puero, ut in librum suum illud conferat, ne pereat tam opportunum et congruens in modulatores dictum.

Sat. 2, 1, 1. *ultra legem.* Acr.: Ultra quam opus est et quam habet se ratio ipsius vocabuli. Et mire *legem*, quia cum jurisperito loquitur. 4. C. Trebatius ICtus celeberrimus, Ciceronis amicus, Caesarique et Augusto valde probatus, de quo Cic. Epist. ad Fam. 7, 5. et passim. Vidd. Clav. Cic., N. H. Gundlingii Dissert., quae sic inscripta est: C. Trebatius Testa ICtus ab injuriis veterum et recentiorum liberatus, Hal. Saxon. 1710., et Menagii Amoenit. jur. civ. c. 14. 5. *praescribe.* Schol. Cruq.: Statue tanquam ex lege, quid debeam facere. Jucunde ad jurisperitum, cujus erat dubia interpretari et exponere; unde sunt in jure civili responsa prudentum. 7. *Uncti.* Post exercitia gymnastica et armorum in Campo Martio, qui vicinus Tiberi. Od. 1, 8, 8; 3, 7, 27; 3, 12, 6; Veget. de Re milit. 1, 10. Jungenda *ter transnanto.* De numero ternario ad Epist. 1, 1, 37. 8. Studiosissimum natandi ipsum Trebatium vocat Cic. Epist. ad Fam. 7, 10. 12. *pater.* Vid. ad Epist. 1, 6, 54. 13. *horrentia pilis agmina. Romanorum*, quorum proprium genus armorum pila, ut constat ex Polybio l. 6. p. 469. C. ed. Casaub. et Vegetio de Re milit. 2, 15. 14. *fracta pereuntes cuspide Gallos.* Schol. Cruq.: „Ex historia de Mario hoc sumtum est: nam Marius adversus Santonas talia tela commentus

est, ut fracta mitterentur (leg. cum Gesnero: missa frangerentur), ne remitti ab hostibus possent." Plutarch. Mar. p. 419. D.: Λέγεται εἰς ἐκείνην τὴν μάχην (adversus Cimbros) πρῶτον ὑπὸ Μαρίᾳ καινοτομηθῆναι τὸ περὶ τὰς ὑσσάς (pila). Τὸ γὰρ εἰς τὸν σίδηρον ἔμβλημα τῶ ξύλω πρότερον μὲν ἦν δυσὶ περόναις κατειλημμένον σιδηραῖς· τότε δὲ ὁ Μάριος τὴν μέν, ὥςπερ εἶχεν, εἴασε, τὴν δὲ ἑτέραν ἐξελὼν ξύλινον ἦλον εὐθραυστον ἀντ' αὐτῆς ἐνέβαλε, τεχνάζων προσπεσόντα τὸν ὑσσὸν τῷ θυρεῷ (scuto longo) τῶ πολεμίῳ μὴ μένειν ὀρθὸν, ἀλλὰ τῶ ξυλίνῳ κλασθέντος ἦλῳ καμπὴν γίνεσθαι περὶ τὸν σίδηρον, καὶ παρέλκεσθαι τὸ δόρυ διὰ ῥεβλότητα τῆς αἰχμῆς ἐνεχόμενον. Ceterum bella cum inquietis Gallis et Parthis, tunc hostium Rom. imperii maxime timendis, pro quibusvis aliis bellis gravibus ac periculosis dicta sunt, neque cogitandum videtur de subacta per Messalam Aquitania a. U. C. 725. vel 726. (Appian. 4. p. 611, Dio Cass. 49. extr., Casaub. et Sueton. Aug. 21.), multoque etiam minus de redditis a Parthorum rege signis Romanis, quod factum a. U. C. 734., sive annos minimum decem post conscriptum Satirarum hunc librum alterum ex ratione Bentleji, quam quominus totam rejiciamus, multa sunt quae prohibeant.

15. Parthorum maxime equitatus formidabilis fuit, praesertim in simulata fuga sagittis petens temere persequentes. Res nota. Cf. Od. 1, 2. extr.; 19, 11; 2, 13, 17; 3, 2, 3.; Virg. Georg. 3, 31. *Describit*, si quis praefert, ut A. P. 263.: *Non quivis videt immodulata poëmata judex.* 16. *poteras.* Potes. Vid. ad Epod. 17, 60. *Fortem.* Non de virtute bellica accipiendum verbum, ut de qua dicere Noster recusaverit, sed ita ut Epist. 1, 9, 13. (Vir bonus et fortis.) Cf. 2, 115; 3, 216; 5, 64; Epist. 1, 7, 46 (*Strenuus et fortis* causisque Philippus agendis Clarus). Porph.: „Si non potes Caesaris gesta scribere, at potes justitiam et fortitudinem (animi Acr.), ut Lucilius Scipioni fecit, qui vitam illius privatam descripsit, Ennius vero bella." Vid. sequens annotatio. 17. *Scipiadam.* Priscian. 2. p. 582. Putsch.: „Virgilius secundum Graecam formam *Scipiadas* dixit (Georg. 2, 170) ἀπὸ τῶν Σκιπιώνων (imo:

ἀπὸ τῆς Σκιπιάδης), cum Scipionides dicere debuit.“ Sic etiam infra Noster 72., et Lucilius apud Festum v. Scurrae et apud Gellium 4, 17, item Lucret. 3, 1046. Intelligendus autem P. Cornel. Scipio, P. F., qui Italiam ab Hannibale liberavit a. U. C. 550. (ante Chr. 200.), diemque obiit a. U. C. 566. (ante Chr. 184.); cujus res gestas carmine celebravit Ennius (Carm. 4, 8, 20), mortuus ille a. U. C. 584. (ante Chr. 166.) *Sapiens*, qui *sumserit aequam suis viribus materiam* (A. P. 38.), neque rem actam egit post Ennium. 22. *Pantolabum*. Acr. et Porph. ad 1, 8, 11.: „Fuit Mallius Verna trans Tiberim ingenuis parentibus natus, qui quia a multis pecuniam mutuam rogabat, Pantolabos est cognominatus.“ De Nomentano vid. ad 1, 1, 102.

24. Imo *simul*, sive eodem tempore, fervor ejus capiti et numerus lucernis dicitur accedere. *Ut simul* pro *simul ut* haud scio an sit inusitatum. 29. *nostrum melioris utroque*. Schol. Cruq.: Qui melior fuit et me et te, o Trebati, censu et natalibus.“ Vid. ad 1, 4, 6. 31. Recte explicatur: sive quid ei male evenisset, sive prospere, chartis suis omnia committebat. Hinc est, quod dicitur, omnem vitam Lucilii patere, descriptam in ejus libris, tanquam in tabula votiva. Simillimus huic locus infra est 57 — 60. *Gesserat* si scriptum esset, *rem* addendum fuisset, ut bene monet Heind. 33. Schol. Cruq.: „Votiva tabula est, quae ex voto posita est in templo aut aliquo loco publico, in qua descripta, h. e. depicta, est fortuna alicujus. Ita solent naufragi suum naufragium in tabella depictum circumferre et in templis alicui deo consecratum suspendere. Ad hunc modum Lucilii senis vita tam clara est in suis libris, quasi esset depicta in aliqua tabula.“ Cf., quos laudat Heind., Cic. de Nat. d. 3, 37, Od. 1, 5 extr., A. P. 20, Virg. Aen. 12, 766 seqq., Juvenal. 12, 27; 14, 301 seqq., Pers. 1, 88, ibique Casaub., et 6, 32, Brisson. de Formulis 1, 177.

36. De Sabellis dictum ad 1, 9, 29. 37. *Qua* var. lect. Zurck. 47. Incertum est, utrum scribendum sit *Servius*, an *Cervius*. Prius nomen haud male defendit Fea. Alterum novimus ex Cicerone (Verr. 5, 44.) et Scholiaste Cruq., qui sic: „Cervius, Ascanii libertus, calumniator, accusavit Cn. Calvinum lege de sicariis.“ Dicit autem Cn. Domitium Calvinum, qui consul fuit cum Messala a. U. C. 700, sive ante Chr. 50.

Vid. Clav. Cic. *Urnam*. Idem Schol.: „Urnam reorum, i. e. damnationem, quia pro sorte, quae acciderat, damnabatur vel absolvebatur reus," etc. Fiebat hoc a judicibus juratis ex lege tabellaria, lata a. U. C. 617. Sil. Ital. 9, 27.:

—— Meruerunt talia, qui te
Legibus atque urnae dira eripuere minanti?

48. De Albutio cf. 2, 67. cum Porphyrionis scholio, in quo senex dicitur et elegans convivator. Canidiam veneficam et moecham, quae senes sectaretur, ut barbatos senex Stalino apud Plautum Cas. 345., ex epodo 5. aliisque non paucis poëtae locis novimus; veneficum autem fuisse ipsum quoque Albutium, neque h. l. neque 2, 67. affirmantibus crediderim scholiastis veteribus, tacente praesertim incorruptiore Cruquii commentatore; sed moechus fuit, quo tanquam marito Canidia uteretur, unde per ridiculum Noster eam dicit Albutii, h. e. Albutii uxorem, quasi uxor dicenda mulier sit ejus, quicum quotidie rem habeat. Quem jocum non capientes scholiastae senem turpissima macula consperserunt. Vid. ad 2, 67.

49. Schol. Cruq.: „C. Marcium Turium significat, judicem corruptissimum, qui accepta pecunia pro reis pronunciare sit solitus." Alios Turios commemoratos vide apud Ernestium in in Clavi Cic. 52. Sic interpungendum:

Dente lupus, cornu taurus, petit unde, nisi intus
Monstratum?

H. e.: Unde dente petit lupus, cornu taurus, nisi intus monstratum est? Falluntur et fallunt, qui aliter. *Monstratum est*, quod legitur in duobus Fcae codicibus, ab interprete profectum est. Certe ellipsi verbi substantivi nihil usitatius. 54. Ne hic quidem recte interpungitur. Scribendum uno tenore: *nil faciet sceleris pia dextera mirum, Ut neque* etc. *nil mirum sceleris* pro eo, quod est *nil miri sceleris* per hypallagen. Non mirum aut novum facinus committet pia scilicet (h. e. impia) manus Scaevae, quemadmodum nec calce quemquam lupus petit, neque bos dente; sed ipsa Natura duce, quae timidum eum atque dissimulantem finxit, et cui tanquam per pietatem obtemperat, veneno extinguet matrem. Quod quam amarâ εἰρωνείᾳ dictum sit, nemo non persentit. Schol. Cruq.: „Scaeva

luxuriosus quidam fuit, qui matrem dato veneno necavit propterea quod ei nimis diu viveret. — Sic Cic. pro Scauro: *Libertus patronum non occidit, sed duobus digitulis gulam oblisit.*"

61. *majorum.* Potentiorum amicorum. 62. *Frigore.* Amoris affectûsque remissione. Vid. Lips. ad Vellej. 2, 83. Pers. imitator 1, 108: *Vide sis, ne majorum tibi forte Limina frigescant.*

65. *et qui* etc. P. Cornel. Scipio, P. F., Africanus major. Vid. ad 17. 67. *Metello.* Q. Metello Macedonico. Vid. Clav. Cic. Acro, emendatus a Ruhnkenio in Notis ad Vellej. 1, 11: *Metellus temporibus Scipionis Africani potens fuit; et cum in concione quaedam adversus se decreta clamaret, Scipio ait: Hi sunt, quos Hannibali eripui. Patere ergo, inquit, hos liberos esse. Ob quae et alia Lucilius eum in gratiam Scipionis carpsit, quamvis amicum ipsius.* 68. *Lupo.* L. Cornel. Lentulo Lupo, qui consul fuit a. U. C. 597, sive ante Chr. nat., 153., et acerbe a Lucilio exagitatus est. Vid. Torrent. et Heind. Cf. Pers. 1, 115. *Cooperto.* Tanquam *lapidibus*, ut apud Cic. et Liv. Metaphora usitata. Vid. Cort. ad Sallust. Cat. 23. 69. Male Lamb., quamvis ex codd. et probante Turnebo Advers. 7, 11.: *tributum. Tributus* inusitatum, nisi quod dicimus *comitia tributa*, ut recte monet Heind. 70. *Scilicet* animum attendit ad sequentia. Vid. J. H. Voss., vir celeberrimus, ad Virg. Georg. 1, 282. 71. *a vulgo et scena.* Schol. Cruq.: „A publico conspectu." Cic. ad Brut. ep. 9.: tibi nunc populo et scenae, ut dicitur, serviendum est. Hinc *μεταφορικῶς afferre aliquid in scenam* (in notitiam omnium) Cic. de Orat. 3, 40., et *minore scena* (apparatu et ostentatione) Suet. Calig. 15. Heind.

71. *in secreta.* Similiter *secretum* Tac. Ann. 14, 53. et Suet. Calig. 23. 72.

Virtus Scipiadae et mitis sapientia Laeli.

Vid. ad 1, 2, 32. 73. Schol. Cruq.: „Scipio Africanus et Laelius feruntur tam fuisse familiares et amici Lucilio, ut quodam tempore Laelio circum lectos triclinii fugienti Lucilius superveniens eum obtorta mappa quasi feriturus sequeretur." Cf. Cic. de Orat. 2, 6. 74. *Donec decoqueretur olus.* Idem Schol.: „Donec coena pararetur. Ostendit per herbas, eos fuisse sobrios." *Olus* cibus pauperiorum et frugalium, ut item cicer,

fabae, lupini, porrum etc. Confert. Heind. A. P. 249; 2, 117; 6, 64; 7, 30; Epist. 1, 5, 2; 17, 13; 2, 1, 122; Jacobs. Animadv. ad Anthol. v. 2. p. 3. pag. 143. Vid. etiam 1, 6, 115; 2, 3, 182, interpp. ad Hesiod. Opp. et D. 41.

77. *fragili* et *solito* neutra sunt, ut bene monet Heind.

79. Rectum nobis quoque videtur *diffingere* i. e. *mutare*, ut explicat Schol. Cruq. Nihil ex hoc, sive horum, ab Horatio dictorum, mutare, h. e. emendare seu reprehendere (cf. 1, 10, 53.) se posse dicit ICtus, sed omnia probare, nisi quod sit jus et judicium; quod eo dicat, ut monitus caveat Horatius. Scribendum itaque:

—— Equidem nihil hinc diffingere possum;
Sed tamen (ut monitus caveas, ne forte negoti
Incutiat tibi quid sanctarum inscitia legum),
Si mala condiderit in quem quis carmina, jus est
Judiciumque.

83. *Esto, si quis mala; sed bona si quis Judice condiderit? Laudatur Caesare.* Haec ne intelligi quidem possunt, adeo male sunt distincta; id quod dudum senserat Gesn. Neque *laudatur* probum est. Legendum sine controversia: *sed bona si quis judice condiderit laudatus Caesare?* Cic. Epist. ad Fam. 6, 12.: Placet Hector ille mihi Naevianus, qui non tantum laudari se laetatur, sed addit etiam *a laudato viro*. Ovid. Met. 9, 716.: Ianthen, Inter Phaestiadas quae *laudatissima* formae Dote fuit *virgo*. 85. *laceraverit* unus Feae liber. Rectum *latraverit*. Gesn.: „Liv. 38, 54.: *Cato allatravit Scipionis magnitudinem*. Verbum nimis triste et injurium de Catone non adhibiturus erat Livius. Vid. Epod. 6, 5.“ Propria potestate Noster usurpavit Epod. 5, 58, Epist. 1, 2, 66. Petron. c. 104.:

Et canis in somnis leporis vestigia latrat.

86. *Solventur risu tabulae.* Acr.: „Aut subsellia [judicum] solventur, i. e. compago lignorum, aut ipsae leges“ etc. *Solventur* pro Frangentur accipit Gesn. Similia videntur Maronis illud *Rumpunt arbusta cicadae*, et Juvenalis 1, 13: *assiduo ruptae lectore columnae*. Plato Euthydem. §. 74., laudante Heind.: ἐνταῦθα δὲ ὀλίγα καὶ οἱ κίονες οἱ ἐν τῷ Λυκείῳ ἐθορύβησάν τε καὶ ἤσθησαν. Proverbialem locutionem esse Heind. suspicatur

similem vernaculae: er lügt, dafs die Balken biegen. Sed malim *tabulas* accipere *μεταφορικῶς* pro *legibus* cum Acrone et J. H. Vossio, qui vertit: Dann wird mit Lachen gelöst das Gesetz. Similiterque San. in nota: On déchirera en riant les pieces du procès. Neque absurdum sit, verba *Solventur risu* interpretari *Solventur risui*, i. e. *in risum*, quemadmodum Lucret. 3. dixit:

Vitaque mancupio nulli datur, omnibus usu,

pro *usui*, et Virg. Aen. 1.: *Parce metu* pro *metui*. Quem usum dativi pro accusativo cum praepositione nuper illustravimus in Vindiciis Ovid. ad Met. 3, 127. et ad Octaviae 400. Dixerit igitur Noster, tabulas legum sive ipsas leges solutum iri in risum, h. e. judices, cum iis secundum legem pronuntiandum fuerit, risuros. *Missus*. Dimissus, absolutus.

Sat. 2, 2, 1. *Boni*. Suavis compellatio, ut 6, 51, 95 etc., Pers. 6, 43. *Εἰρωνικὸν* est 3, 31, Graecorum exemplo, qui sic usurpant *ὠγαθέ, ὠγαθοί*. Cf. Terent. Andr. 3, 5, 10. (*bone vir*), Drakenb. ad Sil. Ital. 2, 240. H. *Bonis*, quod plerique libri habent, ineptum est et ortum procul dubio ex scriptura continua (*bonisit*), cum s littera forte geminata esset: siquidem non *bonis* tantum ea virtus est, sed omnibus hominibus, h. e. ab omnibus virtus existimanda. Quam lectionem Feae quoque, ut olim Gesnero, placuisse, vehementer miror. 2. Recte Heind.: Den Erweis, dafs *quae praecepit* eine übliche Ausdrucksart wäre, konnte sich Bentley ersparen. Da hier Horaz den von Ofellus ausgesprochenen *sermo* wörtlich vorträgt, so scheint *quem* sehr passend. *Sermonem praecepit Ofellus*, wie Od. 1, 24, 2. *Praecipe lugubres cantus, Melpomene*. 3. *abnormi* lect. 3. codd. Cruq., cujus lectionis origo videtur eadem, quae *τῷ bonis* v. 1. De Ofello vide ad 112. 4. *Nitentes*. Uncti, quae propria verbi significatio. Vid. Ernestii Clav. Cic. v. *Nitere*. Opponitur *impransi* in sequentibus, siquidem uncti coenabant (Terent. Phorm. 2, 2, 25; Catull. 13. etc.). De nitore mensarum sequente versu dicitur. Certe intelligendum ex Lambini sententia mensas *λιπαρὰς*, pingues, unctas, opiparas, ne crimine *ταυτολογίας* Noster compelletur. 7. *impransi*. Acr.: „Jejuni, sobrii, ut alibi (3, 257.) ipse: Postquam est impransi

correptus voce magistri.“ Cf. 38. 9. Exercitationum Rom. juventutis militarium duae, venatus atque equitatio, dictae pro omnibus. Cf. Od. 3, 24, 54; Cic. de N. D. 2, 64, ibique Davis. H. 11. *graccari.* Ἑλληνίζειν, graecum morem sequi. Vid. Salmas. ad Tertull. de Pallio p. 360. Id. 13. *agit.* Cic. pro Arch. 7.: Haec studia adolescentiam *agunt*, senectutem oblectant etc. Id. Ceterum Gesnerus Heindorfio imposuit, cum constructionem hujus loci nescio quo modo non assequeretur, quae minime obscura est, cum hoc dicat poëta: Ubi fastidium tuum vicit labor seu Romano seu Graeco more exerciti, tum, si potest, sperne cibum vilem; verba autem *pete cedentem aëra disco* παρενθέτως inserta sint, quibus verbis durior et antiquitatem amans Ofellus virilem disci ludum pilae molliori praefert probatque, quasi dicas, *seu te discus delectat, quem ludum ut ludas, ipse suadeo.* 15. *Nisi Hymettia* etc. Descriptio *mulsi*, de quo cf. not. ad 4, 24, et interpp. Colum. 2, 41. 18. *Latrantem*, iratum. Cf. 8, 5; Lucret. 2, 17. *Unde — qui.* Ταυτολογία familiaris. Vid. H. 21. *album*, λευκὸν, μὴ ἡλιωμένον. Color vitam umbratilem degentis. Vid. Id. *Ostrea.* Synizesis, ut 1, 8, 43. Recte ibi Porph. confert Iliad. 3, 237. (Κάσορα θ' ἱππόδαμον καὶ πὺξ ἀγαθὸν Πολυδεύκεα) et Virg. Aen. 10, 116. (Haec finis fandi, solio cum Jupiter aureo); male Aen. 7, 160. (Jamque iter emensi turres ac tecta Latinorum), qui, versus est hypermetrus. 22. *Scarus*, σκάρος, piscis, de quo Plin. H. N. 9, 17., postquam dixit de acipensere, lupo et asellis, qui pisces olim in honore fuerint: „Nunc,“ inquit, „scaro datur principatus, qui solus piscium dicitur ruminare herbisque vesci, non aliis piscibus. Mari Carpathio maxime frequens, promontorium Troadis Lecton sponte nunquam transit. Inde advectos Tiberio Claudio principe Optatus e libertis ejus, praefectus classis, inter Ostiensem et Campaniae oram sparsos disseminavit. Quinquennio fere cura est adhibita, ut capti rederentur mari. Postea frequentes inveniuntur Italiae in littore, non ante ibi capti.“ Et 32, 11.: „Rhombus, scarus principales hodie.“ Nam ita legendum censeo, h. e. Rhombus et scarus. Cf. Epod. 2, 50. De scaro jam Ennius Apulej. Apolog. p. 484. Wouv.:

Quid scarum praeterii, cerebrum Jovi' pene supremi?

Cf. Macrob. Sat. 2, 12. Epicharmus apud Athen. 7. p. 319. F.: *ἁλιεύομεν — σκάρας,*

Τῶν δὲ τὸ σκῶρ θεμιτὸν ἐμβαλεῖν θεοῖς.

Quae laudat Heind. Vide etiam ad 42. *Lagois* avis aeque ignota. *Lagopum* intelligit Baxterus, quam avem *praecipuo sapore* dicit Plin. H. N. 10, 48, eandemque esse putat Britannus atque *attagena*, sive perdicem Asiaticam, quam Noster commemorat Epod. 2, 54. (Tetrao bonasia Linn., *gelinotte de bois*, seu *francolin*, Haselhuhn, secundum Baxterum; sed Schneiderus in lexico graeco v. λαγὼς itemque Faber in Thesauro erud. scholast. lagopoda malunt esse avem Alpinam candidam, columbae magnitudine. Tetrao lagopus Linn., *gelinotte blanche*, Schneehuhn.]) 28. *honor*. Var. lect. Zurck. *color*. Glossema.

29. Frustra *haec* repositum est a Fea. Legendum, sicut vulgo, sed ita interpungendum:

Carne tamen, quamvis distat, nihil hac magis illâ,
Imparibus formis deceptum te patet.

h. e. Quamvis distat gallinae caro a pavonis, tamen nihil (non) hac (pavonis) magis illâ (gallinae, sed) imparibus formis deceptum te esse patet. *Tamen* positum in prodosi, cum ad apodosin pertineat, ut saepius *ὅμως, εἶτα, ἔπειτα, εἶεν*, apud Graecos. Vid. Heind. ad 6, 27. *Distat* absolutum, ut 3, 260. Hoc modo explicatus tandem videtur locus, quem a renatis inde litteris male intellectum inutilibus sive interpretationibus sive mutationibus certatim vexarunt viri docti. 30. *Esto, εἶεν*, usitata vox, ubi quid concedimus, et ad aliam rem transimus. Vidd. Schol. Cruq. ad 3, 65; Moeris Atticista v. *εἶεν*, F. A. Wolf. ad Platonis Symp. c. 4. Cf. 1, 83. 31. *Unde datum sentis*. Unde tibi datum, quod sentis etc. Unde tibi concessum est, ut sentias etc. Vid. Bentl. 34. *Mullus*, Cyprinus rutilus Linn. (ein Fisch aus dem Barbengeschlecht [sed hoc ipsum cyprinorum, qui nobis Karpfen, Carpes.], Rothbart [seu Rothfeder], Schmerbutte [?]. Heind.) Plin. H. N. 9, 17. postquam de acipensere, lupo, asellis, scaro et mustelis piscibus dixit: Ex reliqua, inquit, nobilitate et gratia maxima est et copia *mullis*, sicut magnitudo modica, binasque libras ponderis raro admodum exsuperant, nec in vivariis piscinisque crescunt, etc. In

his emendis Romani plane insaniebant. Vide, quos laudat Heind., Plin. ib. 31., Martial. 10, 31, Senec. Epist. 95, Juvenal. 4, 15. 35. *quo pertinet ergo proceros odisse lupus?* Schol. Cruq.: „*Cur* ergo magnitudinem laudas in mullo, et reprehendis in lupo? Quia scilicet in utroque te delectat, quod rarius.“ Cf. 3, 11, 201. Cic. Brut. 87.: Quod autem plures a nobis nominati sunt, eo pertinuit, ut paulo ante dixi, quod intelligi volui, etc. 38. H. e.: et quod stomachus, qui raro jejunus est, contemnit vulgares cibos. Nam praegressis *Quia — pondus* haec subjungenda, neque offendi debemus ἀσυνδέτῳ in Nostro. Vid. ad 1, 3, 56. Ceterum haud inelegans lectio Hildeberti, quam Fea commemorat, J. r. st. v. *tempsit*, h e. temnere solet, ἀορίστως. 40. Heind.: *Vellem.* Niemand ist hier angestofsen, und doch fodert ja die feste Regel hier *Velim* (βελοίμην ἄν).“ Itaque legendum esse suspicatur *Velle, ait.* Sed rectum est *Vellem* in re prorsus ἀδυνάτῳ: nam mulli fere bilibres, ut modo legimus in loco Pliniano, dubitanterque Juvenalis 4, 15:

—— Mullum *sex* millibus emit,
Aequantem sane *paribus* sestertia *libris*,
Ut perhibent, qui de magnis majora loquuntur.

Ergo fieri non potuit, ut *magnus* re vera mullus haberetur. Quae res aliter se habet in eo loco, quem confert Heind., qui locus est 1, 1, 55. Ibi fictus interlocutor recte, secundum meliores codd.: *Magno de flumine malim Quam ex hoc fonticulo tantundem sumere*, non *mallem*, quia fluviorum alii sunt magni, alii parvi, nihilque impedit, quominus fluvium aliquem propinquum isti fonticulo cogitemus. — *At* execrantis est, ut monet Heind. Execratur enim rusticus epulas fastidiosorum, optans, ut Auster eas putrefaciat. Sed statim recolligens animum, Quanquam, inquit, recentia istis putent; malunt putrefacta. Et sic fere Scholiastae. 41. *Praesentes.* Acr.: „Praesentes, quasi precibus meis *faventes*, ut *Fracsentia numina Fauni* (Virg. Georg. 1, 10.); vel *potentes* austri“ etc. Quemadmodum dicitur *praesens remedium, auxilium, periculum.* Vidd. interpp. ad Od. 1, 35, 2., Epist. 1, 1, 69, Heins. ad Ovid. Trist. 5, 2, 45, Drakenb. ad Liv. 10, 40. Virg. Aen. 9, 404.:

Tu, dea, tu praesens nostro succurre labori!

Quanquam et *Etsi* se corrigentis sunt. Rarius *Quamvis* eandem potestatem habet, ut apud Celsum praefat. 1. p. 23. Bip. (Ex his enim similibusque saepe curandi nova ratio ducenda est; *quamvis* ne haec quidem sic praeteriri debent, quasi nullam controversiam recipiant.) H.

42. Quanti rhombum fecerint Romani, vel e Juvenalis satira 4. intelligas. Cf. 48 sequ., 95; 8, 30; epod. 2, 50; Martial. 13, 81, quae loca laudat Heind. ad 1, 2, 116. 43. *rapula*. Cf. 8, 8. 44. *inulas*. Vid. ad 8, 51. 47. *Acipenser* an habendus sit pro eo pisce, qui acipenser sturio (Stör) dicitur Linnaeo, quaeritur. Vidd. Salmas. Exercitatt. Plin. p. 1316. Maximo in honore fuit apud Romanos tempore belli Pun. secundi; Horatii autem aevo jam contemnebatur. Cf. Athen. 7. p. 294. F., Plin. H. N. 9, 17, Macrob. Sat. 2, 12. — *Erat* vi caesurae posteriorem syllabam producit. Vidd. Was. Senar. c. 5, Nic. Heins. ad Ovid. Met. 1, 114 etc. Cf. Od. 1, 3, 36 etc. 49. *Ciconia*. Plin. ib. 10, 23.: Cornelius Nepos, qui divi Augusti principatu obiit, cum scriberet turdos paulo ante coeptos saginari, addidit, ciconias magis placere quam grues, cum haec nunc ales inter primas expetatur, illam nemo velit attigisse.

50. *Praetorius*. Κατ' εἰρωνείαν, quia pratura excidit. Schol. Cruq.: Asinius Sempronius Rufus praetorius instituisse creditur, ut ciconiarum pulli manducarentur; quare, cum in praetura petenda repulsam tulisset, tale epigramma meruit:

Ciconiarum Rufus iste conditor
Hic est duobus elegantior Plancis;
Suffragiorum puncta non tulit septem:
Ciconiarum populus ultus est mortem.

51. *edixerit*. Tanquam praetor. Cf. Epist. 1, 19, 10.

55. *Avidienus*. Ignotum aliunde nomen. Recte ni fallor, cod. Feae vetus: *Aufidienus*: cf. locum Taciti laudatum ad 1, 1, 4. Scriptum fuerit, paulatim augente depravatione, *Auuidienus*, *Auidienus*, quemadmodum f et u inter se permutari, bisque positae litterae semel exarari solent a librariis. *Pravum* ab effectu se detorquendi, quod exquisitius mihi videtur libri Bersm. lectione *pravus*, quam praetulit Bentl., frustraque Heind. tuetur locis, quales sunt 1, 4, 79; 2, 7, 71. 56. *Canis*. Propter sordes. *Ductum* an *dictum* ponas, non multum interest: nam et uterque mo-

dus loquendi usitatus est, et saepissime haec verba miscentur in codd., ut recte monet novissimus Satirarum editor Germanus. Quo laudante Liv. 1, 1.: Stirps virilis, cui Ascanium parentes *dixere nomen*, sicut Graeci καλεῖν (ἐπονομάζειν, λέγειν) ὄνομά τινι. *Dictum* codd. Bentl. omnes, Gesneri Hann. et edd. vett. *Ex vero*, ut Plaut. Stich. 88, Ovid. Fast. 2, 859.

60. Festus: *Repotia.* Postridie nuptias apud novum maritum coenatur, quia quasi reficitur potatio. 61. *Albati*, h. e. albis vestibus induti (λευκῇ, λαμπρᾷ, καθαρᾷ ἐσθῆτι) veteres sacrificabant, epulabantur, spectaculisque publicis intererant. Vidd. Pers. 2, 40, Theophr. char. 21, et utrobique Casaub., Torrent., H. *bilibri*. Sch. Cr. *Quod sextarium capit* etc.

62. Schol. Cruq.: *non parcus.* λιτοτής. *Liberalis in aceto veteri, acsi diceret: in eo solo non avarus.* 64. Idem: *Utrum.* Gallonium, an Avidienum. *Hac urget* etc. *proverbium. Nam ubi res duae nobis molestae inter se pugnant, eo proverbio utimur* etc.

65. *Mundus.* Καθάριος. Vid. Valck. ad Xenoph. Mem. Socr. 2, 1, 22. Cic. de Fin. 2, 8.: Mundos, elegantes, optumis cocis, pistoribus, piscatu, aucupio, venatione, his omnibus exquisitis vitantes cruditatem. Cf. 1, 2, 123, Od. 2, 10, 5 seqq.

67. *Albuci* Bentl. secundum Lambini libros 4 et Bersm. Parum exploratum est, utro modo rectius scribatur. Schol. Cruq.: *Saevus erit.* (Legendum puto: *Saevus. Erat*) *nimis tenax et parcus in dando singulis demenso, et asper in exigenda a singulis impensi ratione, castigandoque, adeo ut servos nonnunquam castigaret prius et caederet quam peccassent, dicens, vereri se, ne, cum peccassent, caedere tunc ei non vacaret. Ut Naevius unctam. Nam ut Albutius rigidior dicebatur in domestica disciplina, ita Naevius profusior* (*) *et remissior.* Confert Heind. 4, 78 sequ.:

> Magna movet stomacho fastidia, seu puer *unctis*
> *Tractavit calicem manibus*, dum furta ligurrit, etc.

et haec addit, hausta illa quidem ex vet. Sch.: Er (Naevius) fand also nichts Arges darin, wenn die Sklaven den Gästen zum Mischen des Weins fettiges Wasser, *unctam aquam*, reichten. Vid. ad 1, 4, 88; 2, 4, 62, 78. Ita quidem haec inter-

(*) Hoc verbum insertum a mala manu. Leg.: ita N remissior.

pretari malim, quam balneum intelligere, ut San., qui sic vertit: Il ne portera point non plus la négligence et la malpropreté aussi loin que Névius, qui souffre que l'on donne de vilaine eau grasse pour le bain des conviés, ce qui n'est pas pardonable. Certe unguenta non aliena a balneis. Plaut. Poen. 3, 3, 89:

Quid multa verba? faciam, ubi tu laveris,
Ibi balneator faciat unguentariam.

ad quem locum Douza Centurion. pag. 433.: Ita unguentis balneum, in quo lavabis, effluere faciam, ut non balneum, verum unguentarii officina potius videri possit etc. Ceterum hoc etiam loco Porph.: *Hic est Albucius, qui, et avarus et elegans conviviorum apparator, saevus est habitus in servos; qui, ob cupiditatem nimiam habendi alienam uxorem, suam veneno necavit;* de quo commento quid mihi videretur, significavi ad 1, 4, 88. 75. Cf. 7, 107. 76. *pituita.* Schol. Cruq.: *Synaeresis metri causa.* Ita et Epist. 1, 1, extr. Persius 2, 57:

Somnia pituita quae purgatissima mittant.

Contra Catull., 23, 17, u littera non liquescente:

Mucusque et mula pituita nasi.

Fuse hanc figuram illustravimus ad Plaut. Amph. prol. 74.

77. *dubia.* Schol. Cruq.: *Lauta, luxuriosa. sic Terent. in Phorm.* (2, 2, 28.): *Coena dubia apponitur.* Ubi Lindenbr.: Πανδαισία. Aristoph. in Pace 567:

Ὦ Πόσειδον, ὡς καλὸν τὸ σῖφος αὐτῶν φαίνεται
Καὶ πυκνὸν καὶ γοργὸν, ὥςπερ μᾶζα καὶ πανδαισία.

Vid. ibi Schol. Hieronym. ad Eustoch. de Virginit.: *Castae vocantur et Nonnae; post coenam dubiam Apostolos somniant.* — Ausonius quoque Mosell. 102.: *salmo, dubiae facturus fercula coenae.* 79. Passim apud veteres anima humana audit *deus in nobis.* Vid. Davis. ad Cic. Tusc. 1, 26. Ex anima mundi emanasse, primum Pythagoras et Plato, deinde inprimis Stoici docuere. Vidd. Diog. Laërt. 8, 28, Cic. de Senect. 21., de Nat. D. 1, 11, Gataker. ad Antonin. 2, 1, 4; 12, 26; Lips. Physiolog. Stoicor. 3, 8 sequ. H. 82. *quondam.* Schol. Cruq.:

aliquando, de futuro, ut Virg. (Aen. 6, 877.): *nec Romula quondam Ullo se tantum tellus jactabit alumno.* Acr.: *Quondam, quandocunque. adverbium medii* (imo *medium*) *temporis.* 84. *tenuatum.* Attenuatum. Ita et Tac. A. 15, 63. *Ubique.* Et ubi, ut Plaut. Cas. 2, 3, 38. 85. Hinc est illud λιπαρῶς γηράσκειν, ait Cruq. Retinendam autem copulam censeo cum Bentlejo, Cun. Heind. etc., quae quo modo omnino impedire ac dividere sensum dici possit, non intelligo. At plurimi libri *et* non agnoscunt, inquiat quispiam. Audio, sed raptum puto ab utrimque vicinis vocibus, ut passim factum. Vel temere geminatos litteras conspicere sibi visus librarius (*anniettractari*, *annitractari*) deleverit. 87. *praesumis.* Ante tempus sumis. H. Steph.

88. *Dura.* Adversa. Cels. Medic. 1, 1, extr.: *Cavendum, ne in secunda valetudine adversae praesidia consumantur.*

89. *Rancidum.* Schol. Cruq.: *Leviter putentem.* Imo *graviter.* Lucret. 6, 1153., laudante Heind.:

—— *Tetrum volvebat odorem,*
Rancida quo perolent projecta cadavera ritu.

92. *edax.* Sch. Cruq.: vorax glutio. Juven. 1, 140:

—— *Quanta est gula, quae sibi totos*
Ponit apros, animal propter convivia natum!

Quemadmodum Varro dixerat de R. R. 2, 4.: *Suillum pecus donatum ab Natura dicunt ad epulandum.* Cruq.: Ab auctoritate et disciplina majorum non obscurè notat deliciarum gurgites: iis (majoribus) enim ita curae erat diaetae superflua abscindere, ut cum hospite mallent etiam rancescentia laudare, quàm turpem saginam nimia corporis luxuria contrahere. Quare Ξενοκράτης εἴποτε στάμνον οἴνου ἀντέξειεν, ἔφθανεν ὁ οἶνος τρεπόμενος πρὶν ἀναλωθῆναι, καὶ τὰ ὄψα πολλάκις ἕωλα ἐξέῤῥιπτεν. ὅθεν καὶ ἡ παροιμία τὸ Ξενοκράτους τυρίον ἐπὶ τῶν ἐπιπολὺ παραμενόντων καὶ μὴ τάχιστα ἀναλισκομένων, ut scribit Stobaeus; hoc est: Xenocrates si quando vini cadum relevisset, in vappam convertebatur, antequàm consumeretur. Saepe et obsonia pridiana jam corrupta abjecit. Hinc natum est proverbium *Xenocratis caseus*] de rebus diu durantibus et quae non facilè consumuntur. 93. *Tellus prima.* 1, 3, 99.:

Cum prorepserunt *primis* annimalia *terris* etc.

ubi monet Heind., veterem fuisse famam de animalibus hominibusque ex terra ortis, quam famam etiam philosophi secuti sint, inprimis Ionici et Epicurus. Plat. Phaed. 102 et ibi Heind. Lucret. 5, 788 seqq. Cf. Virg. Georg. 1, 12. Cruq.: Videtur alludere ad illud Hesiodi in Oper. et Dieb. (174.)

Μηκέτ' ἔπειτ' ὤφελον ἐγὼ πέμπτοισι μετεῖναι
Ἀνδράσιν!

h. e.

O utinam non visa aetas mihi quinta fuisset!

94. *Das*, tribuis. Tacit. A. 1, 7: *Dabat et famae, ut vocatus electusque potius a republica videretur.* Sen. de Clem. 1, 15.: *Principes multa debent etiam famae dare. Famae*, bonae famae, ut passsim. 95. Rectum sane *occupat*, siquidem hic non id dicitur, quod debet, sed quod solet fieri. Innatum autem homini est, ut laudem suam seu bonam famam libenter audiat. Schol. Cruq.: *Antisthenes philosophus cum vidisset adolescentem acroamatibus multum delectari, o te, ait, infelicem, qui summum acroama, hoc est laudem tuam, non audivisti!* Cic. pro Arch. 9.: *Themistoclem dixisse ajunt, cum ex eo quaereretur, quod acroama aut cujus vocem libentissime audiret: ejus, a quo sua virtus optime praedicaretur.* Et similiter Xenoph. Mem. Socr. 2, 1, 3. Hieron. 1, 14. Quod alteram lectionem (*occupet*) plurium et optimorum codicum esse dicit Heind., falli videtur: certe Feae ne unus quidem commemoratur, qui habeat. *Patinae*, quamvis testaceae, propter magnitudinem carae erant. Salmas. ad Tertull. de Pall. p. 459. Cf. 4, 77, Epist. 1, 5, 2, Pers. 2, 41, quae laudat Heind. 97. *Iratum patruum.* Schol. Cruq.: *Censorem, magistrum, et eum, qui debet habere curam tui.* Proverbii loco ita dicitur. 3, 88.: *ne sis patruus mihi*, h. e. severus morum censor. Cf. Od. 3, 12, 3. Pers. 1, 9. Clav. Cic. v. *patruus.* 99. *As* tamen habet quo se tueatur. Schol. Cruq.: *Laquei pretium, quo emas tibi laqueum ad suspendium.* Plaut. in Pseud. (86.):

Sed quid de *drachma* facere vis? CA. Restim volo
Mihi emere. PS. Quamobrem? CA. Qui me faciam pensilem.

Lucian. Timon. 20., laudante H.: Ἐγὼ δὲ καὶ πολλὰς ἂν

εἰπεῖν ἔχοιμί σοι χθὲς μὲν ἀδὲ ὀβολὸν, ὥςτε πρίασθαι βρόχον, ἐσχηκότας, ἄφνω δὲ τήμερον πλεῖς καὶ πολυτελεῖς. *Inquit* rectum est, ut intelligatur *aliquis*. Vid. ad I, 4, 79. Quia tamen his ad praegressa respondetur, qui uni dicta sunt, rectius puto *inquis*, quod placuit etiam Heindorfio, legiturque in Schol. Cruq. *Trausius* seu *Trosius* usitatum Romanis nomen. Vid. Bentl. Sch. Cruq.: *Jure, inquis, Travius. Travius pauper et luxuriosus fuit.* 100. Idem: *Jurgatur. Increpatur, culpatur.* 101. *Tribus regibus.* Proverbialis loquendi forma, similis illi de regibus et tetrarchis 1, 3, 12. Lucanus quoque, ut monet Heind., 7, 226:

—— *Sicci sed plurima campi* (in Asia)
Tetrarchae regesque tenent magnique tyranni.

Quod clientes et parasiti patronos appellabant reges vel dominos, βασιλεῖς etc. (vide nos ad Terent. Phorm. 304.), minus huc pertinet. 104. *Templa ruunt.* Huic malo Augustum postea medicatum scimus ex Suet. Aug. 30. Ovid. Fast. 2, 59 sequ.

106. Ita Lambini quidam libri et unus antiquiss. Blandin. ap. Cruquium. *Rectae*, ὀρθαὶ, μὴ καθαιρεθεῖσαι. Vid. Schneider. lex. Alterum (*recte*) dictum, ut *rectissime sunt apud te omnia* Cic. Ep. fam. 9, 9., *Rectene omnia?* Quinct. 6, 3, 84, quemadmodum et *Salvene* (se habet res)? dicitur, et *Salvaene res?* Plaut. Men. 5, 2, 26, Stich. 8. *Nimirum*, δηλονότι, freilich, ironicum est, ut recte monent Cruq. et Heind., delendumque signum interrogandi, quod ostendunt etiam edd. Steph. et Cruq. *Erunt* recte se habet: vidd. superius annotata ad hunc versum. Sed probum etiam *eunt*, modo codicum auctoritate niteretur. Cic. ad Att. 14, 15: *Incipit res ire melius, quam putaram.* et 20.: *Prorsus ibat res*, i. e. *procedebat, bene cedebat*, ut recte interpretatur Heind. 107. Sch. Cr.: *Cum patrimonium omne per luxuriam consumseris, commutata fortuna.* Ovid. Fast. 1, 438.: At deus —

Omnibus ad lunae lumina risus erat.

Eurip. Bacch. 1079.:

Ἄγω τὸν ὑμᾶς κἀμὲ τἀμά τ' ὄργια
Γέλων τιθέμενον.

Simile est Comicis tritum *ludos aliquem facere* seu *reddere*. Vide Ph. Parei Lexic. Plaut. h. v., Terent. Andr. 3, 1, 21. ex emendatione Bentleji. Idem poëta Eun. 2, 3, 8.:

Hic vero est, qui, si occoeperit, ludum jocumque dicas,
Praeut hujus rabies quae dabit, illum alterum fuisse.

Nam sic eum locum constituendum esse, jam pridem in editione Terentii nostra significavimus. Cf. 5, 37. *Uterne*, monente Heind., ut *anne*, *quantane* 2, 3, 317, *quone* ibid. 295. *Utrumne* habet etiam Cic. 109. *assuerit*. Schol. Cruq.: *assuefecerit se deliciis et apparatibus*. Vid. ad 1, 4, 105. *Superbum*, fastidiosum, paratis uti nolentem. Cf. 6, 87. 111. Schol. Cruq.: *In pace. In prospera fortuna*: *nam qui est in bonis, et vivit parvo contentus, ita se parat ad inimicam fortunam, quemadmodum sapiens parat bello necessaria in pace. Bello comparat egestatem.* 112. Idem ad vers. 1.: *In hac satira sub persona Ofelli Stoici invehitur in luxuriosos. Ofellus Latinus dicitur quaedam sectae Stoicae e Graeco transtulisse.* Et ad h. l.: *Haec verba sunt Ofelli ad. finem usque, cujus ager ab Augusto fuerat donatus Umbreno militi, a quo eundem postea conduxit.* Acron quoque: *Iste Ofellus proscriptus est, quia fuit in parte Cassii, et possessio ejus tradita est militibus Augusti, quam Ofellus postea ab iisdem conduxit.* Sed de Stoico ejus nominis altum silentium apud auctores, neque Ofellus Horatii philosophus est, sed rusticus. Ceterum tres inprimis ejusmodi agrorum distributiones illo tempore factae sunt, prima a. U. C. 712. post mortem Bruti et Cassii, quae h. l. dicitur; secunda post victum in freto Siculo Sext. Pompejum 717.; denique tertia exarmato Lepido 721., de quibus cf. 6, 55. sequ. et Heind. ad utrumque locum. 113. *latius*. Schol. Cruq.: *Largius, copiosius.* Juven. 14, 234.: *adeo indulgent sibi latius ipsi.* Caes. de B. C. 3, 16.: *rem frumentariam expediendam, qua anguste utebatur.* Quod attinet ad lectionem *lautius* (nam qui *lactius* scribendum conjecerit, quem refellit Heind., non reperio), Cruquius quidem: *Henricus Stephanus legit l a u t i u s*; sed id certe non factum in prima ejus editione, quae prodiit 1577.; et in tribus subsequentibus eum tale quid sibi indulsisse quominus credam, facit ingenium viri, ad mutandas receptas lectiones tardissimi, ut ipse de se ait in prae-

fatione, et diatribes pagg. 53. et 69., quo quidem loco: *Ex his*, inquit, *cognoscere poterit lector, quam religiosus in servandis receptis lectionibus, quantumlibet suspectis, fuerim; nisi ubi unius saltem exemplaris consensus accessit. Alioqui enim si illam, cujus antea memini, circa conjecturas audaciam (id est, in arrogando conjecturae id juris, quod librorum veterum duntaxat aut alicujus ex vetustis scriptoribus fidei debetur) imitari voluissem, aliquam saltem ex illis conjecturis in ipsum contextum (ut vulgò vocamus) intrudere mihi permisissem.* SED TALEM A ME DEVS MENTEM AVERTAT. Quid multa? Ejusdem diatribes pag. 68. subdubitare se dicit vir modestissimus, ne hoc loco *lautius* ab Horatio scriptum potius fuerit qam *latius*: melius certe convenire illud cum his, quae non multo post sequantur, verbis *quanto aut ego parcius, aut vos, O pueri, nituistis* etc. Cui suffragatur Cruq., favetque unus Feae liber; sed recte lectio vulgata defenditur. 114. *accisis.* Sch. Cr.: *imminutis. Metato. Ad mensuram diviso et limitibus distincto cum milite Augusti. Huic contrarium est immenso, Propert.* 4, 1, 128., laudante Heind.:

—— In tenues cogeris ipse Lares:
Nam tua cum multi versarent rura juvenci,
Abstulit excultas *pertica tristis* opes.

115. *mercede colonum.* Conductorem agri. Vid. Colum. 1, 7. *Fortem καρτερῶντα*, seu patientem, interpretantur Gesn. et Heind. Nos ita potius vocem accipiendam existimamus, ut apud Terentium Andr. 2, 6, 14. (*Dum licitum est eii, dumque aetas tulit, Amavit; tum id clam: cavit ne unquam infamiae Ea res sibi esset, ut virum fortem* decet.) Ad quem locum nos olim: *Virum fortem.* Honestum, *καλοκἀγαθὸν*, quomodo et *Comis* usurpatur antiquioribus. Plautus, quos pulcros vult describere, *fortes* vocat Bacch. 2, 2, 38, Mil. 4, 3, 13 (ubi vid. Boettiger.): nam quaevis facile virtutes attribuuntur illis, quibus a specie commendatio est. Cf. Plaut. Mil. 1096, 1101, Bacch. 181, Pers. 844 nostrae ed. 2., Heind. ad I, 16, ubi similes laudat hujus Nostri locos, qui sunt infra 135, 3, 216; 5, 64; Epist. 1, 7, 46; 9, 13. Nostrates dicunt: einen rechtlichen Pachter. 119. *operum vacuo.* vacanti, otianti, nil agenti,

propter imbrem. 120. *bene erat.* Vid. not. ad 8, 19. 121. *pensilis uva.* Plin. H. N. 14, 1.: *Durant aliae* (uvae) *per hiemes pensili concameratae nodo, aliae in sua tantum continentur anima ollis fictilibus et insuper doliis inclusae, stipatae vinaceis circumsudantibus; aliis gratium, qui et vinis, fumus affert fabrilis.*

122. *duplice ficu.* Schol. Cruq.: *bifida.* Ita et Veget. 1, 38, 6; 56, 17. Heind.: Die nur einmal gespaltenen, getrockneten, und wieder zusammengedrückten Feigen, bifidae, δίχα ἐσχισμέναι, sind nach Aristot. die süfsesten. Vid. Schneider. ad Pallad. de R. R. 4, 10, 35. 123. Schol. Cr.: *Si quando libere potare vellent antiqui, id est sine archiposia* (ἀρχιποσίᾳ), *dicebant se magistram facere culpam.* Alias leges bibendi dabat *magister* seu *rex bibendi* (συμποσίαρχος, βασιλεὺς, στρατηγός), qui per talos creabatur (Od. 1, 4, 18; 2, 7, 25; Cic. de Sen. 14; Plaut. Pers. 5, 1, 18; Lips ibi et Antiqq. Lectt. 3, 1.); hic per jocum culpa dicitur magistra bibendi ea sententia, ut quicunque conviva deliquisset, ceteris etiam per *ludum* jocumque ad id cum adigentibus incitantibusque, ei poculum hauriendum esset. Mirum, in re tam clara tot tantosque viros coecutiisse. 124. Sch. Cr.: *Rogata deinde Ceres, ut perseveraret in frugibus, ita ut se ostenderat, tristitiam explicuit vino.* Venerata *autem in passiva significatione posuit, ut Virg.* (Aen. 3, 460): *Cursusque dabit venerata sacerdos. Ita culmo. Suppl.* ut, Intell. preces ad Cererem cum libatione ac potatione. Vid. Turnebi Adverss. 7, 9. 125. *Explicare frontem* dicitur, ut Graecis χαλᾶν τὸ μέτωπον. Vid. Heind. 127. Schol. Cr.: *Hinc. De eo, quod in usu habeo, — de exiguo, quantum potest irata Fortuna detrahere?* 128. *Pueri.* Filii: cf. 115. *Nituistis.* Id.: *Bene accepti fuistis, bene vixistis. Incolum* dicit Umbrenum militem, non *berum*, propter sequentia. 134. Scabra versio Marcilii. En Graeca (Anthol. Palat. 2. p. 27.):

ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ. (*)

Ἀγρὸς Ἀχαιμενίδα γενόμην ποτὲ, νῦν δὲ Μενίππου,
Καὶ πάλιν ἐξ ἑτέρα βήσομαι εἰς ἕτερον.
Καὶ γὰρ ἐκεῖνος ἔχειν μέ ποτ' ᾤετο, καὶ πάλιν ἕτος
Οἴεται· εἰμὶ δ' ὅλως ἀδενὸς, ἀλλὰ Τύχης.

(*) Luciano tribuitur a Planude.

Sat. 2, 3. Schol. Cruq.: *Inducit Hor. Junium quendam Damasippum secum loqui, qui, consumto per mercatum patrimonio, philosophari coeperat. Ab hoc fingit desidiam suam castigari, quod nec in urbe, diversis conviviis et occupationibus impeditus, quidquam scriberet, nec in villa, ad quam tamen secesserat scribendi gratia, comportatis secum multis auctoribus Graecis.* Cruq.: Miro quodam artificio sui temporis Stoicos, homines impuros, illudit Hor. sub persona ei rei accommodatissima, Damasippo, stulto quodam mercatore, quem sibi facit recitare, quonam pacto, mercibus suis aliquando temere commutatis, ex satis amplis opibus devenisset ad extremam ferme pauperiem, adeo ut jam, fabula vulgo factus, prae pudore de se in Tiberim praecipitando non dubitaret, nisi, auctore Stertinio Stoico retractus et a praecipitio liberatus, didicisset Stertinii more σοϊκίζειν, hoc est impudentem esse, in alios acriter insultare, eisque nomen insaniae objectare, ut qui jam Stoicus liber esset et barbam nutriret. Hoc enim erat eorum tunc temporis hominum supercilium, qui sese pro Stoicis venditabant, ut se solos sapere, ceteros omnes insanos esse clamitarent; sese virtutem amplecti, alios esse in vitio; cum tamen vita et moribus nihil esset ipsis ambitiosius, avarius, nequius, superstitiosius. Quod de Damasippo in confesso esse ait Hor., quem pulchre quidem de stultitiae generibus fingit ex antiqua Stoicorum virorum ἀκωλύτων, ἀνεκβίαστων, ἐλευθέρων, ἀπαρεμποδίστων, disciplina cum Stertinio disserere, sed stultitia se non esse inferiorem, inquiens: O major tandem parcas insane minori. Ceterum suo more eos ex insidiis adoritur, dum in exordio se suaque studia Damasippo libere vellicanda propinat. quod eo consilio facit, ut tutius circum praecordia ludat, ipsique minus animadvertant se viris bonis ludos fieri.

Monet Heind., carmen hoc in consummatissimis Horatii recte numerari; quod quidem, cum aedilitatis Agrippae mentio fiat v. 185., scriptum esse non possit ante annum U. C. 721., ante Chr. 29., Nostri 33., quo anno eum Agrippa magistratum gesserit.

Vers. 1. *Scribis*, producta syllaba posteriore ante vocalem, legitur quidem in vulgatis et Feae quoque editionibus; neque ignoro, quae vis nonnunquam sit caesurae, quam vis ipse

exemplis illustravi ad Od. 3, 16, 26.; sed tali licentia hic utentem Horatium nonne in ipso limine impingere recte diceremus. Quare, prope scripturam codicum, in quibus habetur *scribes*, ita haec legenda esse dico:

Sic raro scribes, ut toto non quater anno
Membranam poscas, scriptorum quaeque retexens,
Iratus tibi, quod, vini somnique benignus,
Nil dignum sermone canas? Quid fiet? etc.

Scribes, scribere vis,

2. Cruq.: „*Membranam.* In qua ex παλιμψέστῳ seu tabula rasili, ex diariis, tabulis ceratis, scripta confusius obscuriusve describas nitidius, ordinatius perfectiusque, tanquam evulganda atque oculis omnium exponenda.“ Cf. tamen Pers. 3, 10 seqq. *Retexens.* Commutans, emendans, quae in tabulis aliquando scripseras; eaque iterum quasi ab initio coepta scribas, ita delendo maculas, ut nihil antea scriptum esse videatur: sumta metaphora a tela, quae texitur et retexitur, ἀναλύεται. De Penelopae potissimum cogitat Lamb. Catull. 22, 4. seqq.:

Puto esse ego illi millia aut decem aut plura (versuum)
Perscripta; nec sic, ut fit, in palimpsesto
Relata: chartae regiae, novi libri,
Novi umbilici, lora rubra, membrana
Directa plumbo, et pumice omnia aequata.

4. *dignum sermone.* λόγου ἄξιον. H. *Ab ipsis.* Male Cruq.: Post dies Saturno sacros. Si celebratis demum Saturnalibus in villam suam Noster se contulit, quid mirum? et quae tum fugisse dicendus est? Imo *ab ipsis* Saturnalibus eo fugit, ut sobrius maneret scriberetque. De hoc festo omnia in vulgus nota. Vide Lipsii Saturnal. 1, 2. — 4. Fabretti Inscr. c. 6. p. 482. Cf. 2, 7, 4. 6. *Nil est.* Plaut. Capt. 2, 2, 94.:

At nihil est, ignotum ad illum mittere; operam luseris.

Cf. Asin. 1, 2, 20 etc. Idem *Nihil agis.* Vid. Baxt. Minus recte faciunt, qui hanc interrogationem putant.

7. Schol. Cruq.: *Arguit eorum stultitiam, qui cum sententiarum aut verborum urgentur inopia, in parietes quasi minus commodos irascuntur.* Cf. Pers. 1. I. ad 2. Sed quid

Acro, (*) si quidem is est? *Solebant*, inquit, *antiqui poëtae parietes lectis suis proximos cera illinere, et habere graphia juxta, ut, si forte noctu aliquid accidisset* (Schol. Cr. *occurreret*), *id ante oblivionem litteris notarent.* De quo loco sic Cruq.: Non negaverim, majoribus nostris tabulas cera incrustatas fuisse, atque a parietibus suspensas, κηρώματα, a materia, seu παλιμψέσας, a radendo, dictos, in quibus quaecunque primum in mentem veniebant, incerto ordine notabant. Verum solidos lecti (imo: lectis proximos) parietes cera inlitos nugamentum crediderim. Quin potius parietes dixerim pluteos, in quos cogitabundi vel pugnos vel caput illiderent, si quid pro voto non suggereret animus. Hinc dicitur paries laborare, ictus et verbera pati, metaphoricôs; quale quoque est illud Persii (I, 106.):

Nec pluteum caedit, nec demorsos sapit ungues.

Sunt enim Plutei quoque tabulae, teste Festo, quibus aliquid praesepitur. — Ceterum bene Ch. B.: *calami frustra, immerit.*, vitato i litterarum consursu. 9. *multa et praeclara.* I. e. *multa praeclara*, inquit H., πολλὰ καὶ καλὰ, πολλὰ καὶ καινά. Cf. Brunck. ad Aristoph. Thesm. 351. Epist. I, 8, 3. *Minantem.* Promittentem, ut ἀπείλησας Odyss. Θ. 383. Cf. Aristoph. Plut. 88. Contra, monente Schol. Cruq., Virg. Aen. 2, 96.:

Promisi (me) *ultorem, et verbis odia aspera movi.*

Ubi vid. Serv. 10. *vacuum.* Sch. Cr.: Otiosum. Cic. de Legg. I, 4: *Quoniam vacui sumus* etc. Cf. Clav. Cic. h. v. *Tepido tecto.* Idem Schol.: *Fuit Hor. frigoris impatiens, ut ipse de se testatur in Epistolis* (I, 7, 10):

Quod si bruma nives Albanis illinet agris,
Ad mare descendet vates tuus, et sibi parcet,
Contractusque leget.

Amavit enim Hor. focum luculentiorem: idcirco sub hiemem solebat se transferre in villam propter lignorum copiam. Vid. de ejus villa in montibus Sabinis Epist. I, 18, 104. Frustra

(*) Habentur quidem haec etiam in scholiis Cruq., nisi quod pro verbo poëtae ibi legitur scriptores. Sed superiora iis subjuncta sunt, tanquam rectiora.

Bentl. legendum conjecit *lecto*, h. e lecto lucubratorio, cum *tepido* conveniat *tecto*, *lecto* non conveniat. Sed ipsum commenti sui poenituit, itaque indignus erat, quem tam male acciperet Heind., ut diceret, ubique eum conjecturas captasse. Fuit Bentl. maximi vir ingenii, maximaeque eruditionis, qualem in seculo vix unum reperias, qui totum fama illustret sua. De ejus generis viris loquendum, ut de J. Lipsio loquitur D. Heinsius ad Senecae Phoeniss. 182; neque contemnendi unquam ii sunt, per quos multum profecerimus in litteris. Sed ita interdum impingebat bonus Heind., praesertim ex quo morbo factus erat morosior; velut etiam Wielandium tangit in Prolegomenis hujus satirae, cum dicit: Ob das hier V. 14. ff. Gesagte ernsthaft gemeint sei, ob diese seine (des Horat.) scheinbare Gleichgültigkeit gegen den Ruhm, sein allzufrühes Stillstehen auf einer so munter betretenen Laufbahn, von seinen Gegnern benutzt wurde, ihn auch von dieser Seite zu verkleinern, oder ob er hierüber Vorwürfe von den ungeduldigen Freunden hörte, Vermuthungen dieser Art, an welchen Wielands Einleitungen so reich sind, lassen sich doch auf keine Weise begründen. Quasi scilicet res tam tenues et plerumque obscurae justis historicorum testimoniis firmandae essent, neque de iis valeret, quod dicit alicubi abbas Gagliani in libro francogallico, qui sic inscriptus est: Dialogues sur le commerce des blés: „Où diable avez-vous dit cela? vous allez vous écrier: cela n'est pas dans votre livre.“ Cela y est, je vous réponds gravement. *C'est dans le blanc, entre les lignes.* 11. *Quorsum pertinuit.* Vid. ad 2, 35. *Stipare.* Schol. Cruq.: *Stipatos comportare horum auctorum libros, Platonis philosophi* etc. *Philosophi* dicit, ne Comicum cognominem intelligamus, bonum illum quidem scriptorem, et quem in canonem suum Alexandrini critici recepissent, neque tamen Eupolidi Cratino atque Aristophani comparandum, silendumque, ubi illorum unus pro omnibus nominatur, ut hoc loco. (Vid. ad Epist. 1, 19, 1.) Et ita quidem nomen per se Platonis philosophum semper significat; alter vocatur Πλάτων ὁ κωμικός. Vid. Valck. ad Theocrit. Adoniaz. p. 326. C. Ceterum de Eupolide cf. 1, 4, 1. et Quinctil. 10, 1. De Platone et Menandro qui dicere vel-

let, actum ageret; neque his minus notus Archilochus, quem tanquam alterum Homerum veteres admirabantur. Vid. Ruhnken. ad Vellej. 1, 5. Ejus commemoratione, quem in epodis potissimum secutus Noster est, quod indicari putat Wielandius, ea carmina jam tum scripta fuisse ab Horatio, incertum quidem argumentum est; sed Heindorfio, Bentlejanam ejus opera in annos digerendi rationem opponenti quid responderi possit, vide ad Od. 4, 12, 15. 18. *Janum.* Vidd. de ejusmodi transitionibus perviis (Cic. de Nat. d. 2, 27), praesertim in Foro, Clav. Cic. v. *Jani*, Lud. Joh. Scoppae Collectan. lib. 1, 2. (Lamb. Gruter 1. p. 894.) et Heind. ad h. l. In Fori uno medio stationes suas habebant argentarii et foeneratores.

20. *Olim nam.* 6, 78. 21. *quo aere.* Schol. Cruq.: *In quibus vasis. Significat, Corinthiorum vasorum amatorem se fuisse.*

23. *callidus.* 7, 101. 24. *Hortos.* Cic. ad Att. 12, 33.: *Ego, ut heri ad te scripsi, si et Silius is fuerit, quem putas, nec Drusus facilem se praebuerit, Damasippum velim aggrediare. Is, opinor, ita partes fecit in ripa nescio quotenorum jugerum, ut certa pretia constitueret, quae mihi nota non sunt.* Cf. ibid. epist. 29.

25. *Mercuriali* etiam Cun. et Haberfeldt in Commentario; quam lectionem exprimit Clariss. J. H. Vossius, qui sic vertit: Daher des Mercurius Liebling Volle Versteigerungshallen mich zubenamten. Sed Schol. Cruq.: *Vulgo cognominabar Mercurius.* De Mercurialibus, collegio mercatorum, vid. Clav. Cic., quibus per jocum Hor. comparans poetas vocat Mercuriales viros Od. 2, 17, 29. 26. *Compita.* Acr.: *Auctiones* (certe minores. venditionesque vulgi minus nummati: nam majores auctiones fiebant in atriis auctionariis, de quibus vid. Cic. de leg. agr. 1, 3.) *fere in compitis fiunt, ex quibus se quaedam emere et vendere solitum significat. Compita dicuntur viae latae, ad quas ex multis regionibus convenitur.* 27. *morbi purgatum.* καθαρθέντα τῆς νόσου. Ita *sceleris purus* Od. 1, 22, 1. *Atqui* etc. Schol. Cruq.: *Morbum mutavi, inquit Damas., sed morbo non carui. Novus. Philosophia Stoica.*

29. *capitisve.* Haec scriptura confirmatur etiam Scholiaste Cruq., qui sic: Cum dolor lateris *aut* capitis mutatur in dolorem cordis etc. 30. Cels. Med. 3, 20.: *Alter quoque morbus est — phrenetico contrarius. In illo difficilior somnus, promta ad*

omnem audaciam mens est; at in hoc marcor et inexpugnabilis pene dormiendi necessitas. Λήθαργον *Graeci nominant.*

31. Schol. Cr.: *Dummodo non sis phreneticus et me caedas, quovis morbo labores per me licet. Irridet Damasippum.* O *bone.* εἰρωνεία. *Ne te frustrere. Ne te decipias, o Horati, inquit Damas.* 32. *Insanis et tu.* Secundum paradoxon Stoicorum, ὅτι πᾶς ἄφρων μαίνεται. Cic. Parad. 4. Lips. Manud. ad Stoic. philos. Heind. *Stultique prope omnes.* Cruq.: „Ne quis existimet, Damasippum hic aliud dicere ab hoc Stoico paradoxo, ὅτι πάντες οἱ μωροὶ μαίνονται, propter τὸ *prope*, quod exceptionem denotare videtur, quasi aliqui stulti essent qui non insanirent, is ex praeceptionibus grammaticis in memoria habeat, hujuscemodi particulas *ferme*, *fere*, *prope*, plurimum universale quid adferre iis, quibus apponuntur, ut notavimus Ecloga 3. lib. 1. (v. 96.: Quis paria esse fere placuit peccata laborant, 'Cum ventum ad verum est.)" Et Heind.: *Prope*, *fere*, *ferme*, ein gewöhnlicher mildernder Zusatz zu *omnes*, wenn gleich, wie hier, alle ohne Ausnahme gemeint sind, wie im Griech. σχεδὸν ἅπαντες, πάντες, ὡς ἔπος εἰπεῖν. (Vid. ejus not. ad Plat. Protag. 93.) Haec etsi non improbo, tamen huc quidem pertinere nego, sed verba *stultique prope omnes* hoc valere arbitror *et prope omnes*, *utpote stulti*, h. e. *et major pars hominum*, *quae major pars constat stultis.* Quo modo et similiter adjectiva usurpari ab hoc Nostro solere, monet H. Steph. eo loco, quem adscripsimus ad Od. 4, 13, 24.

33. *Stertinius*, declamator Stoicus, de quo Schol. Cruq. ad Epist. 1, 12, 20: *Stertinius philosophus ducentos et viginti libros Stoicorum latine scripsit; hos notat, quos versibus suis obscuriorem fecerint philosophiam.* De medico Q. Stertinio, ejusque fratre, quo, item Aesculapii filio, usus est Claudius imperator, vid. Plin. H. N. 29, 1. Quos tamen ab hoc diversos esse, satis constat. *Crepat.* Assidue praedicat, utpote in tot libris. *Unde.* a quo, seu cujus Stertinii. 34. *Descripsi.* Schol. Cruq.: *notavi diligenter.* 35. *pascere barbam.* πωγωνοτροφεῖν. Virg. Aen. 7, 391.: *sacrum pascere crinem.* Schol. Cruq.: *Nutrire, in signum sapientiae.* Cf. 1, 3, 133. Barba prolixa et pallium, τρίβων, insignia fuere Cynicorum et aretalogorum Stoicorum. Cf., quos laudat H., Hadr. Jun. de Coma Grut. Thes. t. 4. p.

502. et Jacobs. Annott. in Anthol. graec. vol. 2. part. 2. p. 425. et vol. 2. part. 3. p. 143. Plutarch. tom. 2. p. 352. C.: ἔτε γὰρ φιλοσόφες πωγωνοτροφίαι καὶ τριβωνοφορίαι ποιῶσι, Cruq.: Alludit ad vetus hoc dictum ἐκ πώγωνος σοφοί, barba tenus sapientes. Satir. autem 1, 3, 134. *lascivos pueros* festive intelligit Epicureos, quos pro pueris habuerint Stoici.

36. Schol. Cruq.: *Hic pons Fabricius dictus est a Fabricio consule conditore, qui nunc Lapideus nominatur, junctus insulae Tiberinae* (Aesculapii). Hodie *ponte di quattro capi*. H. 37. Cruq.: „Operiuntur capita vel pudoris, in nubentibus olim, vel luctus, in funere, vel religionis causa, in devotionibus. Damas. autem hic videtur, desperatis rebus omnibus, se devovisse patri Tiberino.“ Solebant ita inprimis morituri. Liv. 4, 12: *Multi ex plebe spe amissa, potius quam ut cruciarentur trahendo animam, capitibus obvolutis se in Tiberim praecipitaverunt.* Cf. 8, 9. (de Decio), Suet. Caes. 82. Plat. Phaedon. §. 155. Xenoph. Cyrip. 8, 7, 28, quae laudat H. 38. *dexter*. Schol. Cr.: *Bonus, felix, faustus, propitius. Virg.:* Sic sidera coelo Dextra feras. *Pers.:* dextro Hercule. Vid. Clav. Cic. v. v. *augurium* et *sinister*. Cf. Plin. H. N. 7, 17; 11, 45 etc. *Cave*. Acr.: *Notandum, VE syllabam brevem esse.* — *Pers.* (1, 108): Vide sis, ne majorum tibi forte Limina frigescant. Cf. 177. Epist. 1, 13, extr. Ovid. Trist. 1, 1, 25. Fiunt haec apud Plautum et veteres in primae secundae et quartae conjugationum imperativis, ut docet Bentl. Schediasm. de metris Terent. c. 8., ubi δισύλλαβα tantum exempla verborum profert; neque nos in aliis observavimus, praesertim apud recentiores: nam quod *responde* ultima brevi legitur Martial. 3, 3, 7, a tertia conjugatione derivandum est. Manil. lib. 5. sub fin.:

> *Sic etiam magno quaedam respondere mundo*
> *Haec natura facit.*

43. *mala stulta*. Cf. 1, 2, 30, 71; 3, 44; Lamb. ad primum horum locorum, Clark. ad Iliad. 2, 537. H. 44. De Chrysippo ad 1, 3, 126. *Chrysippi porticus*. Schol. Cruq.: *Stoici philosophi ἀπὸ τῆς ϛοᾶς.* [ποικίλης Athenis, in qua docebant Zeno et Stoici. Vidd. Suid. v. Ζήνων, Diog. Laërt. 7, 5. et ibi Menag.] 45. *formula*. Schol. Cr.: *Regula, definitio.*

48. *Insani* esiam cod. Tons. ap. Cruq. Lamb. etc. Glossema Sch. Cruq.: *Et illi insaniunt, quibus tu videris insanus.*

51. Id.: *Partibus, modis.* 53. Id.: *Caudam trahat. Proverbium est. Hoc est, risu dignus est. Sumtum a consuetudine puerorum: solent enim pueri deridentes nescientibus a tergo caudam suspendere, ut, veluti pecora, caudam trahant. Est genus unum* etc. Xenoph., laudante H., Mem. Socr. 1, 1, 14: Τῶν — μαινομένων τοὺς μὲν ἀδὲ τὰ δεινὰ δεδιέναι, τοὺς δὲ καὶ τὰ μὴ φοβερὰ φοβεῖσθαι (ἔφη). 57. Recte Schol. Cruq.: *Clamet amica mater. Haec compositæ proferenda sunt; videntur autem sumta a Graeca tragoedia,* Φίλη μήτηρ. Quid rei amicae cum alicujus parentibus, sorore, et, quod maximum est, uxore? Senserunt Lamb. Wagn. Gesn. Heind. etc. 58. *cum cognatis.* Cf. 1, 10, 85. 59. Sch. Cruq.: *serva. te,* cave tibi. Cf. Terent. Andr. 2, 5, 5; Adelph. 2, 1, 18 etc. 60. Porph.: *Hic Fufius Phocaeus tragoediarum actor fuit, qui cum vellet Ilionam dormientem exprimere, ut ad filii Polydori* (imo *Deiphili*) *exsurgeret vocem,* [Schol. Cr. *gravitate vini*] *in scena obdormivit.* De Iliona, Priami filia, et Polymestoris, Thracum regis, uxore, qui filium ei peperit, Deiphilum, quem pro fratre educavit, et Polydorum fratrem pro filio, unde factum est, ut Troja excisa Deiphilus a patre avaro pro Polydoro, cujus inhiabat opibus, occideretur, vid. Hygin. fab. 109, 240, et Acr. Ea de re tragoediam Pacuvius scripsit sub nomine Ilionae, cujus, ab Hecuba Euripidea diversae, fragmenta extant in collectione Scriveriana. Qua in fabula Deiphili peremti umbra ab Inferis rediens dormire simulantem de sepultura appellabat matrem Ilionam (Cic. Acad. 2, 27; Tuscul. 1, 44.), quam cum aliquando ageret iste Fufius, a Catieno quodam, qui partes Deiphili sustinebat, frustra vocatus est, ut qui revera ebrius obdormivisset. 62. *Vulgus* Horatio neutrum semper est, ut monet Be. Emendanda igitur fuit, libris praesertim adstipulantibus, recepta scriptura *vulgum.* 63. *Similem* (errorem) *insanire.* Confert H. Epist. 1, 1, 101. Sen. de Vit. beat.: *hilarem insaniam insanire.* 65. *Esto.* Schol. Cruq.: *Concedamus, creditorem sapere,* dum probemus, hunc ipsum magis insanire quam Damasippum. Vid. ad 2, 2, 30. 68. *praesens.* Potens. Mercurius lucri, praesertim insperati, deus habebatur, Ἑρμῆς κερδῶος.

Vid. Bergler. ad Alciphr. 3, 47. et H. ad h. l. 69 seqq. Ab interpunctione laborare visum mihi aliquando locum fuit cum ita legendum existimarem:

„Scribe: „„Decem a Nerio"" Non est satis: adde Cicutae
Nodosi tabulas; centum, mille, adde catenas:
Effugiet tamen haec sceleratus vincula Proteus.

Hanc rationem si sequare, Nerius ipse foenerator loquens inducitur et scribere in syngrapha jubens fictum aliquem debitorem (76.), se a Nerio, hoc est a semetipso, dictante, mutuo accepisse decem sestertios („Scribe sic: „„Decem a Nerio"" intell. „„accepi,"" "), quasi hôc res transacta sit, si scribat debitor, si nomen locet, jamque timendi causa nulla supersit creditori. Quem errorem castigans Damasippus, Neriumque interpellans: Non est, inquit, satis, istum scribere. Adde etiam, si libet, *Perillii* (Porph. ad h. l., Acr. ad 75.) Cicutae, scrupulosissimi foeneratoris, tabulas seu syngraphas (Contracte, Obligationen), i. e. utere tabulis, quales conficere solet Cicuta subtilissimas, et quibus maxime cavetur creditori, adde centum catenas seu cautiones juris, adde mille: tamen ea vincula debitor effugiet omnia, ceu Proteus. (Scribere, Rescribere, Discribere, verba usitata in re pecuniaria Romanorum, de quibus verbis vidd. interpp. ad h. l., Plauti As. 103, Terentii Adelph. 2, 4, 13, Phorm. 5, 8, 29 etc. Cf. Schol. Cruq. ad 76. *Centum, mille, ἀσυνδέτως,* ut *sex, septem* Epist. 1, 1, 57. Cf. not. ad 1, 3, 56 seqq. Schol. Cruq.: *Nerius et Cicuta foeneratores fuere callidissimi* etc. *Cicuta sic dictus ab amaritudine morum. Nodosi. Dolosi, qui multis dolis et nodis obstringat debitores.* De Proteo cf. J. H. Voss. ad Virg. Georg. 4, 387.) Sed nunc ita potius haec legam:

Scribe decem a Nerio — non est satis: adde Cicutae
Nodosi tabulas centum, mille adde catenas:
Effugiet etc.

hac sententia: Tu, creditor, scribe (h. e. jube scribi: nam qui aliquid curat fieri, is ipse facere recte dicitur), scribe igitur decem tabulas a Nerio, h. e. Nerii (quomodo *fulgorem ab auro* pro *auri* Lucretius similiaque alii dixerunt), seu Nerii

modo factas; quanquam hoc non est satis: adde Cicutae callidioris etiam Nerio centum tabulas, alteram altera nodosiorem cautioremque, ex quibus omnibus singillatim abs te ponderatis perpensisque eligas tutissimam tibi visam; imo ipsum Cicutam supera, cumque ille centum catenis, seu cautelis juris, illaqueare soleat debitorem, tu mille adhibe: tamen sceleratus effugiet debitor, artesque tuas eludet. Possis etiam ἐφ' ἓν accipere verba *tabulas* et *catenas*, ut intelligantur tabulae, quae sint pro catenis, quales scribere (eo sensu, quem dixi) jubetur creditor decem Nerii modo, centum Cicutae, magis magisque semper dolosas fraudulentasque, quibus si nondum contentus sit, mille alias etiam cautiores addere de suo possit: tamen fore, ut debitor, ruptis omnibus illis catenis, effugiat. 72. *malis ridentem alienis.* Schol. Cruq.: *Graecus est sermo* (Homer Odyss. Y, 347:

Οἱ δ' ἤδη γναθμοῖσι γελώων ἀλλοτρίοισι.),

qui significat: si eum in jus rapere coeperis, non ridebit ex animo, sed risum simulabit suis malis, id est ore suo. Imo legendum: *sed risum dissimulabit*, intus ridebit (quomodo *intus pallere* dixit Pers. 3, 42.) malis alienis a risu, malis tristibus. Valer. Flacc. 8, 164.: *alieno gaudia vultu Semper erant.* Mire San.: „Mr. Dacier a fort bien pris le sens d'Horace. *On ne ménage guére ce qui est aux autres.* (!) De-là les Latins ont dit rire avec la bouche d'autrui, *malis alienis ridere*, pour signifier rire à gorge déployée, et, pour ainsi dire, avec une bouche d'emprunt, que l'on ne craindroit point de fendre jusqu'aux oreilles.“ Quibus nollem obtemperasset novissimus apud Germanos editor, ita haec interpretatus: Hier lacht der vor Gericht gezogne Schuldner, seines Sieges gewifs, von Herzen, so dafs er seine Backen so wenig schont, als wären es fremde. 76. *Dictantis.* Schol. Cruq.: *Credentis, quia cum damus, dicimus: scribe cautionem de ea pecunia. — Rescribere est debitum solvere, hoc est scriptum debiti liberare. Terent.* (Phorm. 5, 8, 28):

Sed transi. sodes, ad forum, atque illud mihi
Argentum rursus jube rescribi, Phormio.

h. e. reddi per scripturam. Vid. Bentl. ad Epist. 2, 1. 105.

77. Idem Schol.: *Sensus est: Jubeo audire avaros et ad praecepta vera esse bene cultos: nam qui soluto pallio audiunt, negligentes judicantur et minime curiosi. Est autem ὕστερον πρότερον: nam prius necesse est se componere, quam audire.* 78. *pallet*, aeger est, laborat. Pers. 4, 47: *viso si palles, improbe, nummo.* Simile *calet*, aestuat, 80. H. 81. Heind.: *omnes vos, ordine adite.* Quod melius. 82. *hellebori.* Veratri, praesertim ejus, quod *melampodium* (schwarze Nieswurz) dicitur, quo cerebrum purgabant olim, aliisque multis morbis medicabantur. Vid. Plin. 25, 5 et 11, Dioscor. 4, 151. 83. *Nescio.* Schol. Cruq.: Λιτότης *pro Bene scio.* Cf. H. De duplice Anticyra vidd. Strabo 9, 3, Theophrast. Hist. plant. 10, 11, Plin. l. l. Utraque helleboro clara. Tres per ridiculum dicuntur A. P. 300.

84. Schol. Cruq.: *Staberius homo fuit avarissimus, adeo magnitudine pecuniae delectatus, ut, cum finem vitae adesse intellexisset, monumento suo heredes inscribere juberet, quantum quisque a se in partem accepisset; qui si in aliquo mentiti essent, damnationis nomine centum paria gladiatorum populo exhiberent, epulum etiam populo pararent ad arbitrium Arrii voracissimi,* (v. 243.) (*), *et frumentum, quantum Africa feracissima mitteret, hoc est infinitum.* 85 seqq. Munus gladiatorium, epulum vel visceratio, et frumentatio usitata erant in funeribus, etiam privatorum. Vid. Kirchmann. De funeribus Rom. 4, 5.; 8. sequ. De Q. Arrii, fratrum istorum luxuriosorum patris, epulo lautissimo vid. Cic. in Vatin. c. 12. 86. *Damnati.* Schol. Cruq.: *testamento.* 87. *Sive* etc. Idem: Ἀνθυποφορὰ *Staberii: hoc enim subjicit Staberius, ne quaererent sui heredes, cur hoc fieri voluerit.*

88. *patruus.* Vid. ad 2, 2, 97. 89. *prudentem animum.* Sch. Cruq.: εἰρωνικῶς. Cruq.: *vidisse.* Lambinus, secutus (ut arbitror) phrasin juridicam, legendum censet *jussisse:* — nam referens haec verba *Credo hoc Staberii p. a. v.* ad superiora, ait, testatoris esse *jubere* et *cavere testamento.* Quod etsi non infitior, tamen propter omnem codicum consensum mihi religio fuerit, hoc verbum, *vidisse*, suo loco movere; praesertim cum videam, non omnino id esse pretium operae, imo perturbatum iri lectionis consecutionem in ejus verbi transmu-

(*) Hoc est unus ex fratribus, qui ibi commemorantur.

tatione: nam *prudentem Staberium vidisse* praebet occasionem Damasippo sciscitandi, non quid jusserit, sed quid senserit, quid providerit, quid intenderit in hujusmodi testamenti factione, nimirum (Stertinio tacitam testatoris mentem subindicante) Staberium iis testamenti formulis intendisse, ut vir bonus moreretur; quod judicabat non futurum, si moreretur uno quadrante pauperior quam vixerat: nam pauperiem credebat esse summum vitium propterea quod cernebat divites solos haberi bonos, claros, fortes, sapientes, reges, etc. *atque in eo sensu hoc non praecedentia, sed subsequentia demonstrat.* [ut saepe Graecorum ὅδε: cf. 286 etc., nos ad Senec. Thyest. 752, Plaut. Curc. 401.) Deinde *Staberii prudentem* (εἰρωνικῶς) *animum vidisse* dictum puta per synchysin pro eo quod est, Staberium prudenti animo vidisse, hoc est *πρόνοιεῖσθαι* [ὁρᾶν, *βλέπειν*, Heind.], providisse, ne scilicet vulgo crederetur pauperior occubuisse, eoque nequior." Sic ille, et recte. Falluntur, qui aliter. 91. *Quoad* monosyllabum h. l. est, ut apud Lucret. 2, 849; 5, 1432 etc. 94. *videretur.* Visus esset. Vidd. Bentl. ad h. l., Cort. ad Sallust. Jug. 59, Gronov. et Drakenb. ad Liv. 34, 12. H. Theognis 519.:

Πλήθει δ' ἀνθρώπων ἀρετὴ μία γίγνεται ἥδε,
Πλουτεῖν· τῶν δ' ἄλλων οὐδὲν ἄρ' ἦν ὄφελος,

h. e.:

Maxima pars hominum virtutem hanc autumat unam,
Divitias; parvi cetera sunt pretii.

97. *Etiam* affirmantis est vel concedentis, ut apud Plin. Epist. 4, 13; 6, 2. et passim. Recte Gesn.: Mihi placet, etiam hic vivide et per puncta interrogationis ac responsionis disputantem induci Stoicum: quod illius sectae proprium ait Cic. Paradox. pr. 99. *Quid simile isti* (Staberio). Quid simile fecit, ellipsi solenni, de qua vid. Davis. ad Cic. de Nat. d. 3, 6.

100. Cruq.: Transitio ad factum Aristippi philosophi ab hac Staberii mente plane dissentaneum, non minus tamen insanum; quod refert hoc modo Laërtius in Aristippo (2, 77.): Τὸ θεράποντος ἐν ὁδῷ βαστάζοντος ἀργύριον καὶ βαρυνομένου, ὡς φασιν οἱ περὶ τὸν Βίωνα ἐν ταῖς διατριβαῖς,

Ἀπόχρε, ἔφη (ὁ Ἀρίστιππος), τὸ πλέον, καί, ὅσον δύνασαι, βάσαζε. 103. *Nil agit exemplum.* Idem: Nam in re controversa jubent canones dialectici ex notioribus ignota dubiaque colligi: litem namque lite, hoc est incertis incerta, velle diluere dicunt ipsi παραλογίζεσθαι. 106. *Scalprum*, σμίλη, culter sutorum, lapicidarum, chirurgorum et hortulanorum. *Formas.* Cruq.: Graece significantius dicitur καλόπους (καλοπόδιον), ὁ ξύλινος πούς, ligneus pes, *een leest*, *une forme*. ἀπὸ τοῦ κάλον, τὸ ξύλον. 108. Idem: „*Quid* (sic) *discrepat istis*. ab istis." Similiter praegresso versu *Aversus mercaturis*, usurpato dativo, ut fieri solet in verbis dissidendi. Quinctil. 7, 1, 11: *ne illud spectans judex reliquorum defensioni sit aversior* (ubi tamen edd. Camp. et Spalding. habent *adversior*, ut h. l. Schol. Cruq. *Adversus mercat.*, sed frustra). Senec. Nat. Quaest. praef.: *Scio, quam sis ambitioni alienus*, etc. H. 113. *dominus.* Possessor. 115. Graeca vina nobilissima Thasium, Chium, Lesbium. Plin. H. N. 14, 9, Voss. ad Virg. Eclog. 5, 71, H. ad h. l. De *Falerno* Plin. H. N. 23, 20.: *Falernum nec in novitate nec in nimia vetustate corpori salubre est. Media ejus aetas* a quinto decimo anno incipit. Cf. Cic. Brut. 83. 116. *Cadus* est vas vino vel fructibus servandis, fere testaceum (Od. 3, 14, 20; Juven. 5, 35), oris angusti, subere claudendum. Hinc *ruber cadus*, *fragiles cadi*. Capiebat autem 3 urnas seu 12 congios. 119. *Blattarum ac tinearum.* Vide Plin. H. N. 11, 34; 29, 39; J. H. Voss. ad Virg. Georg. 4, 243 seqq. 120. Nimirum, εἰρωνικῶς. 123. *Dis inimice.* Θεοῖς ἐχθρέ. Demosth. de Coron. pp. 124, 245. Reisk. H. 126. De porrigine, quae eadem ac prurigo (πιτυρίασις), vidd. Cels. Medic. 6, 2. Plin. non uno loco, etc. 129. Imo nihil aliud dicere vult, nisi hoc: Si populum vel ipsos servos tuos saxis caedere incipias, insanum te omnes clament. Pro *tuos* dixit *tuo quos aere pararis*, h. e. emtos, qui servi emti pro reliquis omnibus accipiendi sunt, vernis, testamentariis, bello captis: siquidem id tantum his verbis ridetur, quemquam *suam* ipsius familiam male accipere, quacum maxima ei intercedat necessitudo. Quod et aliter quam emtione acquiras servos, nihil ad rem. Recte igitur Bentlejus; neque aurem habere oportet eum, qui tot ὁμοιοτελεύτοις Incipias, servos ve tuos, quos aere pararis,

non offendatur. 132. *Quid enim?* Cf. 1, 1, 7. Cruq.: Ἀγανάκτησις avari etc. Imo ironica Stertinii concessio, non insanum eum esse, qui uxorem et matrem propter divitias occiderit, quia scilicet haec Argis non sint facta, neque ferro usus fuerit, velut demens Orestes, quasi vel locus vel caedis instrumentum quidquam ad rem facerent. Jamque probatum it, Orestem minus culpandum esse quam avarum, rei insatiabilem, propterea quod verâ insaniâ, a Furiis incussâ, matrem Orestes occiderit, caede autem patratâ non amplius insanierit, secus ac vulgus credat, cum avarus tot facinoribus in se admissis, neque mente captus, tamen non cesset argentum argento cumulare, malitque mori, quam demere aliquid de summa, ut Opimius. 135. Falli avarum dicit, cum, ex vulgi opinione, Orestem ante matricidium non insaniisse putet, sed eo demum commisso a Furiis agitatum fuisse, cum contra sit. 137. *tutae male* non sola conjectura ductus Cun. legendum existimavit, sed ita codex Tons. apud Cruq., nec male. *Tutae* pro *sanae*, ut *valetudo tuta*, *alvus tuta* ap. Celsum, etc. Vid. Fée.

141. Orestis Euripideae locum illum (264.), quo Furiam Orestes vocat sororem (*μί' οὖσα τῶν ἐμῶν Ἐριννύων*), indicavere Lamb. aliique; sed Pyladi maledicentem eum neque apud Euripidem hodie invenias, nec quidquam tale habent reliqui duo Tragici Graecorum. 141. *splendida* non pro nitero epitheto, quod vocant, ornante Heind. habet, quemadmodum *vitream* bilem dixerit Pers. 3, 8, sed atrae bilis proprietatem quandam significari putat, cum sit, ut ait Galen. *περὶ αἱτ. συμπτ.* 2, 50., *χιλπνοτέρα αὐτὸ τὸ αἵματος*, quo modo affecta *picea bilis* hodie medicis dicatur; qua de re laudat Gorraei Definit. medic. p. 285 v. *μέλαινα χολή*, ubi *splendens* appelletur et *humor splendidus*. 142. *Pauper argenti.* Cruq.: Thesauri repositi reconditique. Sic alibi, *integer vitae scelerisque purus*, etc. Schol. Cruq. *Ita dicimus dives opum.* Cf. Od. 3, 16, 28. 143. *Vejentanum.* Vinum pessimum, quod nascebatur circa Vejos in Hetruria. Cf. Pers. 5, 147, Martial. 1, 104, 9 etc.

144. *Campana.* Vid. ad 1, 6, 118. 147. *multum* celer, ut *muttum inepti labores* ap. Plin. Epist. 1, 9. H. 151. *Hoc age.* Verbum praeconis in sacris imperandis. Vidd. Budaeus 5. de asse et Brisson. de Formul. 1, 17. 153. Sen. Epist. 9[5].: *vi-*

no fulcire venas cadentes. Colum 6, 24.: *Vinum quoque potentissime reficit et fulcit venas deficientes.* Cf. Bentl. 154. Quomodo ad rem urgentior? Usitatior quidem conjunctivus est in hoc genere, praesertim apud Latinos. (Vid. H. ad h. l. et ad Plat. Theaet. §. 72. Sic tamen *Nisi nevis* Plaut. Men. 688, *Nisi piget* idem Pers. 686. Menaechm. 976.:

Nam *nisi* me animus *fallit*, hi sunt gemini germani duo.

155. *ptisanarium* (a πτισάνη, ut ψυχάριον a ψυχή) cremor sive succus hordei vel oryzae (Reiſs) decorticatorum. Vidd. Cruq. et, quos laudat, Dioscorid. lib. 2. capp. 79. 88. Galen. lib. 1. ad Glaucon. Plin. H. N. 18, 13.: *Maxime oryza gaudent* (Indi), *ex qua ptisanam conficiunt, quam reliqui mortales ex hordeo.* Hodieque sumunt febricitantes, praesertim hordeaceam. 156. *Octussibus.* Octusse, ut alibi *assibus* pro *asse.* Cf. Bentl. et H. 157. Rectissime Bentl.: *pereamve*, hac sententia: *an furtis medici, rapinisve heredis.* 161. *Cardiacus.* Cels. 3, 19.: *Id* (καρδιακὸν genus morbi) *nihil aliud est quam nimia imbecillitas corporis, quod, stomacho languente, immodico sudore digeritur.* Καρδία os ventriculi apud medicos Graecos. De Cratero medico vid. Clav. Cic., Pers. 3, 65. 162. *Recte est igitur?* Rectene est apud eum? ut Cic. ad Att. 1, 7.: *Apud matrem recte est.* Ibid. 14, 16.: *De Attica pergratum mihi fecisti, quod curasti ante scirem recte esse, quam non belle fuisse.* H. 164. *aequis.* Propitiis. 165. *porcum.* Sacrificium expiatorium. Plaut. Men. 2, 2, 15 seqq. Aeschyl. Eum. 279 sequ. Insaniam putabant Θεοβλάβειαν, unde Terent. Phorm. 4, 3, 31.: *Satin' illi di sunt propitii?* cum vellet *Sanusne est?* Ruhnken. ad Vellej. 2, 57: „Graeci, quibus ira deorum intelligentiam abstulisset, Θεοβλαβεῖς dicebant, ducta significatione ex Homero Οδ. ψ. 14.:

Οἵ σέ περ ἔβλαψαν· πρὶν δὲ Φρένας αἰσίμη ἦσθα.

Apud Latinos etiam frequens est *Deos iratos habere* pro stulte agere, et contra *propitios* pro sapere. Vide Brisson. de Formul. 1. p. 100.“ 166. *Barathrone* procul dubio legendum est cum majore parte codicum, h. e.: an dones *barathro.* Cui opponitur *nunquam uti paratis.* Plaut. Curc. 122. nostrae ed.:

Age, cito hoc ecfunde in barathrum! propere prolue Cloacam! h. e. in ventrem. Et similiter Capt. 114.:

Profundum vendis tu quidem, haud fundum, mihi.

Quem locum respiciens, *profundum* significare ventrem ex Capro annotat Palmerius Spicileg. Lamp. Gruter. 4. pag. 658. Cruq.: „Per *barathrum* (Abgrund) *in luxu* intellige ingluviem, seu ventrem omnivorum; *in ambitione*, dum largitionibus immensis captant et ambiunt honores et magistratus, intellige populum, donorum munerumque voraginem, ac per hoc stultorum divitum perniciem: quemadmodum docet postea, inquiens (182), *In cicere atque faba bona tu perdasque lupinis.*“ — Proprie usurpavit Plaut. Bacch. 115. Similis locus infra est 241. (*qui sanior ac si Illud idem in rapidum fluvien jaceretve cloacam?*) Vox graeca, a Nostro iterum adhibita Epist. 1, 15, 31., et Catullo quoque, Virgilio, Silio Italico, ipsique Vitruvio, usurpata. Bentl. tamen maluit *balatrone* (ut balatro), nec nolebat, quod Fea in ordinem recepit, *balatroni* (h. e. balatronibus, nebulonibus, nullius bonae frugis plebi). Sed utraque ratio durissima, id quod sensit etiam H. Ceterum Scholl. Acr. et Cruq. ad Sat. 1, 2, 2.: *Balatrones. Hos luxuriosos ac perditos vocat a Servilio Balatrone, cujus in secundo libro* (Sat. 2, 8, 21.) *meminit; ex hujus autem nomine similis vitae homines balatrones sunt appellati, a balatu fortasse dicti, quae vox intorta est et ridicula. Legitur et barathrones, qui bona sua devorando quasi in barathrum mittunt. Iidem et blaterones proprie dicti sunt a blatiendo, id est vaniloqui.* Festus: *Balatrones et blateas bullas luti ex itineribus, aut quod de calciamentorum soleis eraditur, appellabant* etc. Inde per contemtum scurras et nepotes ita appellabant, qui, bonis propriis dilapidatis, divites sectarentur. Vopisc., laudante H., Carin. 21.: *ne patrimonia sua, proscriptis legitimis heredibus, mimis et balatronibus deputarent.*

168. *dives antiquo censu.* Cruq.: „Antiquae divitiae fuerunt praedia, fundi, agri, greges, armenta, etc. nimirum ante aes, aurum, argentum signatum.“ Sed rectius H. secundum Baxterum: dives antiqua divitiarum aestimatione. Acr.: *Quia si quis antiquitus duo praedia habebat, dives censebatur.* Hinc explicandus ille locus (Od. 4, 7, 15.), qui valde exercitos habuit

criticos, cum non intelligerent divitem *antiquo censu* appellari ibi regem Tullum Hostilium. Nam ejus regnum quod in magna gloria *magnisque opibus* fuisse devictis Sabinis dicit Livius I, 31., non divitias intelligit opes, sed vim potentiamque; nec magna habenda est opinio de opibus Albae Longae, quas Romam Tullus transtulit, ut ait I, 3., sed cogitandum, quam quisque tum fortissimus fuerit, tam habitum fuisse opulentissimum, quemadmodum Livius I, 30. Sabinos dicit gentem ea tempestate secundum Etruscos *opulentissimam* viris armisque. Juvenalis 5, 56 seqq.:

> Flos Asiae ante ipsum, *pretio majore paratus*
> *Quam fuit et Tulli census pugnacis et Anci*,
> *Et*, ne te teneam, *Romanorum omnia regum*
> *Frivola.*

Quae verba prave accipiens San. bene nummatum dici putat Tullum, cum plane contrarium velit satiricus, censusque omnium istorum regum ne ad unum quidem ejusmodi servulum emendum suffecturos fuisse significet. Varro de L. L. 4, 17.: *Dives a divo, qui, ut deus, nihil indigere videtur.* Sed rectius Seneca Epist. 2.: *Divitiarum modus primus habere, quod necesse est; proximus, quod satis est.* 169. *divisse.* Divisisse. Vid. ad A. P. 129.

171. De talis vid. inprimis Casaub. ad Suet. Octav. 71. Ibidem 83.: *Animi laxandi causa modo piscabatur hamo, modo talis aut ocellatis nucibusque ludebat cum pueris minutis.* 172. *ludere.* Schol. Cruq. recte: *talis.* 173. *numerare, cavis* etc. De asyndeto vid. ad I, 3, 56 seqq. 175. De hisce hominibus dictum in notis ad 69. et ad I, 1, 102. 180. *aedilis fueritve praetor.* Cruq.: Hi primi gradus erant ad ampliores honores et magistratus, de quibus a populo deturbati non facile postea ad dignitatem perveniebant: quare opus erat multis promissis et largitionibus ad populi favorem demerendum. 181. *Intestabilis* ille dicitur, quem neque testari neque antestari fas est, *cuique* (quod inde sequitur) *non licet testamentum condere, vel testamento quid ab alio accipere*, ut ait Schol. Cruq. Vulgo idem vox valebat atque *Infamis.* Cf. doctissimus Unterholznerus apud Heind., et, quos laudat, Sallust. Jug. 67; Tacit. 15, 55; Plin. H. N. 30, 2; Gell. 6, 7; 7, 18; 15, 3. *Sacer.* Festus:

Homo sacer is est, quem populus judicavit ob maleficium, neque fas est eum immolari, sed qui occidit, parricidii non damnatur: nam lege tribunitia prima cavetur, si quis eum, qui eo plebiscito sacer sit, occiderit, parricida ne sit. Ex quo quivis homo malus atque improbus sacer appellari solet. Macrob. Sat. 3, 7; Serv. ad Virg Aen. 3, 57. Phil. Parei Lexic. Plaut. v. *Sacer*, Non. 4, 431. Quo sensu etiam *Sacrilegus* legitur non semel apud Terentium. Notandum, quod monet H., *sacrum* eum dici proprie, qui leges sacratas migraverit, de quibus Festus, intestabilem autem eum, qui damnatus sit ob carmen famosum lege Cornelia. Ceterum quod idem vir doctus legendum censet apud Festum l. l. *neque nefas est eum immolari*, fallitur: nam Festus, ne quis erraret, immolandumque existimaret eum, qui sacer dictus esset, hoc est diis, praesertim inferis, dicatus seu devotus, eam ob causam addenda putavit verba *neque fas est eum immolari.* 182. *In cicere atque faba.* Cruq.: „Ad hunc modum Pers. sat. 5. (177.):

— *Cicer ingere large*
Rixanti populo, nostra ut Floralia possint
Aprici meminisse senes etc.

Floralibus enim ludis 4. Cal. Majas Aediles cicer (frictum, A. P. 249.), fabas et missilia in plebem spargere consueverant, leporesque et capreas aliaque multa animalia populo exhibere, non sine ingenti divitiarum profusione. Vide Lactantium de obscenis his sacris in honorem Florae meretricis (Vetus error: vid. Bayl. Dict. v. Flora) Inst. l. 1. c. 20.“ Cf. Scholl. vett. ad Persii l. l. et ad Juven. 6, 250. Ovid. Fast. 5, 183 seqq. Spanhem. de Us. et Pr. Num. tom. 2. p. 146. Dempster. ad Rosin. l. 2. c. 20. Naso l. l. 331 seqq.:

Quaerere conabar, quare lascivia major
His foret in Ludis liberiorque jocus;
Sed mihi succurrit, numen non esse severum,
Aptaque deliciis munera ferre deam.
Tempora sutilibus cinguntur tota coronis, 335
Et latet injecta splendida mensa rosa.
Ebrius incinctis philyra conviva capillis
Saltat, et imprudens utitur arte meri;

Ebrius ad durum formosae limen amicae
Cantat; habent unctae mollia serta comae.
Nulla coronata peraguntur seria fronte,
Nec liquidae vinctis flore bibuntur aquae.

— — — —

Scena levis decet hanc (*); non est, mihi credite, non est
Illa cothurnatas inter habenda deas.
Turba quidem cur hos celebrent meretricia ludos,
Non ex difficili causa petenda subest.
Non est de tetricis, non est de magna professis:
Vult sua plebejo sacra patere choro,
Et monet aetatis specie, dum floreat, uti:
Contemni spinam, cum cecidere rosae.
Cur tamen, ut dantur vestes Cerealibus albae,
Sic est haec cultu versicolore decens?
An quia maturis albescit messis aristis,
Et color et species floribus omnis inest?
Adnuit, et motis flores cecidere capillis,
Accidere in mensas ut rosa missa solet.
Lumina restabant, quorum me causa latebat,
Cum sic errores ubstulit illa meos:
„Vel, quia purpureis collucent floribus agri,
Lumina sunt nostros visa decere dies;
Vel quia nec flos est hebeti nec flamma colore,
Atque oculos in se splendor uterque trahit;
Vel quia deliciis nocturna licentia nostris
Convenit. A vero tertia causa venit.“
Est breve praeterea, de quo mihi quaerere restat,
Si liceat, dixi (dixit et illa „Licet“),
Cur tibi pro Libycis claudantur rete leaenis
Imbelles capreae sollicitusque lepus.
Non sibi, respondit, silvas cessisse, sed hortos
Arvaque, pugnaci non adeunda ferae.

De cicere etc. vid. not. ad 2, 1, 74. 183. *Latus.* Schol. Cruq.: *Inflatus et superbus* (H.: alis subnixis, ansatus [Plaut. Pers. 2, 5, 6.], toga ampla [Epod. 4, 7; Cic. in Catil. 2, 10.] et cum

(*) Floram, quae etiam v. 359. intelligenda est.

magno comitatu; vid. Bentl.) *ambules in circo* (Maximo, ut legendum est apud ipsum Cruquium, non Martio) *et theatro. Et aëneus.* Id.: *Ut tibi erigatur aënea statua.* Ita Graeci χρυσῆν, χαλκῆν ἐξάναι τινά. Hemsterh. ad Lucian. I. p. 165. Cf. Od. 4, 1, 19. Ceterum ita Be. ex codd. propterea quod *aeneus* τρισυλλάβως non legatur apud vett. Latii poëtas, sed sed vel *aëneus* aut *aënus*, vel *aereus*. Sed per jocum opponuntur inter se *spatiere* et *stes:* ergo *aut* rectum est, legendumque vel *aeneus*, vel potius *aereus*. 185. *M. Vipsanius Agrippa*, gener Augusti, eo suasore aedilitatem, quam valde damnosam post ultimum civile bellum pauperiores facti fere nobiles recusabant, magna cum magnificentia ludorum circensium et scenicorum post consulatum gessit a. U. C. 721., multisque et maximis aedificiis Urbem tum exornavit (Dio Cass. 49, 53. Plin. H. N. 36, 5, 15.); unde, quocunque se conferret, plausu populi excipiebatur. Vid. H. 186. Cruq.: Ludicra comparatio leonis ad vulpem, Agrippae ad obscuri alicujus divitis filium, ad honores, si non virtute, saltem divitiis aut ejusmodi alio consilio evehi conantem. Melius autem haec ita distinguentur, ut opinor:

> *In cicere atque faba bona tu perdasque lupinis,*
> *Latus in circo spatiere, aut aeneus ut stes,*
> *Nudus agris, nudus nummis, insane, paternis,*
> *Scilicet, ut plausus* etc.

nam eadem haec oratio est, bona istum sua dilapidare eo consilio, *ut* ipsi liceat ambitiose per Circum spatiari, id quod non nisi in summis magistratibus ferebatur, *ut* statuam erigendam ei curet populus, *ut* ei applaudat, tanquam alteri Agrippae; pertinetque etiam ad superiora ironicum *Scilicet*, quod in mediis sententiis locum habere, nemo nunc nescit, cujus tamen usus immemores librarii post verbum *paternis* plene sibi interpungendum rati fuerint, ut *Scilicet* principium occuparet orationis. 187. Schol. Cruq.: *Introducit aliquem altercantem cum Agamemnone, ut doceat, saniores esse eos, qui insani videntur his, quos sanos putamus. Velit.* Cf. 1, 4, 111. *Atrida* extrema syllaba brevi, cum in Atride (Ἀτρείδη) longa sit, Vid. Be. et cf. Epist. 1, 7, 43. H. 188. *Rex sum....*

Ita scribendum, ut intelligatur, regis orationem interpellari ab impatiente milite; quam continuat Agamemnon verbis *Et aequam* etc. 189. Rectius *at*. 191. Schol. Cruq.: *Homericum hoc est* (Iliad. A, 18.):

Ὑμῖν μεν θεοὶ δοῖεν Ὀλύμπια δώματ' ἔχοντες
Ἐκπέρσαι Πριάμοιο πόλιν, εὖ δ' οἴκαδ' ἱκέσθαι.

192. *Licet consulere?* Formula, qua compellabant ICtos. Turneb. Adv. 7, 10, Erisson. de Form. 3, 85. Cf. 1, 1, 10. Sed improprie est percontari et interrogare, teste Festo.

193. Iliad. B, 768 sequ. 195. Iliad. A, 255. 197. Vid. Sophocles Ajacis principio. *Mille.* χιλιάς, non χίλιοι: nam singularis numerus est: vid. Gell. 1, 16. Sic alibi *mille hominum*, *mille nummûm* etc. Cf. Epist. 2, 2, 165. 199. Vidd. Eurip. Iphig. in Aul., Ovid. Met. 12. ab init., Hygin. fab. 98.

201. *Quorsum* etc. Locus perperam acceptus propter malam interpunctionem. Legendum censeo: *Quorsum insanus?* — *Quid enim* etc. Verba *Quors. ins.?* sunt Agamemnonis quaerentis, quonam modo ipse videatur insanus. Cui alter sic respondet, ut Ajacem minus insaniisse quam Agamemnonem ostendat. Referendum autem *insanus* ad praegressum *servas*. Acr.: *Quorsum insanus? Quia multa genera insaniae sunt. — in quo insanus? ob quam causam, vel in quam partem?* (in welcher Rücksicht?). Vid. ad 2, 35. Male Schol. Cruq.: *Quorsum? Suppl. tendis? quid vis?* cui nescio quo modo obsecuti sunt editores. *Quorsum istuc?* est apud Terentium Adelph. 1, 2, 20., ubi Donat.: Deest *Pertinet*, aut *Dicis*. *Quorsum* per se vix quidquam significare potest, nisi forte *cur?* quo sensu recte quidem diceretur ab Agamemnone πρὸς τὸ σημαινόμενον: sed *insanum* ut appellarit Ajacem miles, qui, ut dixi, minus eum insaniisse dicit quam ipsum regem? — Quod vult H., frustra is quidem h. l. ἑλληνίζων, *Quorsum insanus quid enim Ajax Fecit?* vereor ut sit latinum. At quis ita usurpavit *Quorsum?* quaerat quispiam. Fac, neminem ita usurpasse, tamen propterea non est abjudicandum ab Horatio, si quidem verum est, quod de eo scripsit Quinctilianus eo loco, quem posui in nota ad Od. 3, 11, 17 seqq. Alioqui praeclara sententia, facillimaque mutatione (cf. Palmer. Spicileg. Lamp. Gruter. 4, 745,

Cruq. ad 5, 36, nos ad Plaut. Bacch. 358), reponi posset *Cur* (pro quo nonnunquam libri *Quur*, vel *Quor*) *sum insanus*? Sed non est necessarium. Ceterum Schol. Cruq.: *Haec est fabula. Ajax, cum Ulysse contendens de armis Achillis, postquam causam amisit: dolore et insania correptus irruit in gregem pecudum, atque interficiens oveis putabat se necare Agamemnonem et Ulyssem; at postquam restituta mente rescivit, se turpiter egisse, prae dolore gladio incubuit; quare Agamemnon* prohibuit eum a communi sepultura. 202. *abstinuit vim uxore.* Id.: *ab uxore.* Liv., laudante H., 1, 1. init.: *Constat — duobus, Aenea Antenoreque — omne jus belli Achivos abstinuisse.* Uxor Ajacis audit Tecmessa, ut conjux Agamemnonis Cassandra Senecae Agam. 994.

204. *Non ille.* Cf. Od. 4, 9, 51; Sat. 1, 6, 58. 205. *adverso.* Schol. Cruq.: *inimico* unde *navigare non poteram.* Trojae e regione situm sive oppositum interpretatur H. 208. *alias.* Diversas. H. Qui diversas justi et injusti species seu formas (ἰδέας, Begriffe, H.) permixtas capit (auffaſst), is insanus merito habetur. Saepe sic *verum*, praesertim apud Livium. Vidd. Gronov. et Drakenb. ad Liv. 2, 48, 2. Cf. 312; Epist. 1, 7 extr. Senec. Epist. 54.: Nam qui leviter dormit, et species secundum quietem *capit. Imagines vanas accipit* Cels. 3, 18.

209. *commotus.* Sch. Cruq.: *insanus.* (verrückt). Plin. H. N. 36, 40: *Lapis Samius — mentes commotas restituit.* V. 295. *mentem concussus.* Contrarium est *stare animo* 213. H.

210. *Stultitiane*, ut Agam., *iru*, ut Ajax. Cf. 221. 212. *ob titulos.* Schol. Cruq.: *ob gloriam et vanum triumphum.*

213. *cor.* Sedes affectuum, ut passim: nam ad prudentiam *animo* refertur. *Tumidum.* elatum superbia et spe vana.

216. Sic fere codd. vel *Posillam.* Nomina feminarum *Rufa* et *Posilla* seu *Pusilla* leguntur in inscriptionibus. Vid. Bentl. *forti.* Vid. ad 2, 1, 16. 217. Practor edicto, decreto, secundum XII. tabb. (*Si furiosus est, agnatorum gentiliumque in eo pecuniaque ejus potestas esto*; Cic. de Inv. 2, 50, Tusc. 3, 5.), furioso bonis *interdicebat*; unde id edictum vocatur h. l. *interdictum.* Propie dicebatur *cura* seu *curatio* (furiosi aut prodigi). Vid. H. 221. *Stultitia.* Schol. Cr.: *quae ducitur ambitione. Sceleratus.* Crudelis, ut Agamemnon. 222. *furiosus.* Insanus. *Vitrea.* Splendens pulcritudine, quemadmodum Graeci dicunt

ὑάλινος παῖς, ὑαλέη ὄψις. Vid. Mitscherl. ad Od. 1, 17, 20.

223. *circumtonuit*, ἐμβρόντητον ποιεῖ. Hemsterh. ad Lucian. Tim. 1. Is aeque furit ac sacerdos Bellonae, qui se ipse lacerat etc. Lucan. 1, 565: *Tum quos sectis Bellona lacertis Saeva movet, cecinere deos.* Cf. Juvenal. 4, 123, Tibull. 1, 6, 45 etc. *cruentis.* Schol. Cruq.: *absolute pro* sanguine.

224. *Nomentanum.* Cf. 1, 1, 102. *arripe.* 2, 1, 69. 225. *Vincet.* Evincet (250), probabit. Cic. pro Cluent. 44. 227. *Edicit.* Tanquam praetor. Vel: indicio publico. (H.: Er macht durch einen Anschlag bekannt.) 228. Schol. Cr.: *Tusci aliquando ab Aricinis pulsi contulere se Romam, et vicum, qui modo Turarius* (Epist. 2, 1, extr.) *dicitur, insederunt, eique nomen suum dederunt.* Liv. 2, 14 extr. Dionys. Halic. Ant. 5. p. 304. Fest. v. Tuscum vicum, etc. *impia turba.* Acr.: *Turbam impiam aut negotiatores accipimus, aut lenones; sed melius lenones intelligimus, — quod in vico turario ante meretrices prostabant.* Plaut. Curc. 4, 1, 21.:

Tusco in vico, ibi sunt homines, qui ipsi sese venditant.

229. *Scurris.* Sch. Cruq.: histrionibus, *parasitis. fartor. Qui insicia et farcimina facit,* inquit Don. ad Terent. Eun. 2, 2, 26. Plaut. l. l.:

In Velabro vel pistorem, vellanium, vel haruspicem,
Vel qui ipsi vortant, vel, quae aliis subvorsentur, praebeant.

Hoc est, inquit Gron., vel qui ipsi vertant ac mutent merces munuscularii negotiatores, vel praebeant institoribus etc. Varro de L. L. 4, 32., postquam dicit de foris boario, olitorio, piscario, cupedinis: *Haec,* inquit, *postquam contracta in unum locum, quae ad victum pertinebant* (caro, opsonia, Plaut. Aul. 2, 8, 3; Terent. l. l.), *et aedificatus locus, appellatum Macellum.*

231. Schol. Cruq.: *Apud luxuriosum leno primum loquitur, tanquam patronus omnium nebulonum.* 233. *aequus.* Id.: *ironicôs.* 234. *In nive Lucana.* In silvis montosae Lucaniae. Cf. 8, 6; Stat. Theb. 8, 533. 235. Scribe sine interpunctione: *Segnis ego indignus* etc. h. e. Ego, qui segnis sim, vel propter signitiem, indignus sum etc. 237. *decies.* Decies centena millia sestertium. H. Vid. ad 240. 238. *uxor.* Vel ipsa tua uxor,

quae tibi carior est, et fortasse formosior, ancillis, et media nocte, quod molestum. Verbis *Unde — vocata* describitur leno, ut τοῖς *In nive L. d. o.* venator et verbis *tu pisces — vellis* piscator. Ergo rectum est Unde uxor *currit*, h. e. a quo currit, seu solet currere. 238. *Aesopi.* Celeberrimi tragoedi. Heusinger. ad Cic. de Off. 1, 31, 11. De filio vidd. Valer. Max. 9, 1, 2; Plin. H. N. 9, 35; 10, 51. Acr.: *Hic Metellae, quae eum deperibat, ablatum unionem et aceto dilutum sorbuit.* Repudiatam ejus nominis uxorem Lentuli Spintheris (Cic. ad Attic. 12, 52; 13, 7; Bayl. Dict. s. v. Metella), amasiamque Dolabellae (Cic. ibid. 11, 23), intelligit H. Cruq. Plin. lib. 9. cap. 35., agens de Cleopatrae luxuria, quae, detractum ex altera auricula unionem, acetoque resolutum, sorbens, ea coena consumsit centies sestertium, *Prior*, inquit, *id fecerat Romae in unionibus magnae taxationis Clodius tragoedi Aesopi filius, relictus ab eo in amplis opibus heres* etc. 240. *solidum.* Schol. Cruq.: *Integrum, decies centena millia sestertium.* 241. *baccam.* Vid. ad Epod. 8, 14. 243. *Arri.* Cf. 86. 244. *Nequitia*, luxuriosa prodigalitate. Burm. ad Petron. Sat. 55. p. 270. H.

245. *Luscinias.* Schol. Cruq.: Διὰ συναιρέσεως *duarum vocaliun posteriorum.* Cf. 8, 1; 1, 7, 30, nos ad Plaut. Amph. prol. 74. Plin. H. N. 10, 29.: *Servorum illis* (lusciniis) *pretia sunt, et quidem ampliora quam quibus olim armigeri parabantur. Scio*, sestertiis sex, *candidam alioquin, quod est prope inusitatum, venisse, quae Agrippinae, Claudii principis conjugi, dono daretur.* Cf. ib. cap. 51. de simili Aesopi tragoedi patina. *impenso.* Sch. Cruq.: *magno pretio emtas.* Sic dicitur *magno emere.* Plin. H. N. 9, 40: *mercari immenso.* Pedestri oratione dicas *impenso pretio.* H. 246. Sch. Cr.: *Quorsum abeant? quibus adnumerandi sint, bonisne ut creta, an malis, ut carbone notentur?* (sic eum locum legendum puto, et ita saepius Scholiastarum verba leviter corrupta, aut glossematis oppleta, tacitus emendo) *bona enim albo lapillo signabantur, adversa vero nigro.* Cf. Pers. 5, 108, 9; Od. 1, 36, 10, et ibi Bentl. 248. *Ludere par impar.* Schol. Cr.: *Micare. Ludus est puerorum.* Talis, tesseris, nummis, nucibus etc. Suet. Octav. 71. et ibi Casaub. Graece ἀρτιάζειν, ἀρτιασμός. H. *Equitare in arundine longa.* Κάλαμου περίβαντα ἱππεύειν ap. Plut. et Aelian. Cf. Toup. Emendatt.

Suid. et Hesych. vol. 2. p. 222. ed. Oxon. Eichstad. ad Ommeren. 250. *amare*. Meretricem. Terent. Andr. 1, 2, 14, etc. Similiter *amator* et *amatio* ap. Plaut. II. Cf. 252. 254. Rectius *Polemo* mihi videtur cum H., quia hoc nomen graecum ex iis est, quorum genitivus exit in ωνος vel ονος. *Polemon* probarem, si diceretur Polemontis, ut Xenophontis, Anacreontis. Gronov. ad Senec. Agam. 514; Drakenb. ad Liv. 34, 61, 10. Quanquam poetarum magna est in hoc genere libertas. Schol. Cruq.: *Polemo juvenis fuit Atheniensis perditae luxuriae. Is cum ebrius incederet per urbem, fertur audiisse e propinquo Xenocratis vocem disputantis, deinde introiisse coronatus et unguentatus ad eum deridendum. Senex autem perseveravit, et invectus in luxuriam coëgit Polemonem poenitere sui et coronas abjicere; qui postea tantus in philosophia extitit, ut dignus existimatus sit, qui Xenocrati succederet.* Cf. Valer. Max. 6, 9, 1 etc. *Insignia morbi.* Sch. Cr.: *instrumenta luxuriae.* 255. Idem: *Fasciolae* (fasciae) *ornamenta quaedam sunt brachiorum, pedum* (hoc inprimis: vid. H.), *articulorum, vel vittae. Cubital, pulvillus, qui cubito coenantis supponi solebat. Focalia, collaria a collo dependentia, ad fovendum collum et fauces.* 256. *in collo.* Ut fieri solebat in laetioribus conviviis. Cic. in Verr. 3, 27.: *Coronam habebat* unam in capite, *alteram in collo. Furtim.* Schol. Cruq.: *Pudore affectus hoc fecit, ne quis intelligeret, eum aliquando fuisse luxuriosum.*

257. impransi. 2, 7. De Xenocratis temperantia cf. Diog. Laert. 4, 7, 8. 259. *Catelle.* (*Citelle* quid sit, nescio.) Schol. Cr.: *Verbum est blandientis.* Ut *agnellus, hoedillus, vitellus* etc. Vid. Be. 262. Terentium ob oculos habuit Eunucho prima. *Ne.* Ne quidem. Vid. Ruhnken. ad Rutil. Lup. p. 129.

270. *explicet.* Schol. Cruq.: *proficiat.* 272. *Picenis* (seu Picentinis) *pomis.* Quae sunt optima, ut et pira. Plin. 15, 16. Picenum Italiae regio ad mare Atriaticum inde ab Aterno fluvio usque ad Apenninum. Cruq.: De mittendis in altum granis pomorum, quemadmodum vulgo nunc ejaculantur cerasorum lapilli, vide ludum symposiacum apud Jul. Polluc. lib. 9. cap. 7. (128. ἐσημαίνοντο τάτῳ τὴν εὔνοιαν τὴν παρὰ τῶν παιδικῶν.) Schol. Cruq.: *Solent amantes ex malis semina duobus primis digitis compressando in cameram, velut augurantes, mittere, si cameram contigerint, posse se sperare ad effectum ductum iri, quod*

animo conceperint. 273. H.: *camaram, καμάραν,* quod rectum puto. Vid. inprimis Burm. ad Petron. l. l. *penes te es?* Apud te es? (Terent. Heaut. 5, 1, 48.). Ita Graeci *ἐν ἑαυτῷ εἶναι, εἰς ἑαυτὸν ἐλθεῖν.* Schol. Cr.: *Sanus es? redisti ad mentem?*

274. Schol. Cruq.: *Quid cum per delicias balbutire affectas senex, et puerilia imitaris?* Hypallage: *non enim verba palato ferit, sed verbis balbis palatum.* Cf. 1, 3, 48, ubi idem Schol.: *Balbutiendo blandimur infantibus; pater autem balbutit Scaurum* (imo *Scaulum*, ut in ipso Horatio legi volebat Dacer.), *illum imitando.* Hic de sene amatore dici videtur. Tibull., laudante H., 1, 2, 91. de tali: *Vidi ego — sibi blanditias tremula componere voce, Et manibus canas fingere velle comas.* 275. *cruorem stultitiae.* Schol. Cruq.: *iram cruentam amori.* Cf. Tibull. 1, 11, 51 seqq. Sed Cruq.: Haec amoris est extrema dementia, ne dicam extrema linea, nimirum se vitamque suam in periculo ponere amoris potiundi gratia etc. 276. *ignem gladio scrutare modo, inquam.* Ita haec interpungenda secundum J. H. Vossium et H. *Modo* imperativis addi solitum valet *tantum. Inquam* ad praecedentia recte jam relatum significat, eodem sensu dici *ignem gladio scrutare* atque *Adde cruorem stultitiae.* Schol. Cruq.: *ign. glad. scrutare. Auge stultitiam crudelitate. Pythagoricum hoc est.* Diog. Laërt. inter symbola Pythagorae et hoc recenset 8, 17: *πῦρ μαχαίρᾳ μὴ σκαλεύειν,* quod ita explicat §. 18.: *δυναστῶν ὀργὴν καὶ οἰδοῦντα θυμὸν μὴ κινεῖν.* Sed Cruq. hoc modo: Ignem gladio ne fodito, hoc est iram, amorem, Venerem ne concitato, irritato, vi, nec minis exagitato; vitam denique, qui ignis est sumtus ex sempiternis ignibus, ne perdito: quod qui facit, stultitiae crudelitatem commiscet. 277. Schol. Cr. *Marius quidam ob amoris impatientiam Helladem puellam occidit, quod ab ea contemneretur, et se postea moerore praecipitavit. Quid ergo? dicis, eum non fuisse insanum, quem sceleratum fuisse negare non potes?* 278. Non. 1, 213.: *Cerriti et larvati male sani, aut Cereris ira* (cereriti, *δημητριανοί, νυμφόληπτοι,* lymphatici, Cruq.), *aut larvarum incursatione animo vexati. an commotae m.* Cf. 209. Idem Schol.: *an aliud putabis esse insaniam, aliud scelus committere, cum omnes, qui aliter faciunt quam debent, insani habendi sint?* 280. *Ex more.* Idem: *Ex vulgari consuetudine, quia vulgus alium judi-*

cat insanum esse, et alium crudelem. Cognata vocabula. Apta ἐπίθετα. At Acr.: Cognata, diversa quidem, *sed non multum inter se distantia.* Intelligendum: ex more *malo* imperitorum, temere. *Cognata* vocabula sunt dementiae et sceleris, quae vulgus temere rebus seu factis hominum imponere dicitur. 281. Renovata fuerunt ab Augusto Larium signa, in compitis (ταῖς τετραόδοις, Sch. Cruq.) constituta, quibus Laribus inde dicta Compitalia celebrabantur. Suet. Aug. 31. Iis signis sive imaginibus quovis die mane precabatur senex ille libertinus. 281. *Siccus.* Cf. 2, 14. 282. *lautis manibus.* Schol. Cruq.: *Quia solebant precaturi ideos manus et pedes abluere.* Hesiod. Op. et D. 724 seqq., quem locum sic vertit Cruq.:

> Ne quando de mane Jovi nigra vina sacrato
> Illotis manibus, neve immortalibus ullis:
> Nam minus advertunt animum, et tua vota recusant.

Cf. Iliad. ζ′, 266 etc. 283. Rectius etiam nobis facere aliquando videbantur illi, qui legunt: — *et:* „*Unum,*“ *Quiddam magnum addens,* „*unum* etc. Gesn.: „Illud *quiddam magnum,*“ inquit, „potest votum esse, quod vult Baxt.; potest fortasse etiam nomina deorum et obtestandi quasvis formulas significare.“ Quae placet Turnebo, Lambino, Cruquio, Torrentio, Bentlejo, Feae denique, aliorum codicum lectio *quid tam magnum?* eam non quadrare, sed in illam sententiam, quam excogitavere viri docti, dicendum potius fuisse *Quid tam parvum?* haud inepte monere videbatur Heind. Sed molesta tamen, quocumque tandem modo explicata, ista *Quiddam magnum addens* propter obscuritatem, cum nescias, quid sit illud magnum, quaque inductus ratione rem non suo nomine Noster appellaverit, denique sive votum sit, sive obtestatio, cur non ipsi orationi insertum fuerit, sed extrinsecus additum (*addens*), tanquam alienum et id, quod salva sententia abesse possit. Haec ego mecum reputans, reique momenta diligentius expendens, non possum non potiorem judicare alteram librorum scripturam, quam recipiens Fea in ordinem non declaravit. Et recte quidem probat eam Cruquius propterea, quod plenis buccis irrideat opinionem Stoicorum de immortalitate. „Nihil enim,“ inquit, „amentius esse opinabantur et magis ridiculum Epicurei, quam sentire, animam esse immortalem.“ Sed quod

unum ad *me* referri velat, fallitur. Sane *se unum* immortalitate donari cupit ille senex, Stoicum sapientem agens ex mente Chrysippi. Tertullianus de Anim. C. 54.: *Qui aliquod animae tempus indulgent ab excessu usque in conflagrationem universitatis, ut Stoici, suas solas, id est sapientium, animas in supernis mansionibus collocant.* Et magis diserte Diog. Laërt. 7, 156.: Δοκεῖ τοῖς Στωϊκοῖς, τὴν ψυχὴν εἶναι αἰσθητικήν· ταύτην δὲ εἶναι, τὸ συμφυὲς ἡμῖν πνεῦμα· διὸ καὶ σῶμα εἶναι, καὶ μετὰ θάνατον ἐπιμένειν, φθαρτὴν δὲ εἶναι (cf. Cic. de Nat. D. 3, 14; Tusc. Quaest. 1, 31)· τὴν δὲ τῶν ὅλων ἄφθαρτον, ἧς μέρη εἶναι τὰς ἐν ζώοις. Κλεάνθης μὲν ἔν, πάσας ἐπιδιαμένειν μέχρι τῆς ἐκπυρώσεως· Χρύσιππος δὲ τὰς τῶν σοφῶν μόνον. Quam sapientis Stoici immortalitatem ille cogitans precibus suis *addit*, hoc est inserit παρενθέτως, verba *Quid tam maxnum*? quid tam praeclarum, quid magis homini expetendum quam animae immortalitas? Repetitum *unum*, ut altius in deorum hominumque, sed inprimis deorum invocatorum, animos descendat, ad fastum et magniloquentiam pertinet Stoicorum, quasi homo dicat: Si me unum, o dei, redditis immortalem, reliquos homines, qui non jurant in verba Chrysippi, perire omnes, nihili existimo. Per ridiculum autem his verbis Χρυσιππείας percutit Stertinius, quamvis ipse Stoïcus, sed Cleanthem hac in re magis probans, humaniorem.

284. *Dis etenim facile est.* Cruq.: Plane ludit Stoicos, qui credebant, deos curare mortalia, eosque vel ad Inferos demergere homines, vel immortaleis reddere posse: nam simul omnia cum vita et corpore cadere δογματίζονται οἱ Ἐπικούρειοι.

285. *Auribus atque oculis.* Schol. Cruq.: *a partibus principalibus ad totum corpus. Mentem* etc. Idem: *Sumtum est hoc argumentum a dominis mancipia vendentibus, quorum omnia vitia sibi cognita tam animi quam corporis indicare debebant* (Digest. l. 21. tit. 1. de Aedilium edicto, Cic. de Offic. 3, 17), *nisi postea litigare vellent propter celatum vitium. Ergo tenetur venditor emtori praestare damnum, si non dicit, servum, quem vendit, esse superstitiosum.* 286. *Exciperet.* Excepisset, excepturus fuisset. Plaut. Rud. 494. nostrae ed.:

Quid opust verbis? si invitare nos paulisper pergeret,
Ibidem obdormissemus; nunc vix vivos amisit domum.

Et ita passim. 287. *Hoc*. De quo jam dicturus est. Vid. ad 89: nam de libertino illo jam significatum, pro insano habendum esse. 287. *foecunda in gente Menenî*. Schol. Cr.: *Inter Menenios stulte superstitiosos. Menenios autem fuit iis temporibus insanus aliquis de familia Meneniorum mire superstitiosa et stulta* etc. Ipse Cruq. gentem Meneniam dictam aliquando putabat a Menenio consule mentis non satis integrae, qui voluit videri esse ab Agrippa Menenio; cujus meminit Haliacarnasseus. — „Sed non celabo," inquit, „lectorem, me in Tons. Sil. et Div. codicibus invenisse *Meneci*, quam lectionem [h. e. *Menoccei*, τρισυλλάβως] facio non minimi propter Meneceum [Menoeceum] Thebanum, qui ad salutem patriae in perpetuum stabiliendam sese dedit ex oraculo praecipitem, ut scribit Apollodorus libro 3. et Papinius 10. Thebaidos. [Cf. Eurip. Phoeniss.] Itaque sub gente Meneci [Menoecei] vult Hor. Chrysippum ponere, seu adnumerare insanis eos, qui statim judicant sacris et oraculis dandam esse fidem, quasi mortalia omnia dependerent ab arbitrio deorum." Ea lectio mihi quoque videtur dignissima, de qua cogitetur. 288. *Jupiter*. Vid. ad 291. 289. *cubantis*. Schol. Cr.: *aegrotantis*. Cf. 1, 9, 18. 291. *illo die*. Idem Schol. *Die Jovis*. Sed recte momet H., Cereri quidem jejunium foeminarum fuisse institutum in Graecia die 3. Thesmophoriorum, itemque Romae jussu Decemvirorum secundum libros Sibyllinos (Spanh. ad Callim. hymn. in Cer. 6. 12. Liv. 36, 37); sed Jovis in honorem tale quid neutrum populum factitasse. Ἰουδαΐζειν igitur mulierem superstitiosam: nam cibo abstinuisse Judaeos die Jovis, ut testetur Selden. de J. N. 3, 15. Etiam quod se abluturam puerum promittit in Tiberi, ritum esse Aegyptiorum et Orientalium. Juven. 6, 522 seqq. de matrona, cultu Aegyptiaco initiata:

> *Hibernum fracta glacie descendet in amnem,*
> *Ter matutino Tiberi mergetur et ipsis*
> *Vorticibus timidum caput abluet; inde Superbi*
> *Totum regis agrum nuda ac tremebunda cruentis*
> *Erepet genibus. Si candida jusserit Io,*
> *Ibit ad Aegypti finem* etc.

Jupiter intelligendus *Jupiter Serapis*. A. Hirt. Bilderb. 1, p. 75.:

„Auf Reliefs, Gemmen, Münzen sieht man den Serapis auch als Gott der Heilkunde, mit dem Knotenstocke des Aesculap, der mit der Schlange umwunden ist.“ Appellativum fuisse nomen Jovis apud veteres Italos, et in genere significasse magnos gentium auctores atque beneficos (die hohen Stammhelden und Wohlthäter), monet Clariss. Creuzer. Symbol. et Mythol. 2. p. 431. 292. *Casus.* Schol. Cr.: *Supple si.*

293. *Ex praecipiti. Malo, ex desperatione, ex periculoso morbo.* 295. *Quone.* Vid. ad 107. *Ment. conc.* Idem: *Habens mentem concussam et commotam.* Cf. 209. *Timore deorum.* Cruq.: δεισιδαιμονίᾳ. [Vid. Theophrast. Charact. 16., sive Δεισιδαίμων. Senec. Epist. 47.: *Deo satis est, quod colitur et amatur; non potest cum timore misceri.* Et ita veteres sani. Cf. H.] Superstitionis et religionis discrimen apertissime declarat Cic. lib. 2 de Nat. D. Nonius autem Marcell.: *Qui tota die precabantur*, inquit, *et immolabant, ut sibi sui liberi superstites essent, superstitiosi sunt appellati; quod nomen patuit postea latius.* — 296. *Sapientum octavus.* Schol. Cr.: *Septem fuere sapientes Graeciae. Sic Juvenalis* (2, 40): *Tertius e coelo cecidit Cato.* 297. *compellarer.* Id.: *Insanus dicerer* (cf. 47.): *est enim compellare injuriose alloqui, ut Cic. in Philipp.: laudat, an compellat edicto?* Vid. Clav. Cic. 298. Cruq.: Explicatio defensionis a talione: nam *qui, quae vult, dicit, quae non vult, audiet.*

Εἰ δὲ κακόν τ' εἴποις, τάχα κ' αὐτὸς μεῖζον ἀκούσαις,

h. e.

Si male cui dicas, sis plura audire paratus,

inquit Hesiod. in Op. et D. (721.) Ita Plaut. (Pseud. 4, 7, 77.): *Contumeliam si dices, audies*: ut enim salutabis, ita et resalutaberis. Videto in (Erasmi) Chiliad. *Qui quae vult* etc. 298. *totidem.* quot mihi convicia fecerit, totidem ei regeram. 299. *Respicere — tergo.* Nota (vel ex Phaedro 4, 9) Aesopi fabula de duabus peris, homini impositis.

Propriis (inquit Phaedrus) *repletam vitiis post tergum dedit,*
Alienis ante pectus suspendit gravem.

ad quem locum vid. Desbillon. 300. *pluris*. Quam ante vendidisti. (19.) Cruq.: „*Stoice post damnum*. Haec conjunctim legenda sunt, perinde ac si dicat, si damnum passus non fuisses, nunc Stoicus non esses. — Faceta notatio stultitiae: nam malo accepto stultus sapit (ut fertur), παθὼν δέ τε νήπιος ἔγνω, Hesiod. ἐν Ἔργ. καὶ ἡμέρ. Sic etiam ἐξ ὧν ἔπαθες, ἔμαθες, quae nocent, docent.“ Idem in 2 codd. ab se repertam lect. hanc *si vendas* etc. ita explicat: „o Damasippe (inquit Hor., si post damnum rerum tuarum ad medium Janum nunc factus Stoicus vendis pro mercibus omnia praecepta Stertinii pluris et carius, adeo ut jam sapiens factus praeceptorumque peritus de omnibus sententiam ferre possis, dic: quam me stultitiam putas insanire? Allusio pulcherrima ad divitias et merceis Stoicas, nimirum sapientiam una cum suis comitibus, morositate, arrogantia, mordacitate, curiositate etc. quas venditando et quasi venaleis exponendo ceteros inescare studebant etc.“ Torr.: „Irrisio pervenusta. Neque enim simpliciter ut philosophum salutat, sed ut eum, qui damno talis factus sit, et tanquam eo nomine indignum tacite jubet redire ad mercaturam, optans etiam, ut cum lucro id faciat, ne denuo philosophari necesse sit.“ Sed facetior Cruquii explicatio rerum vendendarum. 303. De Agave et ejus filio Pentheo, rege Thebanorum, vidd. Eurip. Bacch. et interpp. ad Hygin. fab. 184. Legendum fortasse apud Senecam Phoen. 363.:

Felix Aga, facinus horrendum manu
Quae fecerat, cessavit, ut spolium tulit
Cruenta nati Maenas in partes dati.

Lenior haec medicina illa, quam hisce feci in editione Senecae tragoediarum, cum legendum putarem *manus Quum fecerat*. Vulgata quidem lectio inepta est. 305. *concedere veris*. Sch. Cruq.: *Consentire veritati. Liceat mihi confiteri, quod verum est.* Συγχωρεῖν τῇ ἀληθείᾳ. Vid. H. ad Platon. Phaed. §. 112. 307. *Accipe*. Schol. Cruq.: *Audi. Damasippus ostendit Horatio sua vitia*. 308. *Aedificas*. Id.: *Magnifice*. An fortasse domum ampliorem, in quo esset cubiculum illud, de quo dicit βιογράφος, speculis undique decoratum? *Longos imitaris*. Idem Schol.: *Aut proceros, quia fuit brevis staturae* (Epist. 1,

20, 24; *βιογράφος: habitu corporis brevis atque obesus); aut divites. Erectus ambulas, ac proceros nobileisque imitaris. Aedificas autem dixit propter Maecenatem, qui tuns in Esquiliis magnificas aedeis et hortos amplos ornabat.* Vid. ad I, 8, 7. 310. Idem scriptor: *Turbo gladiator quidam fuit exiguae staturae, sed magni animi in proelio.* 212. *verum.* Rectum, aequum. Cf. 208.

313. *Tanto dissimilem* pro *tanto dissimiliorem* quis, quaeso, unquam dixit? Quanquam ne hoc quidem est hujus loci. Dicendum potius erat, *Tanto dissimilem* esse *Tanto viro*, quantus Maecenas est, *dissimilem.* Sed hoc quoque parum placet, cum idem fere significetur verbis *tanto certare minorem*; neque *tantum* alio sensu, alio *tanto*, in eadem oratione ferendum est. Non igitur dubitantum esse videtur de corruptione hujus loci. Sed quid reponendum? An *Tentum*, quo modo *poplite tenso* dixit Statius Theb. 9, 473.? Proprie Noster ipse *pingui tentus omaso* Sat. 2, 5, 40, *tenta ubera* Epod. 16, 50, *tenta spiritu praecordia* ibid. 17, 26. Quidni *tentum* pro *intentum* sive *inflatum* dicere potuerit, in animo jam cogitans fabulam sequentem de rana rupta, dum bovem imitatur? Non semel autem a et e vel ae litterae inter se commutatae deprehenduntur in codicibus: velut apud Senec. Herc. Oet. 538 pro depravatis librorum scripturis *tacitus mas*, *taeitus imas*, *tactus sinus*, Lipsianaque hac *tactu intimas*, reponi nuper jussi *tectissimas*, simileque vitium correxi in Vindiciis Ovid. ad Met. 10, 291; quemadmodum etiam verba *Planius* et *Plenius* confusa sunt apud ipsum Nostrum Epist. 1, 2, 4. Quodsi tamen displiceat ea conjectura, certe legendum erit *ἀσυνδέτως*

Tanto dissimilem, tanto certare minorem,

ut modo familiari sententiam eandem verbis non multum diversis bis expressisse Flaccus censeatur. *Certare minorem.* Cruq.: Certare tanto, id est cum tanto viro? *μάχεσθαι τοσούτῳ.* Sil., laudante H., 5, 77.: *heu, fatis Superi certare minores.*

314. Cruq.: pullus, *πῶλος*, cujusvis animalis foetus.

315. *denarrat.* Schol. Cruq.: *Diligenter narrat.* 316. *cognatos.* Id.: *fratres; quod notandum est; quasi secum natos et genitos.* 317. Profecto alienum *tandem*, pro eoque recipiendum *tantum* e Cruquianis aliisque libris Mss. Totus autem locus sic videtur legendus atque interpungendus esse:

— — Illa rogare,
Quantane, num tantum, sufflans se, magna fuisset? —
„Major.“ — Dimidio? Num tanto? — Cum magis etc.

Tantus pro *Tam* etiam Plautus, Lucretius, Caesar, usurpavere. Vide lexica. Ranae matri quaerenti, an ista bellua tam magna fuerit, seque inflanti, respondet pullus: „Major.“ Rursus illa: *Dimidio* (major)? et denuo se inflans: *num tanto* (major)? Male libri continue: Major dimidio, quasi dimidio tantum rana bos major dicendus sit, quae ineptia ne ranunculo quidem imputanda. 320. *abludit*, discrepat, ἀπᾴδει. H.

321. *Adde poëmata.* Schol. Cruq.: *Nunc ad insaniam illam, quam pateris in aedificando, adde istam insaniam faciendi poëmata. poëmata. quae nunc facis, qui fomes est insaniae. Sed et poëtae omnes insaniunt. oleum adde camino. Proverbium in augmento: oleum enim auget flammam.* Graeci dicunt πῦρ ἐλαίῳ σβεννύναι. Lucian. Tim. 44. Cf. Cruq. et H. 322. Veteres sine furore neminem nec poëtam nec magnum in genere virum esse existimabant. Plat. Phaedr. 49.: Ὃς ἂν ἄνευ μανίας Μουσῶν ἐπὶ ποιητικὰς θύρας ἀφίκηται, πεισθεὶς ὡς ἄρα ἐκ τέχνης ἱκανὸς ποιητὴς ἐσόμενος, ἀτελὴς (haud initiatus) αὐτός τε καὶ ἡ ποίησις ὑπὸ τῆς τῶν μαινομένων ἡ τὸ σωφρονοῦντος ἠφανίσθη. Aristot. Problem. 30, 1.: Διὰ τί πάντες, ὅσοι περιττοὶ γεγόνασιν ἄνδρες ἢ κατὰ φιλοσοφίαν ἢ πολιτικὴν ἢ ποίησιν ἢ τέχνας, φαίνονται μελαγχολικοὶ εἶναι; Cf. idem Poët. 17., Cic. de Div. 1, 37, Noster A. P. 296. Supra 2, 7, 117: *Aut insanit homo, aut versus facit.* H. Minime haec interrogantur. 323. *horrendam rabiem.* Epist. 1, 20, 25, Sat. 2, 7, 34 sequ. *Cultum majorem censu.* Schol. Cr.: *Damasipp. suppos.: Non dico* (cult. maj. censu). [Per ἀναφορὰν τὸ *non dico*, ἀπὸ κοινοῦ, inquit Cruq. Sed dicendum potius erat, interrumpi subinde ab Horatio alterius orationem.] *Arguit vestitum* (imo et *victum*, *habitationem*, *supellectilem* etc. H.) *Horatii supra censum.* 324. *teneas tuis te.* Cruq.: Tecum habita, inquit Pers. H.: *tuis.* quae ad te pertinent. Minus recte Schol. Cruq.: *tibi habeto tua vitia, quia cognosco insaniam tuam.*

326. *major.* Idem: *stultior me. In Stoïcos hoc dictum est, qui, sua non agnoscentes vitia, aliorum graviter persequebantur.*

Cruq.: *O major tand.* exclamat Hor. cum indignatione in *πολυπραγμοσύνην* Stoicam, quas merces jamjam ait venditare Damasippum.

Sat. 2, 4. Schol. Cruq.: *Sub persona Catii risurus est Poëta Epicureos* [vulgares], *ut in proxima Stoicos. Fuit autem M. Catius Epicureus, qui quatuor libros scripsit de rerum natura et de summo bono, quod cum Epicurei in voluptate ponerent, hoc est in gulae et corporis libidine, contra Stoicos, qui summum bonum dicebant esse voluptatem rerum honestarum, rogat Catium Hor., ut sibi narret coenae parandae et ordinandae magistrum, ejusque praecepta.* Cic. de Nat. D. 1, 40.: *Philo noster ferre non poterat, aspernari Epicureos molles et delicatas voluptates. Summa enim memoria pronuntiabat plurimas Epicuri sententias iis ipsis verbis, quibus erant scriptae. Metrodori vero, qui est Epicuri collega sapientiae, multa impudentiora recitabat. Accusat enim Timocratem, fratrem suum, Metrodorus, quod dubitet omnia, quae ad beatam vitam pertineant, ventre metiri; neque id semel dicit, sed saepius.* Idem de Fin. 1, 7.: *Quaeritur saepe, cur tam multi sint Epicurei. Sunt aliae quoque causae, sed multitudinem hoc maxime allicit, quod ita putat dici ab Epicuro, recta et honesta quae sint, ea facere ipsa per se laetitium, id est voluptatem.* Senec. de Vit. beat. 13.: *Non ab Epicuro impulsi luxuriantur, sed vitiis dediti luxuriam suam in philosophiae sinu abscondunt, et eo concurrunt, ubi audiunt laudari voluptatem. Nec aestimatur voluptas illa Epicuri (ita enim mehercule sentio) quam sobria et sicca sit: ad nomen ipsum advolant, quaerentes libidinibus suis patrocinium aliquod ac velamentum.* De Catio Epicureo cf. Clav. Cic., Quinctil. 10, 1. extr., cujus persona cur non utendum in hoc carmine Horatio fuerit, ut Heindorfio placet, non intelligo: nam quod dudum mortuus tum erat, cum haec scriberet Hor., leve argumentum est. Nec vim habet, quod dicit, praecepta, quae hic tradantur, culinaria non pertinere ad luxuriam, sed ad *curam sanitatis* cum elegantia ciborum conjungendam. Cic. de Fin. 2, 20.: *Epicurus utebatur eo cibo, qui et suavissimus esset, et facillimus ad concoquendum.* Et ibid. 28.: *Ipse Metrodorus, pene alter Epicurus, beatum describit his fere verbis, cui corpus bene constitutum sit, et sit exploratum, ita futurum.* Tuscul. Quaest. 5, 9.: *Metrodorus: Occupavi te,*

inquit, Fortuna atque cepi, omnesque aditus tuos interclusi, ut ad me adspirare non posses. Praeclare, si Aristo Chius aut Stoicus Zeno diceret, qui, nisi quod turpe esset, nihili malum duceret. Tu vero, Metrodore, qui omne bonum in visceribus medullisque condideris, et definieris, summum bonum firma corporis affectione exploratoque spe contineri, fortunae aditus interclusisti quo modo? Isto enim bono jam exspoliari potes. Atqui his capiuntur imperiti, et propter hujusmodi sententias istorum hominum est multitudo. Quod Horatium delicatulum se ipsum in hoc sermone deridendum propinare putat Wielandius, etsi eum non refelli arbitror his locis, quae profert H., Sat. 1, 6, 115 seqq.; 2, 2.; 2, 6, 63 seqq. Od. 1, 20; 1, 31, 15 seqq.; 3, 1; 3, 6; 3, 29; Epist. 1, 5 init.; 1, 14, 35; 1, 15. Quam quis nescit, Nostrum de rebus ad beatam vitam [95.] pertinentibus fere in utramque partem disputare, ut decet hominem nullis partibus mixtum, sed probabilia ubique sectantem?): tamen eâ conjecturâ facile videtur careri posse; nec magis mihi placet, quod ipsi Heindorfio, tangi hisce, magna ex parte tritis atque ineptis, Maecenatem propter infirmam valetudinem cibos curiosius eligentem parantemque, et de arte coquendi inter epulas libenter, ut putat, philosophari solitum. Sed haec hactenus, in quibus cuivis licet esse ingenioso, modo aliter sentientes ne contemnat.

V. 1. *Unde et quo Catius?* Formula occurrentium. Cf. 2, 4, 1. Plat. Lys. init.: Ποῖ δὴ πορεύει καὶ πόθεν; ubi vid. H. *tempus.* Schol. Cr.: *respondendi.* Cruq.: Viva διατύπωσις hominis occupati. 2. *Ponere signa.* Idem Schol.: *Scribere, annotare, consignare litteris, nova praecepta. qualia vincant.* Sic etiam Cruq. in commentario secundum Silvii codicem, h. e. ejusmodi, quae vincant, quae vincere possint. 3. *Anytique reum.* Socratem. 4. *laevo.* Schol. Cruq.: *synistro, inopportuno.* 6. *intercidерit.* Id.: *exciderit interpellatione mea, et in oblivionem venerit. repetes mox.* Id.: *facile recordaberis et revocabis in memoriam.* 7. Id.: *Optima es memoria et naturali et artificiali.* Vidd., quos laudat H., Auct. ad Herenn. 3, 16, Cic. de Orat. 2, 86, Quinctill. 11, 2, 11 seqq., interpp. ad Phaedr. fab. 4, 24. 9. *tenues.* Schol. Cruq.: *subtiles, quae difficulter memoria tenentur. peractas. explicatas.* Cruq.: Εἰρωνείκ: haec

enim praecepta de rebus parabilibus habet Catius pro rebus tenuibus, h. e. magni momenti et luxus, quas tenui sermone, λεπτῷ λόγῳ, λεπτῇ Φροντίδι, subtili ratione et magna cura ait disputatas ab aliquo doctore. Qua in re vel caecus videat, Horatium impendio ridere nimias in rebus parvis argutias Catii, quae λεπτολογία dicta est. 12. Sch. Cr.: *Bene ab ovis incipit, id est ab initio coenae, ut alibi* (1, 3, 6.): *ab ovo usque ad mala citaret.* Cruq.: Hic advertito initium τῆς λεπτολογεῖν. — Colum. 8, 5.: *Cum volet quit quam plurimos mares excludere, longissima quaeque et acutissima ova subjiciet; et rursus cum feminam, quam rotundissima.* Habet et Plin. lib. 10, 52. (74.) At Aristoteles libro 6. (2. 2.) de historia animalium plane diversum ab his scribens ait: ἔστι δὲ τὰ μὲν μαπρὰ καὶ ὀξέα τῶν ὠῶν θήλεα· τὰ δὲ στρογγύλα καὶ περιφέρειαν ἔχοντα κατὰ τὸ ὀξὺ (et in orbem pro acutie desinentia) ἄῤῥενα. (*) Hanc Aristotelis sententiam multis argumentis asserit Averroes, quam nec Beroaldus in Plin. reprobat. Sed sunt etiam, qui et Plinio et Columellae non segniter adstipulantur. Verum quidquid id est, nobis indubitatum est, Horatium in hoc dicto Catii, quod omnino conjectaneum est, et subsequentibus praeceptis nihil quam Catio cum suis Epicureis os sublinere, non etiam id scribere, quod revera sentit. — Certissima experientia posteriorum ornithotrophorum seu aviariorum docet, neutrum (nec Columellam, nec Aristotelem) recte dixisse, sed promiscue nunc haec, nunc illa ova marem et feminam edere, idque, ut arbitror, pro virtute seminis. —

13. Bentl. H. alii: *alma*, alentia, ut dicuntur *alma ubera*, *alma nutrix*, *almus ager*. Recte, si haec seria. Sed fieri sane potest, ut hic quoque jocetur Flaccus. *Succi melioris.* Cruq.: id est gratioris saporis, ut ait Plin. 14. *Ponere.* apponere. 2, 2, 23. *cohibent.* Id.: in se continent. *callosa.* Schol. Cr.: *dura*, *fortia.* H.: *Callosus* hier von der dichtern Masse des Innern, wie Plin. 14, 25. *resina callosior* (minus liquida, solidior). Apic. de Art. coqu. 3, 4.: *Callosiores* (fleischiger) *reddes cucurbitas ad gustum.* 15. *suburbano.* Acr.: *Quia subur-*

(*) Schneiderus, probante H.: Ἔστι τὰ — ὠῶν ἄῤῥενα, — τὸ ὀξὺ θήλεα. Sed haec medicina violentior.

bana loca rivis abundant. 16. *elutius.* Schol. Cruq.: *insipidius, dissolutius, liquidius, aquatius, minus sapidum et fatui saporis.* Contra tamen Pallad. 3. tit. 24, 5.: *caules — argillam et glaream timent, sabulone et arenis non delectantur, nisi perennis unda succurrat.* Cf. 7, 3, 4. 18. *responset.* repugnet, resistat. 2, 7, 85, 103; Epist. 1, 1, 68. Plaut. Men. 4, 2, 56.:

Nunquis servorum deliquit? num ancillae aut servi tibi
Responsant? Eloquere: impune non erit.

Responsant, obloquuntur, ferociter et irreverenter respondent, ut bene H. 19. Ut mustum dulce conservetur per annum totum, docent Cato de R. R. 120, Colum 12, 29. Cf. Plin. 14, 11. 20. *Pratensibus* etc. Denuo *Epicuri de grege porcus* (Catium dico) vapulat hoc loco a Cruquio, qui sic inter alia: Pro comperto est apud omneis, fungos ex humido enasci frigidoque; sed eduleis et innoxios (modo aliqui sint tales) ex tenui magis et aëria quam terrestri pituitosaque materia, quaeque mistam habet qualitatem putredinosam, auctore Galeno lib. 7. de Facult. simpl. medic., cujusmodi sunt pratenses, noxii, pessimi, et frigidi nutrimenti, etc. Qui et laudat in hanc rem Plin. 21, 3; 22, 14, Theophrast., Dioscor., Athenaeum, Ruellium. 21. *Ille salubris* etc. Cruq.: „Etiam si quis adhuc credidisset, me pro commentariis mera somnia commemorare, hoc unicum praeceptum Catii eum vel invitum nobis assentiri compellat, faterique planissime, Horatium ei rei dare operam, ut eruditis omnibus hujus Epicurei coqui innotescat stultitia crassissima, quae, quasi ex diametro, dissidet a praeceptionibus convivalibus doctissimorum scriptorum. Nemo enim sapiens unquam velit aut suaserit alicui, nisi ei male velit, ut post cibum mora deglutiat: sic enim sumta celerrime cum cibis aliis in ventriculo corrumpuntur, perinde ac pepones, auctore Galeno, novo quodam et inexplicabili modo; at contra initio mensae, ventriculo ab excrementis vacuo, non omnino sunt inutilia" etc. Plin. H. N. 23, 70.: *Ipsa poma* (mori), *ad praesens stomacho utilia, refrigerant, sitim faciunt. Si non superveniat alius cibus, intumescunt.* 24. Aufidius hic an ille fuerit, qui primus pavones saginare magno cum lucro instituit, teste Plinio H. N. 10, 23, incertum est. Cete-

rum haec mixtio *mulsum* (οἰνόμελι, μελίκρατον), vocabatur, quod bibere solebant in gustatione (gustu), seu promulside (Lips. Antiq. Lect. 3, 1).; unde intelligas, etiam hoc loco Catium sugillari, Aufidio inventionem rei notissimae inepte tribuentem. Cf. 2, 15. Plin. H. N. 22, 53; Dioscor. 5, 16.

25. *vacuis venis.* In coena prima. 26. *leni praecordia* (exta, ventrem) *mulso* etc. Plane contrarium praecipiunt Plin. Dioscor. l. l. etc. 28. *Mitulus*, τελλίνα (Athen. 3. p. 85. E.), genus conchae edulis. Plin. 9, 74; 32, 31. Schneider. Ind. Scriptt. R. R. v. *mituli*; Cels. 2, 29: *Alvum movent — cochleae — ostrea, pelorides, echini, musculi et omnes fere conchulae, maximeque jus earum.* Haec quoque pertinebant ad gustationem. Macrob. Sat. 2, 9. 29. Lapathum, h. e. rumicem (Ampfer), una cum conchis coquebant. (Athen. 3. p. 92. A.) Breve autem lapathum intelligendum videtur parvum aliquod ejus herbae genus, velut id, quod tertio loco recenset Dioscor. 2, 140. (τρίτον δέ ἐστιν ἄγριον, μικρὸν, παρόμοιον ἀρνογλώσσῳ, μαλακὸν, ταπεινον.) De rumice acetosella Linn. cogitat H. Cruq.: Lapathum, aut Lapathus, λάπαθον, ἢ λάπαθος, ἀπὸ τῦ λαπάζω vel λάπτω, quod est evacuo; herba, quae ventrem evacuat, etc. De vino *Coo* Plin. H. N. 14, 10: *Coi marinam aquam largiorem miscent* (vino) — *idque translatum in album mustum Leucocoum* (*Coum album* h. l.) *appellatur.* Athen. 1. p. 32. D.: οἱ ἐπιμελέστερον τεθαλαττωμένοι οἶνοι — κοιλίαν λύσσιν etc. 30. *Lubrica* (schleimig, H.) etc. Plin. 2, 41.

32. Murex e genere concharum turbinatarum, cum peloris duas conchas habeat, ut ostrea; quae quidem *aquosa* audit Martiali 6, 11, 5, *fatua* 10, 37, 9: ut hic quoque risum peritis debere videatur Catius. *Lucrina*, Lucrinensis, e lacu Lucrino inter Puteolos et Bajas, quem cum lacu Averno conjunxit Augustus, magnumque ibi *Portum Julium* effecit a. U. C. 717. 33. *Circaeis.* Obsoleta sriptura. Circeji nomen urbis cum promontorio in vetere Latio ad Pomtinas paludes, in mare Tyrrhenum prominentis. Plin. 32, 21.: *Circejensibus ostreis neque dulciora neque teneriora esse ulla compertum est.* Laudantur etiam Bajana (Plin. 9, 79, Martial. 6, 11, 5.), Tarentina (Varr. ap. Gell. 7, 16.), Cyzicena (Plin. 32, 21), et Brittannica (Plin. 9, 59; Juvenal. 4, 140).

Misenum, promont. et urbs cognominis in Campania. *echini*. Plin. 9, 51.: *Ex eodem genere* (cancrorum) *sunt echini, quibus pinnae pro pedibus. Ingredi est his in orbem volvi; itaque detritis saepe aculeis inveniuntur.* Eorum una species edulis est. Aristot. Hist. anim. 4, 5. 34. *Pecten*, κτείς (Kammmuschel), τραχυόστρακος, ῥαβδωτός (pectinatim striatus), Athen. 3. p. 88 B. Aristot. I. l. 4, 4, 3. *patulis*, latis (breitgewölbt), ut patulam fagum dixit Virg. *Tarenti* mollities omnibus decantata. Vid. H. Strab. 6, 4.: Ἀπεδέξαντο καὶ τὴν Πυθαγόρειον Φιλοσοφίαν οἱ Ταραντῖνοι. — Ἐξίσχυσε δ' ὕστερον τρυφὴ διὰ τὴν εὐδαιμονίαν, ὥστε τὰς πανδήμους ἑορτὰς πλείους ἄγεσθαι κατ' ἔτος παρ' αὐτοῖς ἢ τὰς ἡμέρας. 35. *Ne sibi* malit H. Non multum refert, utrum eligas. 37. Acr.: *Cara mensa* ideo dicitur *piscatoria, quia carius pisces quam caro alia distrahuntur.* Schol. Cruq.: *Piscatoria mensa, quae pro Rostris ponebatur, ubi pisces vendebantur, et pretiosi nonnunquam pendebantur.* (Sic legendum puto, non, ut vulgo: *ubi pisces pretiosi vendebantur, et nonn. pend.*, quasi pretiosi tantum pisces ibi venditi essent.) *avertere.* Cf. 7, 106. 38. *Ignarum.* H.: Ignarum eorum, quibus etc., vel more antiquo et graeco *est* et *reponet* usurpata pro conjunctivis. 39. *Languidus.* Schol. Cruq.: *Satiatus edendo et bibendo. Se reponet. Suavitate condimenti ad edendum revocabitur. Ita et alibi* (Od. 1, 27, 8):

Et cubito remanete presso.

cubito, sinistro. Lips. Antiq. Lectt. 3, 1. Inde *ponere cubitum apud aliquem* pro eo quod est coenare Petron. 27.

40. Hoc quoque παράδοξον. Cruq.: Nunc obiter enarrat aliquot ferinae species, non tam ut id dicat, quod res est, quam ut argutetur: nam aprum quidem silvestrem, glandeque nutritum, Umbrumque commendat; Laurentem vero malum esse censet, ut qui sit impinguatus ulvis et arundine, ciboque minus arido; qua in re non tam gulae quam suae culinae (μικροψύχως) subservit etc. Statius Silv. 4, 6, 10.:

Ah miseri, quos nosse juvat, quid Phasidos ales
Distet ab hiberna Rhodopes grue; quis magis anser
Exta ferat; cur Tuscus aper generosior Umbro.

Tuscus, Laurens seu Laurentinus, ita dictus a Laurento oppido Latii versus mare Tuscum, Ardeam inter et os Tiberis; quae regio paludosa et silvis horrida apris abundabat. Heins. ad Ovidii Fast. 2, 231. Cf. 8, 6. 43. *Capreas*. Cruq.: „Capras silvestres ferasque, quae relictis, rupibus et silvis, aestate quidem pampinos, autumno vero pampinaria, avidissime sectari solent" etc. Qui pastus succulentus minimeque malae naturae quomodo minus eas nonnunquam edules reddere possit, neque Catius noster dixit, nec quisquam exputet. *Submittit*, suppeditat. H. 44. Etiam hoc praeceptum haud immerito ridet Cruquius, cum leporis armis nihil sit aridius, ejusque lumbi potius et ipsa pulpa expetantur. Similiter 8, 89. quod dicitur, armos leporis seorsim ponendos esse, ut multo suaviores, quam si una cum lumbis comedanter, non ipsius Flacci et peritorum sententia est, sed inepti Nasidieni commentum.

45. Vana Catii gloriatio, quasi ante ipsum catillones ligurritoresque fuissent nulli, ut recte observat Cruq. 47. Haec apodosis. Cum ipse de *piscibus* atque *avibus* inquisiverit, quorundam ingenia non ultra novas *crustulas opusque dulciarium* sapere dicit per ἐξοδενισμόν. Ergo sic interpungendum: —. palatum; Sunt etc. 48. Quidam codd.: *est consumere*, unus *curam est*; nec male, judice etiam H. 51. *Massica*. In Campaniae montibus ita dictis. Cf. interpp. ad Od. 1, 1, 19. Plin. quoque 14, 27.: *Campaniae nobilissima* (vina) *exposita sub dio in cadis verberari sole, luna, imbre, ventis, aptissimum videtur*.

54. *lino vitiata*. Schol. Cruq.: *Per saccum lineum colata* (durchgeseihet, geklärt). Cruq.: „Non ad hoc solum veteres amariora vina σακκίζεσθαι, h. e. per saccos vinarios mittenda censebant, ut liquidiora purioraque redderentur, verum etiam ut peregrinis saporibus additis (H.: indem man das Sieb mit Myrtenöl, Anis u. dergl. anfeuchtete) eorum facultatem ipsa retinerent, palatumque suavius afficerent. Qua de re videto Constant. Geoponic. lib. 7. cap. ult." Cf. Schneider ad Colum. 12, 19, 4. 55. *Surrentina*. Etiam ipsa Campana, et vinorum ordinis tertii, secundum Plin. 14, 8, 3. Schol. Cruq.: *Surrentina debilia sunt, Falerna acria et robusta: itaque ex faece* [vid. ad 73.] *Falerni Surrentina fiunt gratiora et mollia*. Cf. de hoc remedio Colum. 12, 30, et ibi Schneider. 56. Schol. Cruq.

limum, fecem. Cruq.: pro parte totum, ovum pro vitello dixit. 57. Schol. Cruq.: *quia vitellus, qui est aliquantuli ponderis, petens fundum, volvit secum aliena, id est deducit sordes et fecem.* 58. Id.: *Squillae pisces sunt, quos Graeci καρίδας nominant, aut καμμάρους.* H.: Der Squillenkrebs, eine Art langer, aber kleiner, Seekrebse. S. Aristot. H. an. 4, 2, 1, ibique Schneider. Athen. 3. p. 105 E seqq. Cf. 8, 42. *Afra cochlea.* Dioscor. 2, 11., Cruquio interprete: Terrestres cochleae stomacho utiles sunt, et non facile corrumpuntur. Optimae Sardonicae (ὁ ἐν Σαρδόνι), *Africanae*, etc. 59. *Lactuca*, θρίδαξ (Lattich), cujus herbae tres species norunt Graeci; cibus refrigerans. Plin. 19, 38. Coenam claudere solebat apud Romanos antiquiores. Apic. 3, 18. Virg. Moret. 76.:

Grataque nobilium requies lactuca ciborum.

Seriores contra. Martial. 13, 14.:

Claudere quae coenas lactuca solebat avorum,
Dic mihi, cur nostras inchoat illa dapes?

Cf. Epigr. 11, 52, 5; Athen. 3. p. 101 B. *Innatat.* Schol. Cruq.: *Supernat* (ἐπιπολάζει, H.), *non subsidet* [2, 2, 73, H.], *et per hoc laedit stomachum, acremque reddit.* Sic et Plin. 23, 22.: *Dulce vinum minus inebriat, sed stomacho innatat* etc.

60. *Hillae* dicuntur intestina anteriora minoraque animalium, quae in homine appellantur lactes. Plin. 11, 79. Schol. Cruq.: *Hilla est deminutivum a positivo hira, et significat intestinum salsum, vel, ut alii dicunt, fartum salsitium.* Varro quoque de L. L. 4, 22. (cf. Non. 2, 410) esse dicit *tenuissimum intestinum fartum.* 61. *immorsus.* Sublestae vox fidei; nec magis probum, quod hic illic legitur, *in morsus.* Non semel e et o litterae confusae in libris (cf. 5, 3; 7, 19; Dissald. ad Plaut. Rud. 632, Vindic. Ovid. pag. 10.), ut reponendum videri possit *immersus* (vino stomachus). Similis usûs *irrigari, ingurgitare* seu *proluere se vino, uvescere* (6, 70) et tritum illud *madere* (βεβρεγμένον εἶναι); fortius Senecae (epist. 12.) *sepelire se vino et epulis.* Cf. H. ad 1, 9. Epist. 2, 1, 179.:

Sic leve, sic parvum est, animum quod laudis avarum
Subruit ac reficit.

Notum, qui se largius invitarint, eorum stomachos obtusos et tanquam obrutos refici denuoque excitari pernis et salsamentis.

Neque id fugit Bentlejum, qui τὸ *immorsus* ita explicat: *vellicatus, excitatus, punctus.* Sed tale quid si cogitasset Horatius, *morsus* dixisset, non *immorsus*, adjecta praepositione, quae nihil ad significatum confert; ne addam, verisimilem in eo non esse mixtionem imaginum adeo ineptam, ut *morsu refici* aliquid dicat, quamvis μεταφορικῶς, cum proprie nemo reficatur morsibus, sed vellicetur lacereturque. Quod vult Italus noster, *immorsus* esse *impransus* seu *jejunus*, ut latine dici possit, de quo vehementer dubito, tamen a mente Catii abhorret, nunc docentis, quid *post vinum, marcente jam conviva*, faciendum sit. *malit*, quam lactucam. Bentl.: *mavolt.* Vetustatis studio, inquit Baxterus. Nollem ineptiam Fea (at quanto vir gravior!) repetiisset. 62. *immundis popinis.* Epist. 1, 14, 21. legitur *uncta popina*, quod ita declarat Sch. Cr.: *redolens et optimis cibis plena.* Sed *uncta* ibi videtur significare *male uncta*, quemadmodum alibi dixit *unctam aquam, unctas manus* (vid. ad 78. et 2, 67), Martialis autem *nigram popinam* 7, 60, et *sordidus unctor* 7, 31, quibus conveniunt hujus loci *immundae* popinae. Cruq.: *immundis.* Hoc est vulgaribus, nec ita mundis, ut sunt popinae nobilium et potentum; ut hic sit ordo et sententia: ita potor languidus ad optimos cibos nauseat, ut quaecunque fervent et cocta sunt in popinis publicis parumque nitidis, optet sibi allata esse. 63. *juris.* Schol. Cr.: *jusculi, seu juscelli.* 64. *dulci.* Recenti, non rancido. H. 65. *muria.* Cruq.: Id est *garo de succis piscis Iberi*, inquit Nasidienus 8, 46; *piscis Iberi*, scombri, qui est ex genere thynnorum. Ex his inprimis muria fiebat. Plin. 26, 11. Cf. Colum. 12, 6, 25.

66. *orca*, ὕρχη (urceus), vas fictile vel ligneum servandis salsamentis. Vidd. Cruq. et H. Sch. Cr.: *orca, olla Graeca*, βύζα, *seu vasis genus ore angusto in formam* καυκαλίȣ. *Byzantia.* Thynni prope Byzantium fere capiebantur. Plin. 9, 20, Bentl. ad h. l. Ceterum H. versibus 64 — 67. describi putat jus simplex, sequentibus duobus duplex seu compositum. Et recte, nisi fallor. Certe jus simplex non solo olivo constare posse, recte animadvertit Gesn. Apicius 8, 1.: *In aprum assum jura ferventia (facies sic): Piper ligusticum, apii semen, mentham, thymum, nucleos tostos, vinum, acetum, liquamen, oleum modice. Cum jus simplex bullierit, tunc triturae globum mittes* etc.

67. *sectis herbis.* Cf. 2, 8, 51. et locum modo laudatum Apicii. 68. Plin. 21, 17.: *Prima nobilitas Cilicio (croco), et ibi in Coryco monte* etc. *sparsum.* Sch. Cr.: *fusum, conspersum. stetit. cessaverit agitari, fervere.* 69. Plin. 15, 3.: *Principatum in hoc quoque bono* (olea) *obtinuit* Italia toto orbe, maxime *agro Venafrano* (in Campania), *ejusque parte, quae Licinianum fundit oleum.* Cf. Strab. 5. 70. *Picenis.* 3, 272. Tibur quoque pomariis celebre. Bentl. ad Od. 1, 7, 14, Heins. ad Ovid. Amor. 3, 7, 81 etc. 71. *Venucula.* Sch. Cr.: *uva Venusina. a loco.* Sed quo tandem loco? Scribitur etiam *vennucula, venuncula, venicula.* Schneider. ad Colum. 2, 6, 3. Idem 3, 2, 2: — *quarum uvae temporibus hiemis durabiles vasis conduntur, ut venuculae.* Cf. Plin. 14, 4, 6, et de uvis ollaribus in genere Colum. 12, 45. 72. *Albanam.* Cf. 8, 16. *duraveris.* Sch. Cr.: *servaveris.* Cf. Plinii locum laud. ad 2, 121.

73. *faecem.* Faecem ustam (gebrannten Weinstein). Cf. 55 et 8, 9. Schneider. ad Colum. 12, 30, 2, et in Ind. Scriptt. R. R. v. *Fecla*, etc. Hoc condimentum allecis. *allec.* H.: *allec* oder *alex* hiefs nach Plin. 31, 44. eigentlich eine unvollkommene, nicht geläuterte, Art des köstlichen *garum*, welches vorzüglich aus den Eingeweiden des *scomber* mit Seewasser bereitet wurde, etwas unserm Caviar ähnliches. Cf. 8, 46, Geopon. 20, 46. Doch gab es nach Plin. l. l. noch viel andre Arten dieses alex, auch aus den wohlfeilsten Fischen bereitet.

75. *Incretum.* Sch. Cr.: *permixtum.* Vel potius eo sparsum per incerniculum (Sieb), ut explicat H. Varr. ap. Non. 2, 355.: *Liba cum sunt facta, incerni solent farris semine. puris.* Sch. Cr.: *mundis et tersis, aut nihil aliud habentibus.* Posteriorem explicationem magis probo, altera Cruquio placet et Heindorfio. 76. De macello ad 3, 229. Non recte H.: dem Fischmarkt. Vetat, vim magnam carnis bubulae, agninae etc. coëmi, dum piscibus parcatur, qui minus communes sint et convivis, praesertim marcentibus (58), plerumque graviores. 77. *vagos.* Sch. Cr.: ἐπίθετον *naturale: piscibus enim naturale est late vagari.* 78. *seu puer* etc. Vid. ad 2, 67. Cruq.: *unctis.* Sordidatis, immundis, pinguedine aut luto deturpatis etc. Pertinet ad verba *dum furta lig.* 80. *gravis*, teter,

sordidus (widriger Schmutz, H.) Burm. ad Petron. 93. p. 448. 80. *cratera*, *κρατῆρ*, vas, in quo vinum cum aqua miscebatur. *Veteri*, *ὠγυγίῳ*, obsoletae. 81. *Vilibus*. Sch. Cr.: *parvi pretii*. De *mappis*, quas nonnunquam adferebant convivae (Tellertücher), cf. Martial. 12, 29, 11, Salmas. ad Vopisc. Aurel. 12. p. 447. sequ., 8, 63. Petron. ed. Plantin. 1596. p. 24. de Trimalchione: *Pallio enim coccino adrasum incluserat caput, circaque oneratas veste cervices laticlaviam immiserat mappam, fimbriis hinc atque illinc pendentibus. scobe.* Sch. Cr.: *Hic scobis et haec scobes dicitur rasura serrarum, Graece πρίσμα. — sed hic pro omni purgamento domus ponitur. Sunt qui velint hic esse ferrum, quo raduntur sordes a povimento, a tabulis marmoreis, ab ipsis sedibus. quantus. quam parvus.* 82. *neglectis. Sensus est: quanto in his magis exiguus est sumtus, tanto facilior offensa culpandi, si negligantur.* 83. *Ten'. Oportet.* Nihil usitatius constructione accusativi cum infinitivo in perturbatis. Cf. 1, 9, 72; 2, 8, 67; Epod. 8, 1; Virg. Aen. 1, 37; Terent. Andr. 1, 5, 10; Plaut. Bacch. 1, 2, 44; Cic. ad Att. 9, 13.: Tene haec posse ferre? Aristoph. Nub. 269 (*τὸ δὲ μηδὲ κυνῆν οἴκοθεν ἐλθεῖν ἐμὲ τὸν δύστηνον ἔχοντα!*), 816. etc. Sch. Cruq.: *Aut mensam marmoream diversi coloris, aut, quod fere omnes volunt, pavimentum vermiculatum.* Ἔδαφος λιθόστρωτον. (H.: der mit Figuren von buntem Marmor oder mit Mosaik ausgelegte Fufsboden des Speisezimmers, *pavimentum tessellatum et sectile*, dergl. Jul. Caesar sogar ins Feld mit sich nahm.) Casaub. ad Suet. Caes. 46, Gurlitt über die Mosaik etc. Cf. Epist. 1, 10, 19. Schol. Cr.: *palma. pro scopis ex palma confectis.* 84. Non.: *Toral*, quo torus tegitur, ut, quo solium, soliar. (Überzüge oder Decken der von purpurnen Stoffen umgebenen Kissen, *tori*, der Sophas. Lamprid. Heliogab. 19.: *Primus omnium privatorum toros aureis toralibus texit.* Vid. ibi Casaub. et Heins. ad Petron. 40. H.) Sic construendum esse, mirum non intellexisse Scholiastam Cruq.: *dare illota toralia circum Tyr. vest.* 85. seqq. Sch. Cr.: *Sensus est: justius reprehenderis, si non habueris domi omnia munda, quae minoris constant, quam si defuerint tibi pretiosi pisces et optima vina, quae non solent habere nisi mensae divitum.*

91. *interpres*, *ἑρμηνεύς*, pro eo, quod est *κήρυξ*. Musgr.

ad Eurip. Iphig. Taur. 1302. Ita dicitur, quicunque alius cogitata, sive illius sive alia lingua, eloquitur, unde *augures* audiunt *interpretes Jovis* etc. Vid. H. 92. *habitumque.* Sch. Cr.: *pronuntiationem et gestum.* Cruq.: Subindicat Hor., recitationem discipuli vivae quidem vocis esse umbram, sed ei abesse corpus et vitam, utpote actum et motum, quae sunt doctoris et inventoris: non multo namque praestat is, qui commemorat ab alio inventum, scripturae, quem mutum magistrum solemus appellare. Hinc est illud Aeschinis de Demosthene: τί δὲ, εἰ αὐτὸν θηρίᾳ ἠκηκόειτε; id est: quid autem, si ipsam audissetis belluam? 94. Similiter Lucret. operis principio:

Avia Pieridum peragro loca, nullius ante
Trita pede, et juvat integros accedere fontes etc.

Cruq.: *remotos:* novos et incognitos, non omnibus expositos. Tota haec allegoria plena est urbanitate mirabili. 95. *Vitae praecepta beatae.* Sch. Cr.: εἰρωνικῶς.

Sat. 2, 5. Schol. Cruq.: *Inducitur Ulyssis persona Tiresiae umbram alloquentis apud Inferos, interrogantisque, quomodo amissas naufragio et per proços opes reparet. Quod ex Homeri Odyssea* (Λ) *sumtum est. Horat. autem, quasi aliud agens, et heredipetas lacerat, et, quibus modis hereditates captentur, edocet; tangens Romanorum* (sui temporis) *pravam consuetudinem, qui divitiis omnia postponerent.* Cf. Epist. 1, 1, 77 seqq. Cic. Parad. 5, 2. (qui locus positus est ab editore in nota ad v. 99), Senec. de Benef. 6, 38.: *An tu Arruntium et Aterium et ceteros, qui captandorum testamentorum artem professi sunt, non putas eadem habere, quae designatores et libitinarios, vota?* Cf. ejusd. Epist. 68. Juvenal. 12. Plin. H. N. 14. prooem. Petron. 124.: *Crotona intravimus, ubi — incidimus in turbam heredipetarum.* Cf. Lips. ad Senec. de Consolat. cap. 5. et H. ad h. l.

V. 1. *narrata.* Usque ad Odyss. Λ, 137. De Tiresia vate vid. inprimis Apollodor. 3, 6, 7, et ibi Heyn. 3. *Jam non.* Non amplius. 6. *te vate.* Odyss. Λ, 113.:

— Αὐτὸς δ', εἴπερ κεν ἀλύξῃς,
Ὀψὲ κακῶς νεῖαι, ὀλέσας ἅπο πάντας ἑταίρους,
Νηὸς ἐπ' ἀλλοτρίης, δήεις δ' ἐν πήματα οἴκῳ
Ἄνδρας ὑπερφιάλους, οἵ τοι βίοτον κατέδουσιν,
Μνώμενοι ἀντιθέην ἄλοχον.

7. *apotheca.* Cruq.: „ἀποθήκη, horreum, repositorium, locus, ubi quid in usum servatur reconditum.“ Praesertim vinum, supra fumarium, in superiore parte aedium. Colum 1, 6, 20, Horat. Od 3, 21, 7 etc.

8. Cf. Epist. 1, 1, 52 seqq.; 6, 36 seqq. *Vilior alga.* Proverbium. Od. 3, 17, 9. Virg. Eclog. 7, 42: *projecta vilior alga* (Meertang). Pallad. 4. tit. 10.: *Alii algam marinam obruunt ad radices* (pomorum), *cui nonnulli stercus miscent asininum atque porcinum.* 9. Recte H.: Quoniam sine longa verborum circuitione (simpliciter et aperte) paupertatem pertimescere te fateris. 10. *Turdus.* Cruq.: „Ellipsis conjunctionis *sive.*“ Cf. 8, 16; vel 1, 1, 45. Aeschyl. Agam. 1414.: σὺ δ' αἰνεῖν εἴτε με ψέγειν θέλεις. Vid. H. ad h. l. et ad Plat. Sophist. 21. *Turdi, κίχλαι* (Turdus viscivorus Linn., der gemeine Krametsvogel oder Ziemer, et Turdus pilaris Linn., die Wacholderdrossel, Müllers Natursystem 2 Th. S. 528.), ita expetebantur a catillonibus, ut etiam saginarentur. Colum. de R. R. 8, 10. Martial. Epigr. 13, 92.:

Inter aves turdus, si quis me judice certet,
Inter quadrupedes gloria prima lepus.

Aristoph. Pac. 533. Theoriam istam dicit

Ὀζειν ὀπώρας, ὑποδοχῆς, Διονυσίων,
Αὐλῶν, τραγωδῶν, Σοφοκλέους μελῶν, κιχλῶν,
Ἐπυλλίων Εὐριπίδου.

et ita saepius jocatur. Cf. 5, 72; Epod. 2, 34; Epist. 1, 15, 41.

11. *privum.* Sch. Cr.: *quasi privatum et proprium, τὸ ἴδιον, cui opponitur publicum* etc. Sed hoc parum est. Quare sic potius interpretandum: Si quid tibi sic dabitur, ut sit privum, ut ipse habeas, neque porro allii cuiquam dones: tu tamen donato seni diviti. Cf. 6, 5. 13. *honores.* H.: *Munera praeclara, speciosa.* Cf. 1, 17, 16, et ibi Mitscherl. Nec tamen male Cruq.: *hon.*, primos fructus, honoribus deorum et sacris debitos: antiquitas enim Laribus primos fructuum sacrificare solebat. 14. Sch. Cr.: *Ante Larem. Ante deos Penates, hoc est antequam primitias Laribus offeras, mitte munera diviti, quasi sit tibi ipsis diis venerabilior: nam veteribus ipsa* (imo *ista*)

consuetudo fuit, ut rerum primitiae diis Laribus ponerentur. Caterum et Silvano aliisque diis offerebantur. Tibull. 1, 1, 13.:

Et quodcunque mihi pomum novus educat annus,
Libatum agricolae ponitur ante deo.

ubi vid. vir Clariss., J. H. Vossius. 15. Cic. Top. 6.: „*Gentiles sunt, qui inter se eodem nomine sunt.* Non est satis. *Qui ab ingenuis oriundi sunt.* Ne id quidem satis est. *Quorum majorum nemo servitutem servivit.* Abest etiam nunc: *Qui capite non sunt deminuti.* Hoc fortasse satis est: nihil enim video Scaevolam pontificem ad hanc definitionem addidisse.“ Non male igitur Sch. Cruq.: *sine gente. ignobilis, — libertinus: nam sine gente libertini* etc. Similiter Athenienses. Vide H., et, quos laudat, Niebuhr Röm. Gesch. 1. pp. 229 seqq., Casaub. ad Pers. 5, 73. Hom., notante Wagnero in Horatio ex Graecis illustrato, Il. I, 63: Ἄφρήτωρ, ἀθέμιστος, ἀνέστιός ἐστιν ἐκεῖνος etc. 16. *fugitivus.* Vid. ad 7, 113. et Brisson. de Verbor. signif. v. Fugitivus. 17. *comes exterior.* Acr. *sinisterior, in sinistra parte positus.* Schol. Cr.: *a parte sinistra.* Idem significant *latus tegere* seu *claudere*, et *exteriorem alicui comitem esse*, h. e. ire ad sinistram: quia latus laevum debilius est et impetui magis expositum. Vidd. Lips. Elect. 2, 2. et H. ad h. l.

18. *spurio.* Sch. C.: *abjecto, nescio cui, servo.* Dama nomen servorum: nam a Δημήτριος derivatur per contractionem Δημᾶς, ut a Μηνόδωρος Μηνᾶς, Mena, et a Θεόδωρος Θευδᾶς, Theuda. Casaub. ad Pers. 5, 76. Id. ibid. 79.:

Verterit hunc dominus: momento turbinis exit
Marcus Dama.

servato nomine servili, sed assumto domini et patroni, ut fecit Pompeji Magni libertus Mena, de quo cf. Epod. 4. *Trojae.* Sch. Cr.: *ad Trojam.* 19. *Certans melioribus.* Id.: *Graeca locutio* (*certans cum dat. casu*), *ut Maro* (Eclog. 8, 55): *Certent et cycnis ululae, et* (ib. 5, 8) *Solus tibi certet Amyntas.*

21. *protinus.* Statim, illico. Voss. ad Virg. Eclog. 1, 13.

22. *ruam.* Sch. Cr.: *eruam et congregem.* Lucil. ap. Non. 4, 389.: *ruis haec et colligis omnia furtim.* 23. *captes.* Verbum in ea re proprium. Vid. Brisson. l. l. ad 16. v. *Capture.*

25. *praeroso hamo.* Sch. Cr.: *Metaphora a piscibus. Quod*

apte subdit, quia dixit captes; id est vorata esca, consumtis tuis et perditis muneribus. 27. *certabitur.* Id.: *Impersonaliter; si res alicujus in certamen et litem venerit. Olim, aliquando.* Plaut. Truc. 46, Virg. A. 8, 391. 28. *ultro.* Cruq.: *αὐτομάτως*, nulla de causa improbus et infestus alteri. 30. *fama* etc. Sch. Cr.: *virum bonum et meliorem causam habentem.* 32. *Quincte.* Id.: *Sic ei loquere honorifico praenomine.* Vid. ad 32. *Puta*, exempli gratia. Colum. 5, 2: *At si longior fuerit* (ager) *quam latior, ut, exempli causa, jugeri forma pedes habeat longitudinis* CCXL. —. *Sin autem cuneatus ager fuerit, ut, puta, longus pedes* C etc. Sic Pandect. passim. Cf. Carm. Priap. 37, 6, Priscian. 15. p. 1007. Putsch., Serv. ad Aen. 2, 651. H.

32. *Praenomen* civi libero proprium, et inter cognatos familiaresque usitatum. Cf. 6, 37. et, quem laudat Gesn., Cic. ad Fam. 1, 9. 34. *anceps.* Acr. i. e. *controversum vel obscurum, quod potest utrique parti prodesse pro ingenio interpretantis.* Et fortius Sch. Cr.: *Ἐπίδετον juris, quod incertum est, nunc propter ἀμφιβολίαν, nunc propter ἀντινομίαν.* Cf. 2, 131.

35. Locutio proverbialis propter praestantiam oculorum. Vidd. Ph. Parei Mantiss. lexici Plaut. in Proverbiis v. *Oculos effodere, ὀφθαλμὸς ἐξορύσσειν*, Terent. Eun. 4, 3, 6 etc. Juven. 6, 53.:

Unus Iberinae vir sufficit? Ocius illud
Extorquebis, ut haec oculo contenta sit uno.

36. *quassa nuce.* Sic etiam Scholl. Acro et Cruq. legerunt in suis exemplaribus, interpretantes *fracta.* Male nihilominus: nam quid hoc ad rem, fractam esse nucem, modo bona sit? Sed in proverbio est nux *cassa*, id est vitiosa seu vacua, quo proverbio utitur h. l. Noster. Minime miscenda haec vocabula. Cruq.: Omnes MSS. habent *quassa*, vetere scriptura, sicuti nonnunquam offendi *quarere* pro *carere.* — Adag. pro re nihili. *Pauperet.* Sch. Cr.: *privet, fraudet, spoliet, ἀποσερήσῃ.*

37. *jocus.* Sch. Cr.: *ludibrium et contemtibilis alicui, et defensore vacuus: nam loca vacua facile invaduntur.* Vid. ad 2, 107.

38. Id. Schol. et Acr.: *Jube eum sui corporis habere curam.* Cf. Epist. 1, 2, 29; 4, 15. *Fi cognitor.* Cruq.: *Cognitor*, inquit Festus, *est, qui litem alterius suscipit coram eo, cui datus est;*

procurator autem absentis nomine auctor fit. Ascon. Pedianus: *Qui defendit alterum in judicio, aut patronus dicitur, si orator est; aut advocatus, si aut jus suggerit, aut praesentiam suam commodat amico; aut procurator, si negotium suscipit; aut cognitor, si praesentis causam novit, et sic tuetur ut suam.* Vidd. Bentl. Ernest. Clav. Cic. v. *Cognitor*, Unterholzner ap. H. 40. *infantes.* Sch. Cr.: *mutus, quae loqui non possunt.* Alioqui suam vicem deflerent, quae ardenti soli expositae sint; quod tamen eas non facere, poeta miratur per ridiculum. Cruq.: „Videtur notare vel ineptos judices, qui causas non magis quam statuae cognoscunt, vel infacundos actores causarum.“ Statuae Ludovici XV., regis Gallorum, aliquando nescio quis inscripsit STATUA STATUAE. H.: *Inf. stat.*, die noch jungen, von frischem Holze, welches die Hitze der Hundstage zersprengt. Sed hoc longius repetitum. *tentus.* Sch. Cr.: *distentus, refertus* etc. *omaso.* Omento. *Omasum est intestinum bubulum*, quo libenter vescebatur bonus Furius. Vilis is cibus: vid. Epist. 1, 15, 34. 41. Schol. Cr.: *Fusius vivaculus* (imo *Furius Bibaculus* cum Acrone: vid. ad 1, 10, 36.) *in pragmatia belli Gallici sic exorsus est:*

Juppiter hibernas cana nive conspuet (Acr. conspuit) *Alpes.*

42. *hibernas.* Sch. Cr.: *frigidas. Exemplum durae et a longinqua similitudinae ductae metaphorae, ut ait Quinctil.* 8, 6, 17. Acr.: *Furius poëta immanis ventris, qui nivem spumam* (H.: sputum) *Jovis dixit. Ideo hoc ejus personae dedit, tanquam ipse spuat.* Gell. 18, 11. hos Furii versus profert:

Sanguine diluitur tellus; cava terra lutescit;
Omnia noctescunt tenebris caliginis atrae;
Increscunt animi; virescunt vulnere vires.
Hic fulica levius volitat super aequora classis,
Spiritus Eurorum viridis cum purpurat undas,
Quo magis in patriis possint opulescere campis.

qui versus faciunt, ut ceteris ejus poëtae patientius careamus. Ceterum similiter Theognidem poëtam tragicum ridet Aristoph. Acharn. 136 seqq. et Thesmoph. 170. 43. *ut amicis* etc. Sch. Cr.: *quam paratus amicis, quam vehemens.* 44. *annabunt.* Sch.

Cr.: *ad te confugient. thunni.* Catervatim celerrimeque nantes. Oraculum ap. Herodot. 1, 64.:

Ἐρρίπται δ' ὁ βόλος, τὸ δὲ δίκτυον ἐκπεπέτασαι,
Θῦνοι δ' οἰμήσεσι σεληναίης διὰ νυκτός.

Cf. Athen. 7. p. 302 B., Oppian. Hal. 3, 620 seqq. H. Sch. Cr.: *Ceturia loca sunt juxta lacum* (lacus prope mare), *ubi cete, thynni et alii pisces capti saliuntur. Cetaria crescent. tuae res hoc modo augebuntur et commodum.* 47. *Caelibis.* Ejus, qui uxore amissa nondum denuo nupsit: nam is quoque *caelebs* dicitur. Suet. Galba c. 5. etc. Male nescio quis in scholiis Cruq.: *caelebs pro orbo capitur. nudet te.* Schol. Cr.: *prodat te et ostendat captatorem hereditatum.* 48. *secundus heres.* Id.: *Ut substituaris, quia in secundo versu heredes substituuntur.* Duplex genus erat heredum, *instituti* seu primi, et *substituti* seu secundi. Brisson. de Verb. signif. v. Heres, et id. de Form. 7, 36, 37.

49. *egerit Orco.* In Orcum. Plaut. Capt. 613: *morti misero*, Virg. *demittere Orco, demittere neci*, Hom. Ἄϊδι προϊάπτειν. Vide nos ad Incerti Octav. 400. 50. *In vacuum.* Sch. Cr.: *in possessionem vacuam herede, et ex asse heres fias. alea.* Cruq.: alea de ancipiti rerum eventu dicitur, nimirum ubi res non ex arbitrio nostro, sed a fortuna dependet; qualis est hereditatis captatio et cetera fere, quae sunt humana.

51. *Qui testam. t. t. cunque l.* Idem: τμῆσις pro quicunque testator. 53. *ut limis rapias.* Acr.: *obliquis oculis raptim legas.* — Sch. Cr.: *Prima cera. prima tabula: nam in primae tabulae secundo versu heredis nomen continetur.* Brisson. de Form. 7, 14. Scribebantur autem testamenta sine discrimine in tabulis ceratis, papyro et membranis etc. Institutt. 2. tit. 10, 12. Brisson. ibid. 6. 54. *multisne coh.* Sch. Cr.: *suppl.: sis.*

55. *Plerumque.* Saepe, ut 1, 10, 15, et ap. Tacit. A. 4, 57, ubi vid. Ern. etc. Sic et *plerique* pro *multi.* H. *recoctus.* Factus, sumta metaphora a fabris aurariis, argentariis, ferrariis, qui massae ad incudem revocatae, coquendae recoquendaeque, una cum forma nomen variant, ut ait Cruq. 56. *Quinqueviri* coloniae deducendae, agro dividendo, muris turribusque reficiendis, minuendis publicis sumtibus, aliique, non erant

magistratus, sed cives Rom., quibus ejusmodi aliquod negotium in tempus committebatur. De *scribis* vid. Clav. Cic.

56. *hiantem.* Amisso caseo. Phaedr. fab. 1, 13. 57. *dabit risus.* Praebebit. Terent. Eun. 5, 6, 9:

Non possum satis narrare, quos ludos praebueris intus.

59 sequ. Ita quidem vulgo, sed inepta sententia, quam restituens Haberfeldtius in libro de his Satiris, quem discipulis scripsit, cum in quibusdam Bentleji codd. esset *mihi magnus*, in alio *donavit*, ponendum censuit, probante H.: — *aut non Divinare mihi magnus donavit Apollo.* Sed *donavit* glossema; *etenim* vero emendandum potius quam tollendum, ut legatur: *aut non*

Divinare etiam magnus mihi donat Apollo.

Etiam, etiamnum, ut antea. Vicina *etiam* et *etenim*, ut facillime inter se commutentur. 62. *Tempore* etc. Anno U. C. 734., ut conjicere liceat, eo tempore scriptum esse hunc sermonem. Vid. ad 1, 14. 64. *forti.* 2, 1, 16. Cf. 102.

65. *Soldum.* Solidum, sors (das Capital), summa argenti, quam mutuo acceperat a Corano Scipio Nasica. Vox juridica. *Metuentis*, cui pecunia aliquando reddenda metum incusserat inopi; quare filiam scribae uxorem dedit, ut vel heres Corani legeretur, vel certe debitum sibi condonaretur: in quo utroque falsus est. 69. *praeter plorare.* Cruq.: πλὴν τὸ οἰμώζειν: nam plorare imprecabantur antiqui, cui male volebant. 71. *temperet.* Sch. Cr.: *ad arbitrium suum regat.* 74. Malim cum aliis: *scribet*, quia sequitur *erit*, et eâdem quidem formâ orationis. Vid. ad 6, 48 seqq. 76. *potiori.* Cruq.: quasi potiori amatori, et ad dandum potentiori. sic enim Dorio leno in Phormione (3, 2 ult.) ait: *Mea lege ut potior sit, qui prior ad dandum est.* 77. *Perduci.* Ad stuprum sive adulterium. Vocab. in hac re proprium. Cic. in Verr. 2, 1, 12. et ibi Ascon. Ped. 78. *proci.* Cruq.: Si *nobiles adolescentes viribus integris et firmo corpore* non valuerint ullis pollicitis, donis, muneribus, aut ulla gratia ejus animum flectere, inque sui amorem pertrahere, qui nunc persuaderi poterit, ut, pudicitia valere jussa, perducatur ad senem vietum et exsuccum?

79. *Venit.* Accessit. Terent. Andr. 49.: Sed postquam amans *accessit* etc. Plaut. Trucul. 77. seqq.

Ad foris auscultato atque adserva has aedis,
Ne qui *adventor* gravior abeat, atque *adveniat.*
—— ——
—— ——
Ita nunc adulescentes sunt morati. Quippe
Ut semel *adveniunt* ad scorta congerrones:
Consulta sunt consilia. Quando intro *advenerunt*, etc.

Rursus meretrix Bacchis ap. Afrum Heaut. 4, 4, 2 seqq.:

—— Quod si is nunc me
Deceperit, saepe obsecrans me, ut *veniam*, Frustra veniet;
Aut cum *venturam* dixero et constituero, cum is certe
Renunciabit, Clitipho cum in spe pendebit animi:
Decipiam, ac non *veniam.*

Et 2, 1.:

Si mihi secundae res de amore meo essent, jamdudum, scio,
Venisset.

Et Eun. 1.: Quid igitur faciam? non *eam*? Puella, amatorem expectans, apud Aristoph. Concionatr. 945.:

Αἰαῖ, τί ποτε πείσομ'; οὐχ
Ἥκει, μόνη δὲ λείπομαι.

ut haec verba propria videantur in re amoris. Sensit etiam Bentl., qui praeter locum Andriae a nobis positum confert Heaut. 3, 1, 35 (*Commetare* ad mulierculam); quem virum verbo (Schwerlich liegt hier in Venit, was Bentley darin sucht) refellere sibi videtur H., sed frustra. 83. Paroemiograph. pag. 569.: χαλεπὸν μαθεῖσα νύων σκυτοτραγεῖν. Porph.: *Proverbialiter. Nunquam desinet hoc facere.* Theocr. 10, 11.: χαλεπὸν χορίῳ νύνα γεῦσαι. Similiter Lucian. et Alciphr. Cf. Lamb. et H. 84. Sic, notante Heind., Eumolpus ap. Petron. 141.: *Omnes, qui in testamento meo legata habent, praeter libertos meos, hac conditione percipient, quae dedi,*

si corpus meum in partes conciderint et, adstante populo, comederint etc. *Improba.* Schol. Cr.: *astuta.* Cf. 1, 9, 73. 87. *Scilicet*, δηλονότι, offenbar. H. 90. Sane haud opus Bentleji emendatione, quam tamen H. quoque in ordinem recepit, tanquam necessariam inter verba *adito*, *desis*, *abundes*, *sileas.* Quae argumentatio cujusmodi sit, facile quisque intelligat. Ne *offendit* quidem, quod habet unus liber, melius vulgato existimarim cum viro docto. *Ultro.* Bene monet H., *ultra* per se significare non posse *ultra quam satis est*, ut putabat Baxt., secutus veterem Schol., qui interpretatur *nimis*, itaque probandam esse alteram librorum scripturam *ultro.* 91. *Davus sis.* Sch. Cr.: *astutus et callidus, qui loqui non novit, ubi tacito est opus.* Vid. Terentii Andria: nam Davus in Phormione est πρόσωπον προτατικόν. 92. *obstipo.* Idem Schol.: fixo, immobili, tristi, *vel, ut Scaurus dicit, inclinato in alterum humerum.* Posterius verum. Arati verba λοξὸν κάρη (draconis) ita versa sunt a Cicerone de Nat. D. 2, 42.:

Obstipum caput et tereti cervice reflexum.

Pers. 3, 80: aerumnosique Solones

Obstipo capite et figentes lumine terram.

Cf. Ernest. ad Suet. Tiber. 68, H. ad h. l., qui *obstipum recto* oppositum existimat. *Multum metuenti*, non *mult. sim.*, ait H.; sed neque haec ratio mala est, quam ut potius probemus, suadet verborum positus. 93. Cruq.: *Obsequio grassare.* Sedulus et officiosus quovis obsequii genere ei adesto, eum comitare. Hoc generatim dictum per partes explicat. *Grassari* antiquum verbum est pro frequenter adire, salutare, comitari, juvare. Non. ait significare supra modum saevire, nec non *ambulare.* Festus autem, *antiqui*, inquit, *grassari ponebant pro adulari. Si increbuit aura.* Schol. Cr.: *si ventus sit impetuosior et acrior.* Aliud egit Fea, cum lectionem quamvis multorum codicum *increpuit* defendendam susciperet, non animadvertens, metro eam refragari, ut cujus secunda syllaba sit brevis. Virg. Aen. 9, 503:

At tuba terribili sonitum procul aere canoro
Increpuit.

Eodem nomine reprehendendum, quod placet viro docto infra 7, 43. *deprehenderis*, et 97. *Placidiani*. Neque librorum neque marmorum valet in hoc genere auctoritas. Ceterum in loco Virgiliano non *increpat* vulgo legitur, sed *intonat*.

94. *velet caput*. Parte togae. Lips. de Amphith. c. 19. 20. Ferrar. de re vestiar. 1, 10. 95. Ubinam *substringere aurem* ista potestate legitur? Vellem exemplis eam probasset vir doctissimus, minime quidem ineptam; sed locus Odarum, quem laudat, alienus. Sch. Cr.: *substr.*, *subjunge*, *patienter eum audi*. Forcellin. in Lexic.: *subjice*, *accommoda*, *quasi stringe et alliga loquaci seni*. Cf. Gesn. Thesaur. et H. 96. *importunus*. Acr.: *pro importune*, *sine modo*, *et sine ullo discrimine temporis*, *loci et personarum*. Cf. Epist. 2, 2, 185. 97. *Ad coelum manibus sublatis*. Gestus mirantium. Catull. Epigr. 53, 4:

Admirans ait haec manusque tollens etc.

Cf. Cic. Acad. Quaest. 2, 19, Heins. ad Petron. c. 40.

98. *sermonibus*. Velut ventis. *tumidis*. magnificis. 100. *Certum vigilans*. Sch. Cr.: *Jucunde*: *solent enim homines*, *quae vehementer optant vigilantes*, *per somnium videre*. 101. *Ergo* etc. Cf. Od. 1, 24, 5; Ovid. Trist. 3, 2, 1 etc. Sch. Cr.: *Ergo*. Suppl.: *dic*. 102. *Nusquam est?* Lamb.: Hellenismus est, *οὐδαμόθι ἐστίν*, *ἀν ἔστι*. *Est*, *ἔστι*, pro *vivit*, *ζώει*. Odyss. Ω, 261., laudante Wagn.:

—— Ὡς ἐρέεινον
Ἀμφὶ ξείνῳ ἐμῷ, εἴπερ ζώει τε καὶ ἐστίν,
Ἦ ἤδη τέθνηκε, καὶ εἰν Ἀΐδαο δόμοισιν.

Unde mihi. *Parabo*, vel quiddam simile subaudiendum, ellipsi usitatissima. Cf. 7, 116, Senec. Herc. fur. 296: *Unde illum mihi*, *quo* etc., ubi vid. Gron. etc. 103. *Sparge sub*. Sch. Cr.: „*frequenter dicito*." Tacit. Hist. 2, 58.: *Spargebatur insuper* etc.

103. Deponens *illac rimari*: legitur etiam Cic. de Nat. D. 3, 33. *Est*. Cr.: Licet non indicare vultu animi gaudium, etc. Qui quidem in ordine habet *prodentum*, unde perfacilis est transitus ad lectionem a Casp. Barthio repertam in libro antiquissimo hanc: *Est gaudia prudentum voltu celare*. Quem sequitur San. Vel sic legendum, vel potius, ambigui vitandi causa: *Est g. prudentem vultu celare*, siquidem non de

vultu, sed de gaudio celando per prudentiam agitur. 105. *Permissum.* Sch. Cr.: *testamento. arbitrio tuo, si tibi testamento data est cura funeris.* Kirchmann. de Funerib. Rom. 3, 11, 12. *Sine sordibus.* Idem Schol.: *Magnifice, large.* Marmoreum etc. Kirchm. l. l., Stieglitz Archäol. der Bauk. der Gr. u. Röm. 2 Th. 2. Abth. S. 66 ff. etc. 108. Sch. Cr.: *Huic dicito te libenter vendere, quidquid hereditatis ipse desideret.* 109. *nummo.* Idem: *pretio, quae erat imaginaria venditio pro donatione.* Recte. Cf. Cic. pro Rabir. Post. 17, Suet. Caes. 50. Justinianus hanc formulam abrogavit, tanquam inutilem: vid. Cod. l. 8. tit. 54. l. 37. Cf. Unterholzner. ap. H. ad h. l.

110. *Imperiosa. Saeva* audit 1, 8, 33. Cruq.: Post mediam noctem die adventante per Proserpinam nihil umbris fari concedebatur: quare significatio est noctis jam praecipitis. *Vive valeque.* Usitata formula. Epist. 1, 6. extr. Inscript. ap. Grut. p. 799. n. 8.: *Vive*, hospes, dum licet, *atque vale.* Sat. 2, 6, 1. *Hoc erat in votis.* Sch. Cr.: *Hoc optabam, nimirum ut haberem aliquid agri* etc. Cf. Pers. 3, 48 etc.

2. *jugis.* Idem: *perennis, continuo fluentis.* Cf. Epist. 1, 15, 15 etc. De toto loco H. confert Od. 3, 16, 29 seqq. Epist. 1, 16, 5 seqq., et 18, 104 seqq. 3. *super his.* Sch. Cr.: *insuper, praeterea.* Cruq.: Hellenismus, ἐπὶ τούτοις. Idem: Videtur alludere ad praeceptum vetus Afris celebre (Columella auctore 1, 3.), apud quos oportebat agrum imbecilliorem esse quam agricolam; quod perpulchre Virg. explicuit, inquiens: Laudato ingentia rura, Exiguum colito: nam si fundus sit amplior, quam ut ipsi probe excolendo satis esse possint cultoris divitiae, plurimum fit, ut is minus prosit quam angustior. Apud Romanos bina jugera viritim a Romulo divisa fuisse scribit Varro lib. 2. de re rustica. Q. Cincinnatus habuit 4 jugerum avitum herediolum. Colum. autem 1, 3. ad finem, *Modus erit*, inquit, *sua cuique moderata voluntas facultasque.* 4. *Bene est.* Contentus sum. Simile *Bene habet* ap. Cic. pro Mur. 6, aliosque. Vide interpretes ad Hesiod. Opp. et D. 643, nos ad Terent. Eun. 229. 5. Mercurius, notante H., *κερδῷος, ἐριούνιος, δωτὴρ ἐάων*, praeterea speciatim deus agricolarum (Hesiod. Theog. 444 seqq. cf. hujus sat. 14., Epist. 2, 2, 77 sequ.), eloquentiae (Od. 3, 11.), et poëtarum

(Od. 2, 17, 29; cf. 7, 13.). H. 5. *propria*. Sch. Cr.: *perpetua, rata, firma*. Cornel. Nep. Thrasyb. 4.: *Parva munera diutina, locupletia non propria esse consueverunt*, etc. 6. *Si neque* etc. Forma antiqua precum sub conditione. Confert H. Iliad. A. 39, Odyss. Δ, 763, Horat. Od. 3, 18, 1 — 8, Virg. Aen. 9, 406, Terent. Andr. 1, 5, 57, etc. *ratione mala*. Sch. Cr.: *avaritia*.

7. *vitio culp.* Idem: *luxuria, profusione*. 8. Cruq. *Venerari τὸ εὔχεσθαι*. Vid. Parei lexic. Plaut. h. v. 10. Mire vir doctus *quae* pro *aliqua* dici negat (vid. etiam ad 78.), cum nemo ignoret, *si qui, si quae*, veterum more usurpari pro *si quis, si qua*, ut secundum alios, inprimis Bentlejum, monet H. Terent. Heaut. prol. 43. dilucide Bembinus liber:

Nam nunc novas qui scribunt, nil parcunt seni:
Si quae laboriosa est, ad me curritur.

Et sic passim auctores. Vidd. Clav. Cic., lexica, grammaticae.

12. *Illum ipsum*. H.: in quo ante mercenarius opus fecerat. *Dives amico Hercule*. Similiter Pers. 2, 11: *O si*

Sub rastro crepet argenti mihi seria dextro
Hercule!

ubi Casaub. monet, quidquid in foro vel vicis Urbis invenerint, Mercurio accepta retulisse, tanquam θεῷ ἀγοραίῳ, sed Herculem quoque veteribus fuisse πλουτοδότην, unde repente divites facti non minus ei sacrificaverint quam Mercurio. Cruq.: „Videto adagium *amico Hercule*. Fingitur Hercules semper apud se habuisse Amaltheae cornu; unde thesauris recludendis et opibus largiendis praeesse creditus est. Lege Palaephatum in Amalthea, et Apollodorum lib. 2. in laboribus Herculis.“ Mercurium cornu copiae Herculi dedisse, cum in Hispaniam proficisceretur abductum Geryonis boves, narrat Hesych. v. Ἀμαλθείας κέρας. Plura in hanc rem vide apud Hederich. in lexic. mytholog. v. Amalthea. Schol. Cr.: *amico Hercule. Propitio: Hercules enim thesauris praëesse dicitur. Sunt qui eundem incubum quoque seu incubonem esse velint* [h. e. daemonem thesauri custodem (*)]. — *Ei sacra faciunt rustici, cum juven-*

(*) Petron. Satir. 38.: Sed, quomodo dicunt, — cum modo Incuboni pileum rapuisset, thesaurum invenit. Vid. ibi Scheffer.

cos donuerint. Praeterea traditur fabula, quod fuerit mercenarius aliquis, qui semper Herculem sit deprecatus, ut sibi boni aliquid largiretur, quem Hercules ad Mercurium duxit, et obsecratum thesaurum fecit ostendi. Quo effosso ille eundem agrum, in quo operam mercenariam faciebat, comparavit, et labori solito operam dedit; sicque probavit mercenarius, quod deus praedixerat Herculi, nulla re illum posse beatum vivere, cum in eadem opera etiam post inventionem thesauri perseveraret. Eam fabulam, quam et Acron habet, ex hoc ipso loco Horatii confictam esse arbitratur H.

13. *quod adest.* Sch. Cr.: *quod possideo. gratum.* grato animo acceptum. Gron. ad Plaut. Amphr. 48. 14. *cetera.* Sch. Acr. et Cr.: *segetes et vineta et si qua sunt similia. praeter ingenium.* Sch. Cr.: *quod crassum nocet: animus enim cibis oppletus stolidus efficitur.* 15. *utque soles.* Idem: *ait in libris carminum* (2, 7, 13), *Mercurii se ope servatum Philippis.* Cf. notam ad 5. 16. *in arcem.* Porph.: *Belle dixit, velut rex in villula mea.* Sch. Cr.: *in villam in monte positam, quae quasi arx est rustico, quod ab urbanis molestiis et curis arceat vindicetque. Qualem villam etiam Meliboeus* (Virg. eclog. 1, 69) *sua regna vocat, inquiens:*

Post aliquot mea regna videns mirabor aristas.

17. Recte distinxit Gesn. hoc modo:

Ergo ubi me in montes et in arcem ex Urbe removi,
(Quid prius illustrem satiris Musaque pedestri?)
Nec mala etc.

ut apodosis incipiat verbis *Nec mala* etc. Prosa oratione dixisset, addita copula: *Nam* quid prius —, vel, ut placet Heindorfio, quid *autem* prius —? *Musaque pedestri.* Sch. Cr.: *stilo humili et communi, qui sermoni vulgari similis est.* Graecis πεζὸς λόγος dicitur prosa oratio. Quintil. 10, 1. med. Cf., quae laudat H., Od. 2, 12, 9 (*pedestres historiae*) et A. P. 95. (*sermo pedester*); Epist. 1, 4, 1, 47 et 56 seqq.; 2, 1, 250; Casaub. de Rom. Sat. c. 3. pag. 277. Minus recte Cruq.: Quid potius celebrem quam Satyros et Musas agrestes etc.?

18. *mala.* 1, 1, 77. *plumbeus.* Sch. Cr.: *gravis, noxius, pestilens.* Der *Sirocco.* Aristot. Problem. 1, 24.: διὰ τί ἐν τοῖς νότοις βαρύτερον ἔχεσι καὶ ἀδυνατώτερον οἱ ἄνθρωποι;

Cf. Voss. ad Virg. Eclog. 2, 58. 19. *Auctumnusque.* In quo regnat iste ventus. Od. 2, 14, 15.:

Frustra per auctumnos nocentem
Corporibus metuemus Austrum.

Juv. 4, 56.: *Ictifer auctumnus.* Sch. Cr.: *Auct. gravis. Quia per autumnum fructibus arborum gravati plurimi moriuntur* etc. Cf. Epist. 1, 7. princ. *Libitina* antiquitus colebatur in Italia, ut et *Janus.* Cruq. — Lucum Veneri Libitinae dicatum scribit Non. Est autem Lib. funerum dea, sive ea sit Proserpina, sive Venus, ut scribit Dionys. Halicarn. lib. 4. (p. 676. Reisk.) et Plut., qui in Vitis (Num. p. 67, E.): Instituit, inquit, Numa Pomp. Libitinam coli, quae dea inspectrix est eorum, quae mortuis justa persolvuntur —. Praeterea alio loco: Cur, quae ad funera pertinent, vendunt in templo Libitinae, existimantes, Venerem esse Libitinam? Huic ex Cic. 2. de Nat. D. (c. 23.) satis fortasse fieri posset, ut puta, multos nimia venere, libidine, luxu et voluptate ante tempus e vivis eripi: ait enim: *Quo ex genere Cupidinis et Voluptatis et Lubentinae Veneris vocabula consecrata sunt* etc. Deinde ait: *ea ipsa vitia naturam vehementius saepe pulsant.* Quare autem dicta sit Venus Libitina, seu potius Libentina, scribit Varro lib. 5. (c. 6.) de L. L.: *a libendo*, inquiens, *libido*, *libidinosus*, *Libentina.* Cf. interpp., inprimis Casaub., ad Suet. Ner. 39, Kirchmann. de Funerib. Rom. 1, 9. 20. *Janus* deus initiorum (vid. Desprez. ad h. l.), velut anni et diei (Ovid. Fast. 1, 64 seqq. Macrob. Sat. 1, 9.), *Pater* proprie appellatus est. Cf. Epist. 1, 16, 59. Macrob. l. l. 1, 2. *Matutini* nomen alibi non videtur legi. Cruq.: „Quia per Janum credebatur accessus patere ad superos deos ceteros, precesque supplicum per eum tanquam per caeli portas transmitti, primus omnium semper invocabatur [in *praefationes acrificii*]; et quoniam idem cum Sole est habitus (Macrob. Sat. 1, 9.), Diespiter dictus est (?), quasi diei pater, et Matutinus pater a Matuta, id est Aurora (Lucret. 5, 655.)." Schol. Cruq.: Janum invocat, quod temporum sit deus et praesit rebus incipiendis, quas *matutino tempore* recte incipere solemus, sive in urbe, sive ruri. *Seu Jane libentius audis.* Cautio veterum solita in precibus, ne aliquod forte diis nomen

minus acceptum esset. Cf. Carm. sec. 15. et ibi Mitsch., H. ad h. l., qui laudat Aeschyl. Ag. 168 sequ., Plat. Phileb. p. 12, B. etc. *audis. ἀκούεις*, diceris. H., qui confert Theocriti 17, 66: *Ὄλβιε κῶρε γένοιο*, etc. Sed etiam proprie explicari potest: Si libentius audis *τὸ Jane* in invocatione positum, cum quis dicit, O Jane, etc. 21. *Unde*. H.: a quo, quo invocato.

Unde homines primos operum vitaeque labores
Instituunt.

Hunc verborum ordinem vulgato rectiorem planioremque censet Fea. Mihi secus videtur propterea quod legens aliquis *homines primos* de primis hominibus cogitare possit, legens vero *homines operum primos* non possit, sed ad sequentia necessario quodam modo se conferat, ut debet. 22. *Sic dis placitum*. Formula antiqua. Sch. Cr.: *S. d. pl.: ut tu sis incipiendarum rerum auctor*. Od. 1, 33, 10: *Sic visum Veneri*. Epod. 9, 3.: Sic Jovi gratum, Iliad. A, 5: *Διὸς δ' ἐτελείετο βουλή*, etc. Cf. Burm. ad Virg. Aen. 2, 427, H. ad h. l.

23. *Romae*. „Cum Romae sum. H. *Sponsorem*. Cruq.: Fidejussorem. De sponsionis duplici genere vid. Bud. in Pandect." Idem mire.: *rapis*. „Festinare jubet aliquis." Quasi legisset *rapit*. Verba *Eja — urge* sunt Jani tardiorem ad molestum negotium suscipiendum incitantis. 24. Sch. Cr.: *Ne sit alius me* (imo: te) *officiosior, ne videar* (videaris) *nolle officio amici* (et civis) *in spondendo fungi. Urge. propera. radit*. stringit. Cf. Epod. 16, 56 sequ. 25. *bruma*. Hiems, ut passim ap. poëtas. Od. 4, 7, 12. 26. *interiore*. Cruq.: breviore ambitu. Concentricorum circulorum interior est minor, ut monet H.

26. *trahit*. Lente ducit, tanquam ingratum, qui vix ire videatur. Minus placet aliorum explicatio, simplex pro composito *contrahit* accipientium. 27. Conjungenda verba *Postmodo quod mi obsit*, neque *Postmodo* referendum est ad *luctandum*, ut putat H.: nam hoc dicit Noster: postquam pro aliquo spondendo se obligarit, quod sibi postea obesse possit, secundum adagium *Ἐγγύα, πάρα δ' ἄτη*, luctandum esse in turba domum redeunti. 29. Recte Bentl. Non omittendum *tibi* in hac formula reprehendentis, in qua et vox *insane* tanquam propria est. Cf. Epod. 12, 1., Sat. 1, 2, 69, Bentl. ad

hunc ipsum locum, H. ad Sat. l. l., Drakenb. ad Liv. 32, 25. Similiter Graeci τί παθὼν (vel μαθών) τῆτο ποιεῖς; *Urget.* Suppl. aliquis. 1, 4, 79. 30. *Iratis precibus.* Sch. Cr.: *imprecationibus. Pulses.* H.: σὺ πάντ' ἂν ὠθοῖς καὶ πρόοις. Nec tamen male Eichstad., quem suppresso nomine tangit H., ad Ommer. *tu pulses — recurras?* h. e.: tibi jus et fas sit, omnes pulsare et de via deturbare, tanquam Ergasilus ille Plautinus Capt. 4, 2, 11, aut Curculio fabulae cognominis 2, 3, 1.?

31. *memori.* Male Schol. Cruq., ipso quidem Cruquio probante: *si memor causae eas ad Maecenatem.* Ejusmodi precibus *irae* (*Iratis*) non convenirent. 32. *Hoc.* Quod ad Maecenatem propero, quod ejus sum familiaris. Cf. Gesn. H.

32. *Non mentiar.* Hoc vere mihi affirmare licet. Cic. ad Fam. 3, 4.: *Quod scribis, tibi manendi causam eam fuisse, ut me convenires, id mihi, ne mentiar, gratum est. Atras.* Schol. Cr.: *ubi peregrini et pauperes sepeliebantur; postea horti Maecenatis.* Vid. ad 1, 8, 7. 35. *Puteal.* Alterum duorum Putealium, quae Romae erantie Foro (Salmas. Exercitt. in Solin. p. 801.), dictum *Libonis.* Epist. 1, 19, 8., ubi Porph.: *Puteal Libonis sedes praetoris fuit prope arcum Fabianum, dictum quod a* (Scribonio) *Libone* (praetore, jussu Senatûs) *illic primum tribunal et subsellia collocata sint.* Sed foeneratores quoque stationes ibi habebant. Ovid. de Rem. am. 561:

Qui Puteal Janumque timet celeresque Calendas,

quibus usurae numerandae. Epod. 2. extrem. Cic. pro Sext. 8. Sch. Cr. ad h. l. *Adesses*, praesto esses, convenires eum, apud aliquem argentarium. Ita Cic. pro Quinct. 6.: ut ad tabulam Sextiam *sibi adsint.* Non tanquam advocatus. Alioqui *Forum* potius scripsisset, vel *puteal Libonis*, quia, ut dixi, duo erant ejus nominis loci, h. e. putei, superstructis, forma arae (in nummis), labris affabre caelatis et magnifice ornatis. Epist. 1, 19, 8: *Forum putealque Libonis Mandabo siccis*, h. e. res forenses, seu juridicas, et argentarias. Caeterum ex his similibusque versibus, qui ad prosam orationem proxime accedunt, indoles et natura hujus generis carminum, quale ab Lucilio acceptum Noster finxit atque excoluit, cognosci potest. Quod quidem genus est, cum Lucretio ut loquar, *merum sal,*

sine verborum qualicunque lenocinio. Velut hoc loco quanti erat versum elumbem erigere sic scribendo:

Roscius ad Puteal sibi cras orabat adesses?

Persius de malis poëtis, seu potius versificatoribus, I, 92:

Claudere sic versum didicit: *Berecynthius Attin*,
Et *Qui caeruleum dirimebat Nerea delphin*, etc.

Didicerat id etiam Flaccus, sed uti tali, tam vulgari, artificio noluit ad animos hominum capiendos, omnemque vim animi suam et virtutem posuit in sententiis de vita humana apte luculenterque exprimendis. Quam ob causam aliis videbatur nimis *acer* (Sat. 2, 1, 1) *salsusque*, et non tam poëta, quam philosophus; alii etiam nomine poëtae indignum eum existimabant, cum ingenium horum scriptorum metro metirentur, de quo minime ille erat sollicitus. (Cf. not. ad 8, 1; Epist. 1, 9, 4.) Et eos quidem ipse in se armaverat, poëtarum se excerpens numero, sed κατ' εἰρωνείαν, Sat. 1, 4, 39 seqq. Ceterum, quid posset etiam in re metrica, egregiis Odarum atque epodorum versibus heroïcis satis superque demonstraverat. Sed de deverticulo in viam. 36. *scribae*. Sch. Cr.: *Hor. hic ostendit, se fuisse de numero scribarum* (cf. Suet. vit. Hor.), *et decuriam habuisse*. Vid. Clav. Cic. v. Decuria. *De re communi*. Cruq.: „Ipsis, puta scribis cum Horatio." De scribis et eorum decuriis vid. inprimis Cic. Verr. 3, 79. 37. *Quinte*. Vid. ad 5, 32. 38. Refert Dio Cass. 51. princ., Maecenatem et Agrippam Augusti litteras ad Senatum perlegere jussos fuisse antequam perferrentur, eamque ob causam sigillum ejus penes se habuisse. Cf. Kirchmann. de Annul. c. 6. Praefectus Urbi Maecenas fuit a U. C. 734. 41. *suorum*. Familiarium. Vid. index Terentii nostri v. Meus etc. Cf. 65.

42. *tollere*. Verbum in ea re proprium. Drakenb. ad Liv. 45, 6, 2. Cf. 1, 5, 86: 1, 6, 102; Epist. 1, 7, 77. 43. Modeste haec dicta ad invidiam minuendam evitandasque molestias pro aliis intercedendi ap. Maecenatem: nam alia et meliora illi habebant, de quo inter se colloquerentur, utriusque linguae peritissimi. 44. *Thrax — par?* De ejusmodi rebus non quaeritur, ut quas experiendo quisque sciat sanus. Quare delendum signum interrogandi, legendumque, ut apud H.:

Threx (vel *Thrax*) *est Gallina Syro par.* Gladiatorum pro diversa ratione armaturae pugnaequae diversa erant nomina *Mirmillones*, *Samnites*, *Thraces*, alia. De Mirmillonibus vid. Clav. Cic. De Thracibus Fest.: Thraces gladiatores, a similitudine parmularum Thraciarum. Componi solebant Thraces et Mirmillones. Auson. idyll. 12.:

α Quis Mirmilloni contenditur? β Aequimanus Thrax.

Cf. Epist. 1, 18, 36, Lips. Saturn. 2, 7 — 10, Cruq. et H. ad h. l., Clav. Cic. v. Threcidica. 45. *mordent.* Laedunt. Epist, 1, 8, 5. Mart. 8, 14:

Pallida ne Cilicum timeant pomaria brumam,
Mordeat et tenerum fortior aura nemus.

46. *Et quae.* H.: Et quae alia. Sch. Cr.: Suppl.: *credebat mihi, hoc est, de iis loquebatur mecum, quae sine periculo rimosis auribus, h. e. garrulis* (imo *garrulorum*), *committuntur; eaque mihi credebat, quae prodita nocere non possunt. Auris rimosa patula est, quae nihil secreti continet. Sumtum ex eo dicto Terentiano* (Eun. 1, 2, 25):

Plenus rimarum sum: hac atque illac perfluo.

48. Hoccine est nescire inventis uti? Plane interpungendum, ut ap. Bentlejum et H., *τῷ noster* superioribus adjuncto. *Noster*, noster Horatius, ut Plaut. Rud 4, 7, 19. senex Daemones:

Egone ut, quod ad me adlatum esse alienum sciam,
Celem? Minime istuc faciet noster Daemones.

Hoc loco *noster* exceptum est ex ore vulgi, passim loquentis de Horatio, Plauti loco ex servorum et familiae senis. Ut haec legebantur ante Be., quis *subjectior in dies invidiae* diceretur, divinari tantum poterat. Etiam seqq. verba male distincta in editionibus, quae sic interpungenda censeo:

—— Ludos spectaverat una?
Luserat in campo? „Fortunae filius!“ omnes.
Frigidus a Rostris manat per compita rumor?
Quicunque obvius est, me consulit: „O bone,“ etc.

h. e.: Si quando ludos una cum Maecenate spectaverat, si

una cum eo luserat in Campo Martio (I, 6, 126): statim omnes clamare: Fortunae filius est! Si forte frigidus rumor manat a Rostris: obvius quisque me consulit his verbis: O bone, etc. Quem usum interrogationis pluribus nuper exemplis illustravi ad Senecae Herc. fur. 577. Cf. 5, 74; Epist. 1, 1, 33, 36, 87; 6, 31; A. P. 139, 328. Neque in illis quidem *Frigidus* et q. s. is usus fefellit Scholiasten Cruq., qui recte interpretatur: *si quis rumor gravis et formidolosus* (velut de novo bello etc.) *manaverit per vicos et plateas, et dispersus fuerit* etc. Sed praegressa nemo intellexisse videtur, ne Be. quidem; alioqui non mutasset. 50. *Frigidus.* Cruq.: ab effectu, quod metus horrore concutiat, et prope exanimet.

52. *deos.* Sch. Cr.: *Augustum, Maecenatem* etc. Sic. Virg. (Ecl. 1, 41.):

Nec tam praesentes alibi cognoscere divos.

et (v. 7.): *Namque erit ille mihi semper deus.* Vid. ad Od. 1, 1, 29. *Propius contingis.* Cruq.: πλησιάζεις. Elegantius Va. C.: *proprior*, i. e. *proprior*. 53. Cruq. ad Od. 3, 6, 14.: „Daci ad Caesarem superioribus temporibus miserant legatos; ac cum nihil eorum, quae peterent, impetrassent ad Antonium incliarant etc. Dio lib. 52." (c. 22.) Cf. Plut. Anton. p. 945. et H. 54. *derisor.* Εἴρων. Theophrast. Charact. 1. init. *At omnes* etc. Di deaeque omnes me perdant, etc. Brisson de Formul. 1, 185. Sch. Cr.: *Exagitatur* (proprie) *a diis, qui ob scelus perpetratum furore concutitur.* Cf. Epist. 1, 18, 11. 55. Vid. de istis agrorum distributionibus ad 2, 112. *Triquetra.* Sch. Cr.: *Triquetra* (triangula) *Sicilia, quod in* 3 *partes seu promontoria diducta est* etc. 61. *somno.* H.: *meridiano* (Siesta). Quod Varro dicit de R. R. 1, 2.: *aestivum diem diffindere insititio somno meridie.* Idem, monentibus Mureto Epist. 1, 95 et Luisino Parerg. 1, 11, *demere partem de solido die* Od. 1, 1, 20. Somnus nocturnus non est intelligendus, ut quem finire solerent veteres, nisi qui essent plane molles, sole oriente. 62. *Ducere.* Porph.: Potare. Ἕλκειν. Od. 1, 17, 21; 3, 3, 34 etc. Cf. H. Similiter Valer. Flacc. 4, 536.: *longae ducentem oblivia poenae.* 63. Notum, fabis abstinuisse Pythagoram. *Dubitabat enim,* inquit Sch. Cr., *an in eo corpore lateret anima patris sui, an alterius propinqui* etc. Vid. Aristot. ap. Diog. Laërt.

8, 34; quam tamen famam mendacem esse dicit Aristoxenus ap. Gell. 4, 11. Sed poëtis etiam controversis incertisque uti in rem suam licet. Unde est, quod faba h. l. *Pythagorae cognata* dicitur. Cf. H. Vid. ad 2, 1, 74. 64. Comedi fabae solebant cum carne porcina. *Satis* ad *uncta* pertinet. Non *instillato* oleo, ut 2, 62, sed large infuso. 65. *meique.* Sch. Cr.: *amici, familiares.* Cf. 41, 68. 66. *Larem.* Ligneum, vel ex lapide aut metallo, et in foco positum. 67. *Libatis.* Scholl. Acr. et Cr.: *degustatis escis et deminutis*, reliquiis coenae. Cf. 109.

68. *inaequales.* Sch. Cr.: *Adbibit, quantumlibet.* Cf. 8, 35.

69. Idem Sch.: *Leges insanas ἀρχιποσίαν dixit: nam qui ad legem* (sub symposiarcho, rege seu magistro convivii) *bibunt, tantundem* (quisque) *bibunt* etc. *Acria.* Cf. 8, 36.

70. *uveseit.* Sch. Cr.: *udus fit, inebriatur.* 72. *Lepos.* Sch. Cr.: *Nomen insignis saltatoris Caesari grati, Archimimi* etc.

73. *agitamus.* deliberamus. Vid. Clav. Cic. h. v. 75. *usus.* Sch. Cr. *utilitas. rectum. honestas.* Illud Epicureis placebat, hoc Stoïcis. Cic. de Finn. 2, 24; de Nat. D. 1, 44; de Amic. 8.

76. *summumque quid ejus* (boni). τὸ τέλος τῶν ἀγαθῶν.

77. *aniles fabellas.* Γραῶν ὕθλος, seu μύθος. Vid. H. ad Plat. Gorg. §. 174. 78. *ex re.* Acr.: *Pro commodo*, i. e. *non sine causa, sed ad exemplum rei propositae pertinentes. Si quis nam.* Cf. 2, 3, 20, ubi item *nam* posteriore loco positum, ut etiam ibid. 41, 302; 2, 6, 78. et saepius ap. poëtas. *Arelli.* Schol. Cr.: *avari et divitis.* Homo aliunde ignotus, ex vicinis, ut videtur, Nostri Sabinis. 79. *ignarus.* Sch. Cr.: Nam divitiae non faciunt beatitudinem, sed animus parvo contentus, quae virtus dicitur αὐταρκεία. Quae cum latine uno verbo dici non possit, αὐταρκεία, inquit Cic., *est, quae, parvo contenta, omne id respuit, quod abundat.* Hanc igitur virtutem haud nosse dicitur Arellius. *Olim.* Donat. ad Terent. Andr. 5, 4, 20.: *Olim* (ποτέ) *fabulae initium.* Epist. 1, 1, 73. Aristoph. Vesp. 1177.: Οὕτω ποτ' ἦν μῦς καὶ γαλῆ.

82. *Asper.* Sch. Cr.: *parcus.* *Ut tamen.* Sch. Cr.: *qui moderate utebatur quaesitis, ita tamen ut largus esset in accipiendo hospite.* 84. *Ciceris invidit.* Sic *desine querelarum* Od. 2, 9, 17, λῆγε ὀδυρμῶν. Virg. Aen. 11, 126.:

Invidiaene prius mirer belline laborum?

Graeci φθονεῖν τινί τινος. Vechner. Hellenolex. 1, 2, 24. Cruq. H. *Longae avenae.* Sch. Cr.: *habet enim glumam longam* (longum grani folliculum, H.). 85. Sch. Cr.: *hic acinus et hoc acinum proprie est ebuli* vel ederae βότρυς; sed hic pro *racemo ponitur.* 87. *male.* Idem: vix et fastidiose contingentis. *superbo.* 2, 2, 109. 88. *porrectus.* Tanquam Romanus coenans. Cf. 106. 89. *ador.* Cruq.: „ador farris genus, edor quondam appellatum ab edendo, vel quod aduratur, ut fiat tostum, inquit Fest.; at Non.: ador frumenti genus, inquit, quod epulis et immolationibus sacris pium putatur; unde et adorare, propitiare religiones, potest dictum videri.“ Idem *far, adoreum far, semen* (Dinkel, Spelz.). Colum. 2, 6, 1. et ibi Schneider. Cf. Voss. ad Virg. Georg. 1, 73. *lolium.* Cruq.: „Zizania, vulgo *drauick* Flandr. *yvroye* (ivraie) Gallis. Infelix lolium, Virg.“ *Lolium temulentum* Linn. (Taumellolch, Trespe). Cf. Voss. l. l. 1, 154. 91. *patientem*, παρτερῶντα. Gron. ad. Senec. Thyest. 470, Herc. Oet. 1524, nos ad Herc. fur. 353. Virg. eclog. 10, 52.:

Certum est in silvis, inter spelaea ferarum
Malle pati.

92. *Vis tu?* adhortantis esse putant Be. et H.; *vin' tu?* quaerentis. Mihi secus videtur, accipienti - *ne* pro *nonne*, ut passim explicandum. Parei lexicon Plaut. v. Ne, nos ad Plauti Pers. 223, ipse H. ad 7, 61. 93. *terrestria.* animalia, ut recte Sch. Cr. Ipse Cruq.: Ab animae mortalitate ex Epicureorum et Atheorum sententia. *neque ulla* etc. Idem: A mortis imminentis necessitate: nam, ut ait Metrodorus, πρὸς μὲν τὰ ἄλλα δυνατὸν ἀσφαλειαν πορίσασθαι, χάριν δὲ θανάτῳ πάντες ἄνθρωποι πόλιν ἀτείχισον οἰκοῦμεν.

95. *bone.* 2, 2, 1. *quo, b., circa.* Sch. Cr. τιμῆσις: *quocirca.* 98. *pepulere.* Moverunt, impulerunt. Liv., notante H., 30, 14.: Ipsum in Hispania juvenem nullius forma pepulerat captivae. 100. *subrepere*, subire, ut mures. 102. *cocco.* Pro purpura. Cf. 106, Plin. H. N. 16, 12; 9, 65; H.

103. *canderet.* Sch. Cr.: *fulgeret.* 104. *fercula.* Idem: *Fercula sunt et pulpita, in quibus deorum simulacra tolluntur, et vasa, quae plena pulmentariorum ponuntur in canistris. Hoc canistrum*

et hi canistri pluraliter. Cruq.: *Canistrum* sportula est panibus frustulisque et reliquiis coenae excipiendis. 105. *procul*, ἀνευάς (in die Höhe, hoch aufgehäuft). 107. *succinctus.* Cruq.: ad instar servi diligentis et expediti, habentisque vestes succinctas. 107. *hospes.* Convivator. 108. *verniliter.* Tanquam verna, ut qui servos haberet nullos. *Vernalis* pro *vernus* legitur ap. Manil. 3, 258, ut observat H., quo magis rejiciendum *vernaliter.* 109. *praelibans.* More praegustatorum. Arnob. adv. G. l. 4.: *an rite pulmenta condita sint, praegustatoris fungitur atque experitur officio.* Pignor. de Serv. p. 125.

111. *agit*, agendo exprimit, repraesentat. Plin. Paneg. 56, 3.: *tertium consulatum recusasti, cum agere tam bonum consulem posses*, etc. 112. Varro ap. Serv. ad Aen. 1, 453: *Valvae sunt, quae revolvuntur et se velant.* Isidor. Orig. 15, 7.: *Fores et valvae claustra sunt; sed fores dicuntur, quae foras, valvae, quae intus revolvuntur et duplices complicabilesque sunt. Sed generaliter usus vocabula ista corrumpit.* (imo: *confundit.*)

114. *Molossis.* Aristot. Hist. An. 9, 1.: τὸ ἐν τῇ Μολοττίᾳ (Epiri parte meridionali) γένος τῶν κυνῶν τὸ μὲν θηρευτικὸν ἀδὲν διαφέρει πρὸς τὸ παρὰ τοῖς ἄλλοις, τὸ δ' ἀκόλαθον τοῖς προβάτοις τῷ μεγέθει καὶ τῇ ἀνδρίᾳ τῇ πρὸς τὰ θηρία. Cf. Epod. 6, 5, Virg. Georg. 3, 405 etc.

116. *cavus.* Sch. Cr.: *caverna, ubi antea habitaverat.* Dicitur *cavus* et *cavum.* Burm. ad Phaedr. fab. 2, 4, 17.

117. Sch. Cr.: *ervum genus est leguminis. Ervum* Linn., ὄροβος, Gall. *Ers* sive *Erres.* Schneider. Indic. Scr. R. R. Heind.

Dignus, qui adscribatur, Frid. Jacobsii locus in disputatione germanica de Vita Joannis Lafontainii, quae disputatio inserta est Additamentis ad Sulzeri Theor. bonarum artium vol. 5, 1. p. 196. Sic igitur ibi vir celeberrimus: „Jedermann kennt die Fabel von der Stadt- und der Feldmaus, welche Horaz in der 6. Sat. des 2. B. erzählt; die einzige mir bekannte Fabel aus dem ganzen Alterthum, in welcher poëtische Ausführlichkeit herrscht, und die, wegen der ächt naïven (*)

(*) Jacobs. ibid. p. 162.: „Naïvetät (der am meisten charakteristische Zug Lafontaine's) ist der Ausdruck der Natur im Gegensatz

Darstellung, als das Muster von Lafontaine's Manier angesehen werden kann. Nichts ist schöner, und ich möchte sagen nichts ist Lafontainischer, als die Rede der Stadtmaus, welche ihre Wirthin das Land zu verlassen bewegt, und vorzüglich jener unvergleichliche Zug ihrer Lebensweisheit (90 ff.):

— Quid te juvat, — amice,
Praerupti nemoris patientem vivere dorso?
Vin' tu homines urbemque feris praeponere silvis?
Carpe viam, mihi crede, comes, terrestria quando
Mortales animas vivunt sortita, neque ulla est
Aut magno aut parvo leti fuga: quo, bone, circa,
Dum licet, in rebus jucundis vive beatus;
Vive memor, quam sis aevi brevis.

Überall sieht man in dieser Fabel den wahren Dichter, während man bey Phaedrus nur den Versificator findet, etc.

Sat. 2, 7, 1. *ausculto.* Saepius impatientior (34. sequ.) poëta Davum servulum vocaverat, qui tardius, pro libertate Saturnalium, adveniens, *Jamdudum*, inquit, *ausculto* etc. Terent. Andr. 200, secundum Bentlejum:

Audio, Archylis, jamdudum: Lesbiam adduci jubes.

2. *Ita.* Ita est, ut passim. Vid. Lamb. 4. *Ut vitale putes.* Acr. *Etenim qui nimii sunt in bonis, eos vitales non esse praedicamus.* (Nam sic legendum, non, ut vulgo: *eos vit. esse non praed.*) Vetus illa superstitio. Herodot. 7, 10, 5.: φιλέει γὰρ ὁ θεὸς τα ὑπερέχοντα πάντα κολούειν. Stat. Silv. 2, 7, 92.:

Cur laeva vice magna non senescunt?

Cf. H. *Age* etc. Sch. Cr.: *Habe licentiam et libertatem dicendi, quae velis: nam Saturnalibus festis libertas servis concedebatur, et omnes tam servi quam liberi exaequabantur, ad imitationem aurei seculi, quo Saturnus regnavit.* Acr.: *Decembri autem mense*

mit der Künsteley; aber das Naïve ist von dem Natürlichen dadurch verschieden, dafs sich in demselben die unverdorbene Natur zum Nachtheil des Subjectes zu zeigen scheint, indem man demselben die unfreiwillige Vernachläfsigung des Anstandes für Mängel an Beurtheilungskraft anrechnet." (und nach den Umständen des Alters, der Erziehung, des Geschlechtes u. s. w. dazu berechtigt ist.)

Saturnalia celebrantur, et immutatio fit conditionis: nam et liberi ex servis et servi ex liberis fiunt. Cf. 2, 3, 4.

6. *urget pro positum.* Quomodo dicitur *opus, iter, urgere*, h. e. acriter persequi. Vid. H. | Sch. Cr.: *perdurat et perseverat in propositis vitiis.* 7. *natat.* Id.: *inconstans mutat propositum* etc. Ita et Manil. 4, 257.: *mutataque saepe Mens natat.* Senec. Epist. 35.: *Mutatio voluntatis indicat animum natare.* Cf. Cic. de Nat. D. 3, 24. 8. *notatus.* Sch. Cr.: *visus et culpatus.*

9. Cruq.: „Anulum (aureum) gestare fuit equestris ordinis (53.): hoc enim erat ejus status insigne, ut et latus clavus Senatorii; verum, ut omnia praeclara solent in pejus ruere, tandem anuli usus coepit esse promiscuus equitibus, militibus, libertinis (Augusti permissu), feminis, et postremo mancipiis.“ Senatores quoque annulos aureos gestabant; cives autem omnes antiquitus unum quisque ferreum. Isidor. Orig. 19, 32.: *Apud vett. ultra unum annulum uti infame habitum viro* etc. Contra Martialis aevo (Epigr. 5, 11; 61.; Plin. 33, 6 etc.) omnibus digitis, et primum quidem laevae manus (Plin. 33, 4), dein et dextrae, annulos ostentabant aureos, gemmis etiam lapidibusque carissimis ornatos; aliosque hieme, alios aestate leviores. Vidd. inprimis Plin. H. N. 33. 4. seqq., Gell. 10, 10, Kirchmann. de Annul. C. 15. sequ. *Laeva.* Cr.: Prior aetas in sinistra manu ejusque digito medico, seu παραμέσῳ, gestare solebat anulum ferreum, non tam ornatus quam signandi causa. Verum de anuli dignitate, jure, gestatione, numero, materia, videto Plin. lib. 33. cap. 1. Alexand. ab Alexand. lib. 2. c. 19. Budaeum in Pandectas. 10. *clavum ut mutaret in horas.* Modo tunicam laticlaviam induens senatorum, modo angusticlaviam equitum. 13. Lectionem *doctor* non magis probo quam H., nec me movent Scholiastae, quorum Cruquianus: *Dicitur*, inquit, *Priscus oratoriam docuisse.* Id equitem vel senatorem Romae fecisse, et quidem Athenis, parum probabile est, ut monet H., alteram ille quidem lectionem, *doctus*, accipiens pro eo quod est *sapiens* (cf. 4, 3) isque, qui philosophiae placitis convenienter vivit. 14. Sch. Cr.: *Vertumnus deus a vertendo dictus — etiam deus est naturae —. Is autem dicitur iniquis Vertumnis natus, qui nescit imperare sibi, et suos affectus regere. Iniquis, iratis.* Cf. 1, 5, 97 sequ. Idem Schol. ad verba *quotquot sunt:*

Erat enim Vert. multiformis positus in multis locis civitatis, et fere in omnibus municipiis Italiae consecrabantur simulacra, quibus essent ambigui vultus, qui pro habitus diversitate in diversas facies deorum vertebantur. Cruquius ipse Vertumnum deum esse dicit annum vertentem, ἐνιαυτόν, „qui propter variam caeli faciem dicitur apparere multiformis, varius et mutabilis, nunc arator, seminetor, messor, nunc vindemiator, plantator, holitor, nunc fossor, frondator, et quid non? at tandem in aniculam conversus fingitur Pomonam uxorem ducere, nimirum frugibus jam maturescentibus. Legito 14. Metamorph. Ovid. Iniquis ergo Vertumnis nasci dicuntur infelices, et variis casibus exerciti.“ Tibull. Epist. 1, 13. ed. J. H. Vossii:

Talis in aeterno felix Vertumnus Olympo
Mille habet ornatus, mille decenter habet.

Asconio in Cic. Verr. 3, 59. audit *deus invertendarum rerum*, seu *mercaturae*. Deus hortorum est Ovidio l. l. 662 seqq. et Propertio 4, 2, ubi vidd. Passerat. et Broukh. Vertumnis autem omnibus iniquis sive iratis natus is dici mihi videtur, quem Vertumno, ut ajunt, inconstantiorem forma seu facies nulla decet, qui nulla vitae conditione contentus et sibi ipsi displicet, et ceteris est risui ac contemtui, ut iste Priscus. 15. *justa*. Sch. Cr.: *gravis*. Sed rectius Acr.: *Bene justa, quae ejus puniret insaniam: nequam enim fuit.*

17. Sch. Cr.: *Est phimus* (Φιμὸς) *instrumentum ligneum stricti oris, ex quo conjiciuntur tesserae, ne possit falli is, qui cum alio* (altero) *ludit.* Latine dicitur *fritillus*, ut idem monet. Cf. Casaub. ad Theoph. Char. 5. p. 74. 19. Miror mirantem et Horatio plane indignum esse contendentem illud *ac prior ille*, quod neque ineptum est aut barbarum, et placuit viris eruditissimis, in his Bentlejo. Sed ita saepius Noster: velut (praefationis aculeos venenatos ut omittam) Epist. 1, 1, 91. omnium felicissimam Aristarchi Angli conjecturam rejicit tanquam absurdam; Od. 2, 10, 3. Wakefieldium appellat impotentem criticum propterea quod verbum *nimium* ad superiora retulit, secus ac vulgo fit, in quo facto, quamvis minus probandum sit, tamen impotentiae significatio inest nulla; quodque majus etiam est, Epist. 1, 15, 13. Johnsonum et

Wetzelium *latine non sapere* (cum ipso ut loquar) existimat, vulgatum *equi* tuentes, quod de latinitate aeque bonum atque altera scriptura *equis*; Epod. autem 7, 12. Baxterum, Cuninghamium, Sanadonem, Gesnerum, Zeunium, Oberlinum, Combium, Wakefieldium aliosque, quos in expoliendis hisce scriptis judicio suo usos constat, sequi Bentlejum ait more pecudum, scuticamque et flagra minatur propter levissima peccata ad Epod. 16, 51. et Carm. sec. 45. Est modus, ut in rebus omnibus, ita etiam in dicendo, nec melius profecto quidquam in tota antiquitate reperitur quam Terentii aureolum illud NE QUID NIMIS. 20. Comparat H. proverbium illud Graecorum, de quo Aristaenetus 2, 1, 72.: Πείθου μοι καὶ τῆς ἀμετρίας ἀπόσχες. Ὅρα μὴ κατὰ τὴν παροιμίαν ἀποῤῥήξωμεν πάνυ τείναντες τὸ καλώδιον. Cf. Lucian. Dial. meretr. 3. extrem. Alio pertinet Od. 3, 10, 10. 21. *hodie*. statim, nunc; ut passim apud Comicos, velut Plaut. Curc. 5, 3, 11 etc. Terent. Eun. 565, Phorm. 811. Graeci similiter τήμερον, ἐφ' ἡμέραν, usurpant. Aristoph. Plut. 433, 947. Sophocl. Trachin. 1091. Videsis nos ad Plaut. Amph. 270, Terent. Andr. 577. Saepe tamen familiari dicacitate ex abundanti additur, velut Plaut. Amph. l. l., 307, 852 etc. Donat. ad Terent. Adelph. 2, 2, 7.: „*Hodie* non tempus significat, sed iracundam eloquentiam ac stomachum, ut Virg. (Aen. 2, 670): *Nunquam omnes hodie moriemur inulti.*" Vid. idem ad Andr. 1, 2, 25. *Putida*, φορτικὰ, *vetusta*, ut ait Sch. Cr., *inepta*, *odiosa*. (Kleinlich, langweilig, pedantisch. H.) 22. *Furcifer*. Convicium servis fieri solitum. Donat. ad Terent. Andr. 3, 5, 12.: „*Furciferi* dicebantur, qui ob leve delictum cogebantur a dominis, ignominiae magis quam supplicii causa, circa vicinos furcam in collo ferre, subligatis ad eam manibus, et praedicare peccatum suum, simulque summonere ceteros, ne quid simile admitterent. Itaque et Cic. (pro Dejot. 9.) de servo: *Quid inde, furcifer? quo progreditur?* Cf. eadem fere scribentem Isidor. Orig. 10. p. 1675 etc., infra 66. Nonnunquam etiam servi in furca flagris, vel ad mortem, caedebantur. Lips. de Cruce 3, 1 — 5. 23. *plebis*. populi. Cf. 2, 89 seqq., 1, 1, 15 seqq.

25. Sch. Cr.: *Duas reddit causas inconstantiae, aut quod non*

intelligit id, quod asserit, aut quod dubitat de eo, num sit rectum.

26. *non firmus.* Id.: *inconstans.* 27. *coeno.* Id.: *exire e vitiorum turpitudine.* 28. Cf. Epist. 1, 8, 12. 30. *scc. olus.* Id.: *Laudas coenum rusticam et tenuem, dicisque nihil esse securius quam prandere domi.* Cf. 1, 6, 115; 2, 2, 117; 6, 63. *Usquam* dici pro *semper*, non est quod temere credamus. Legendum ap. Acronem *Usque*, id quod hoc ipso loco Aldus habet, tanquam petitum ex codicibus MSS. 31. Cruq.: „Gaudes, domi esse manendum. Τὸ *amas* in omnibus scriptis adjungitur sequentibus.“ Male nihilominus. Cic. ad Att. 4, 16.: Dices, tu ergo haec quomodo fers? Belle, mehercule, *et in eo me valde amo.* 1, 2, 53.:

— *Verum hoc se amplectitur uno,*
Hoc amat, hoc laudat: Matronam nullam ego tango.

Quem locum H. explicans frustra est, cum *se* intelligendum putat in verbis *amat* et *laudat*, quasi non res quoque amari recte dicerentur. A. P. 45:

In verbis etiam tenuis cautusque serendis,
Hoc *amet*, hoc spernat promissi carminis auctor.

Muretus ad Catull. Epigr. 72., secundum Aristotelem: „Cum bestias, tum etiam *res inanimatas*, ut cibum potumque, ut signa tabulasque egregii operis, *amare* dicimur, quibus tamen nemo sanus *bene velle* nos dixerit.“

32. *potandum.* Sch. Cr. *epulandum.*, inquit. Sed hoc ipsum Horatii verbum in ejusmodi occasionibus fuisse videtur, a potu nimio, cui fere epulantes indulgent, abhorrentis. Cf. 6, 67 seqq.; 2, 123. Ceterum non ita male V. M. (Quid autem hae siglae significant? num *Vetus Manuscriptus*? Sed tum dicendum fuit, qualis is liber esset, vel a quo usurpatus. An *Vetus Meus*, cum proprium aliquem suum codicem Fea non commemoret in indice librorum ab se adhibitorum? De obscurius saepe significatis ejus codicibus etiam Vanderb. merito conqueritur. Sed iste codex, quicunque tandem est, non male:) *Jusserat*, quae verborum tempora subinde inter se commutantur. Vid. ad 48. Cf. 8, 30, 50. Scribendum modo fuerit: *Jusserat — Convivam?* Sed bene se habet lectio vulgata, intellecto *si*, ut passim. 33. *sub.* Sch. Cr.: *paulo ante*, ut:

Sub noctem exportant calathis. Acr.: *Prima lumina* (cf. Epist. 2, 2, 98, quod tempus *primam facem* appellatum esse, tradunt Macrob. Sat. 1, 3; Gell. 3, 2. H.) *dicuntur initio noctis accensa.*

34. *fert.* Graeci futuro uti solent in hoc genere, ut observat H.: οὐ θᾶττόν τις οἴσει ἔλαιον; Ceterum recte Sch. Cr.: *oleum petit*, ut unctus et lotus abeat coenatum.

35. *blateras.* Fest.: *blaterare, stulte et percupide loqui.* Sed latius patet vocabuli potestas. Cf. Non. 2, 79, Fulgent. de priso. serm. 12, H. ad h. l., qui sic explicat: Worte schnell hinter einander im Zorn, in der Furcht, überhaupt ohne Besonnenheit, ausstoſsen, h. e. festinanter parumque cogitate loqui, sive metu, sive ira, aliave animi perturbatione. *fugisque.* Languidum hoc videtur editori Vratislaviensi; mihi non item, sed plane sentio cum Bentlejo, Pea, aliisque, istam lectionem tuentibus. Significatio furoris, h. e. irae, inest verbis *blateras* et *magno clamore:* quorsum igitur *furis* ταυτολογικόν? Sed *fugisse* Horatium, h. e. celeriter se abripuisse, id dicendum erat, ut intelligeretur, quo pertinerent malae imprecationes Mulvii et scurrarum, domi eum non offendentium. *Fugis*, velociter abis. Vid. Acro. Feae laudatus. Od. 2, 1, 19.:

> Jam fulgor armorum *fugaces*
> Terret equos equitumque voltus.

ubi vet. Schol.: *Hodieque fugam pro velocitate dicimus, cum de equis loquimur.* Sed non de equis modo id valet. Vide Non., Stat. Theb. 6, 401, 558, 592, 597 etc. Gronov. ad Senec. Thyest. 629: „*Fuga* huic auctori *quaevis velox itio.* Habet compluries in Natural. Quaestionibus.“ Sic autem Noster (ut in eo subsistamus) *fugam temporum* dixit Od. 3, 30, 5, Virgiliani fortasse memor istius

> At *fugit* interea, *fugit* irreparabile tempus;

et *fugaces annos* ibid. 2, 14, 1, et *lymphaṃ fugacem* 2, 3, 12.; Epist. autem 2, 2, 205. cum legimus:

> Non es avarus: abi. Quid cetera? jam simul isto
> Cum vitio *fugere*?

nihil aliud intelligimus, quam quaeri, an cetera omnia vitia

simul cum avaritie abierint. Et ita saepius illis verbis usum poetam reperiet, qui attendet. 36. *Mulvius et scurrae.* Sch. Cr.: *Milvius* (nam sic ille, ut pars codicum) *et ceteri parasiti, imprecati tibi ea, quae nolim te audire; quod ideo faciunt, quia dolent se privatos coena sui patroni. Mulvius et scurrae,* ut *Pindarus novemque Lyrici* ap. Petron. Satir. 2. [pag. 9, ὦ Ζεῦ καὶ θεοί, et Aristoph. Nub. 412, monente H.:

Ὡς εὐδαίμων ἐν Ἀθηναίοις καὶ τοῖς Ἕλλησι γενήσει.

37. *ille.* Mulvius. 38. *Duci ventre.* Sch. Cr.: *esse glutonem, luxuriosum. Nasum nidore supinari* (per hellenismum) *dicitur, qui nimium* [*delectatur et*] *sectatur odores pulmentariorum.* [ita ut velut supino naso olfaciat. H.] *Nidor odor est gratus naribus.*

39. *si quid vis.* Εἴ τι βέλει. Adde, si quid vis (h. e. si vis: nam quid, ut τί, in hac formula, ad sententiam nihil confert), popino. Cic. ad Att. 7, 2.: *adolescentem, ut nosti, et adde, si quid vis, probum.* 40. *ultro.* A me non provocatus. 41. *decoris.* Cruq.: Vocabulis honesti virtutisque.

43. *drachmis,* denariis. Vile pretium servi. Lips. de Magnitud. Rom. 2, 4. Scribendum *deprenderis* propter versum. Vid. ad 5, 93. *Aufer.* Sch. Cr.: desine, cessa. Plaut. Curc. 2, 1, 30 etc. 45. *Crispini.* Vid. ad 4, 12. *Janitor* ex vilissimis servis, catenatus plurimum. Petron. Satir. 2. 28 ibique interpp., Pignor. de Serv. p. 447 seqq. 46. Haec iste fictus janitor ad equitem aliquem Rom., fortasse Propertium, vel Nasonem: nam Horatius neque ea dignitate erat, neque matronas sectabatur. Cf. 72. Poena servilis. Lips. de Cruce.

48. *sub clara nuda lucerna.* In fornice. Juvenal. 6, 121. de Agrippina, uxore imperatoris Claudii:

Intravit *calidum* veteri centone lupanar,
Et *cellam* vacuam atque *suam.* Tum *nuda* papillis
Constitit auratis, *titulum* mentita Lyciscae —
— —
— —
Obscurisque genis turpis, *fumoque lucernae*
Foeda, lupanaris tulit ad pulvinar odorem.

50. Clunib. aut agit. equum. ἐκελήτισε. Aristoph. Vesp.

501. Cruq.: Indicat turpiorem Venerem, ut Martial. ad uxorem:

Hectoreo quoties sederat uxor equo.

51. *famosum.* Sch. Cr.: *mala fama laborantem.* 52. *sollicitum* etc. Sch. Cr.: *timentem, ne alius ea utatur. Mejat.* A simili. Pers. 6, 73: *Patriciae immejat vulvae.* Cf. 1, 2, 43., ubi Sch. Cr.: *perminxerunt. stupraverunt.* 53. *annulo equ.* Vid. ad 9.

54. *Romanoque habitu.* Toga. 54. *ex judice.* Cf. 1, 4, 123. *Dama.* Servus. 5, 18. 55. *odoratum.* Sch. Cr.: *unctum. Lacerna* proprie vestis crassior militum et servorum. Cf. Sch. Cr., H. Clav. Cic. h. v. 56. Sch. Cr.: *Non es tu servus, quem te esse fingis? Quasi dicat: Maxime. induceris. in domum adulterae.* 58. Idem: *Hoc est: nihil interest inter gladiatorem et adulterum: nam gladiatores ita se vendunt* et cautiones faciunt: *uri, virgis, ferro, necari.* [Acr.: *uri flammis, virgis secari, ferro necari.*] Cf. interpp. ad Petron. 117. p. 540.

59. *Auctoratus.* Sch. Cr.: *addictus, condemnatus. Qui se vendunt ludo, auctorati vocantur: auctoratio enim dicitur venditio gladiatorum cum conditione emtoris. Auctoratus uri* etc. Quasi dicas *obligatus, coactus uri* etc., obligatus, ut te uri etc. patiare, si quid deliqueris. Milites quoque auctorati dicuntur, cum sacramento adstricti sunt. Vid. Budaeus ap. Cruquium. *Eas.* Sis, ut recte H. Senec. Herc. Oet. 283: *Non ibo in pulta.* Virg. A. 1, 46.: Ast ego, quae divûm *incedo* regina. *In arca.* In quam demissus es ab ancilla conscia (1, 2, 130), marito superveniente. Mimorum ejusmodi erant argumenta. Ovid. Trist. 2, 497 seqq. Juvenal. 6, 44. Dolio adulterum ipsa mulier abscondit Apulej. Metam. lib. 9. circa init. 61. *Estne.* Nonne est. Vid. ad 6, 92. Sch. Cr. ad 1, 2, 133. *Ne nummi pereant. Redimendo adulterio. Id est, ne, si deprehensus fuero, aut pecunia me redimere cogar, aut vapulem* [imo occidar, more majorum], *aut stuprum a marito* [vel servis ejus, 1, 2, 43) *patiar, aut certi* (certe) *adulterii reus, infamis fiam* Cf. H. et, quem laudat, Lips. Excurs. ad Tacit. Ann. 4, 42, et infra 64 sequ. Adulteram etiam ipsam interficiendi jus erat marito, et dotis parte multabatur. Vid. Cruq. ad 1, 2, 131. 63. Sch. Cr.: *illa tamen* etc. *Id est: non deponit ingenuitatis insignia* (stolam), *ne-*

que se loco mutat, quia non exit domo sua, ut ipsa sectetur te. Haec πρὸς τἀναντία dicta sunt: nam ipse herus [imo eques ille, quem appellare fingitur janitor Crispini], *deposito habitu ingenuitatis* [toga], *induit turpem, ne quis eum cognoscat, et relicta domo sua ingreditur domum alterius.* Cruq.: „Haec tria, mutare habitum, mutare locum, peccare superne, sunt meretricia. — Epigrammatarius lib. 1. (2, 39.):

Coccina famosae donas et iantina moechae.
Vis dare, quae meruit munera? Mitte togam.“ —

Recta haec, quod ad habitum et locum (Suburam, Epod. 5, 58) attinet. Sed quid sibi vult vir doctus, cum dicit, peccare, quod vocat, superne esse meretricium? Num Andromache fuit meretrix? (vid. Martial. l. l. ad 50.) Et rursus meretrix id, quod hisce verbis significari putant, *κελητίζειν*, facere dicitur 50. Sic tamen etiam H. ad versum sequ.: *Non peccat superne*, inquit, [matrona] *sed muliebri patientia succumbit patranti superne adultero.* Neque alius sensus ex illis verbis elici potest. Sed eo ipso signo agnoscitur, corrupta esse, recteque Nannium Miscell. lib. 4. reponi jussisse *peccatve supine*, h. inconsulto, temere, stulte. Vocabula *supine* et *supne* (h. e. superne: nam eo compendio scribi solet) simillima sunt, ut facile commutari inter se potuerint. Jamque minime inepta existit sententia haec, matronam moecham, dum timeat, ne amator se ludat maleque habeat, si ad ipsum eat, neque stolam ponere, neque domo sua exire, vel omnino inconsulto peccare, sed sibi famaeque et rei providere, cum adulter, ultra foeminam stultus temerariusque, omnia sua pro nihilo ducat, brevisque voluptatis causa maxima subeat pericula. 64. Vid. praegressa nota. 66. *Ibis sub furcam.* 22. Ceterum vid. not. ad 61. *Prudens* (providens). Sch. Cr.: *sciens.* Terent. Eun. 27.: *prudens, sciens, Vivus videnque pereo*, ubi Donat.: *Prudens est, qui intelligentia sua aliquid sentit. Dominoque.* Marito.

68 *Evasti.* Vid. ad A. P. 129. *Credo* ironicum, ut saepe. Vid. Bentl. 71. *prava.* Perversi judicii. Donat. ad Terent. Adelph. 3, 3, 37.: *Pravum* est, quod et ipsum laedit facientem; *malum*, quod alios tantum. 72. *Neque — remotis.* Timore tantum abstinere cum dicit ab adulteriis. 75. *rerum*,

Sch. Cr.: *cui pecunia, amor, libido, homines tot tantique imperant, dignum est te imperare mihi?* 76. *minor.* ἧσσων. *Vindicta.* Sch. Cr.: *Virga praetoris, qua percutiebantur servi, dum* (cum) *liberi fiebant, manumittebanturque capiti impositâ. Tribus namque rebus fit manumissio* (Manumissio justa; Lips. ad Tacit. Ann. 13, 27.), *vindicta, censu, testamento.* Cf. Cic. Top. 2, et doctissimum Unterholznerum ap. H. ad h. l. 77. *formidine.* Cruq.: ab effectu. *Privet.* Liberet. Vid. Clav. Cic. Similiter *carere febri, dolore*, aliaque ejusmodi dicuntur. 78. *Adde super.* Superadde, adde insuper. H., qui *dictis* huc referendum putat, cum Bentl. aliique verba ita construunt: *quod non valeat levius* (minus) *dictis.* (Daran schliefst sich vermöge der Stellung als Dativ *dictis.*) Non multum interest. 79. Sch. Cr.: *Soletis vos, inquit, ingenui disputare, utrum servus servi sit vicarius dicendus, an conservus. Ergo cum tu dominus meus aliis servias, i. e. vitiis et voluptatibus, ego certe tuus vicarius sum dicendus aut conservus.* Ulpian. l. 15. tit. 1. leg. 17.: Si *servus meus ordinarius vicarios* habeat etc. Cf. Clav. Cic. v. Vicarius.

82. Sch. Cr.: *Notatur ludus quidam, quo simulacra ligneu nervis moveri et agitari solent.* Νευρόσπαστα (Marionetten). Cf. Herodot. 2, 48. (nam apud Aegyptios quoque is ludus usitatus fuit), Apul. de Mundo p. 125., Casaub. ad Pers. 5, 129 etc. Eadem imagine Plato utitur de Legg. 1. p. 644. E.

83. *sibi qui imperiosus.* Sch. Cr.: *qui se regit, et non ducitur libidinibus.* Plin. H. N. 34, 8.: *imperiosus sui,* ἐγκρατὴς ἑαυτοῦ. Cf. Senec. de Benef. 5, 7; Epist. 75. 85. *responsare.* 103; 2, 4, 18. Omnia haec ex disciplina Stoica. Vidd. Bentl. et H. Cic. Parad. 2.: *Non potest non beatissimus esse, qui totus aptus est ex sese, qui in se uno ponit omnia.* (ὅςτις πᾶς ἐςιν ἐν ἑαυτῷ.) 86. *teres atque rotundus.* Ut sphaera, cujus formam perfectissimam veteres putantes mundo tribuebant, ut philosophi Eleates, Empedocles, Plato, Stoici. 87. *Externi ne quid.* Sch. Cr.: τὶ τῶν ἐντός, *externa et fortunae* [*bona*]. *Per léve. Metaphora a lévi ligno, sive marmore, cui si quid imponas, haerere non potest. Ita nec sapientem vitia contingunt* etc.

88. *mancus* proprie manibus dicitur, ut pedibus claudus. Μεταφορικῶς autem significat *invalidam, inefficacem, — quia*

fortunae impetum (sapiens) *non pertimescit.* 89. *quid.* aliquid, quo modo inprimis *Si quis* dicitur pro *Si aliquis.* (Cf. tamen Clav. Cic. v. Si.) Sed alibi quoque is usus reperitur. Ipse Noster Epod. 16, 23.: Sic placet, *an* melius *quis* habet suadere? Plaut. Pseud. 1282.: heus, Simoni adesse me *quis* nunciate. Sallust. Jug. 45.: ne quisquam in castris panem *aut quem* alium coctum cibum venderet. Cic. de Legg. 2, 25. sub finem: *cum quid* veri erat etc. *Noscere*, agnoscere.

95. *Pausiaca — tabella.* Plin. H. N. 35, 11. *Pamphilus quoque, Apellis praeceptor, non pinxisse tantum encaustica, sed etiam docuisse traditur Pausiam Sicyonium, primum in hoc genere nobilem. — Parvas pingebat tabellas, maximeque pueros.* Sed et grandes, Plinio ibidem teste, sicut spectatam in Pompeji porticibus boum immolationem. Plin. l. l.: *Amavit in juventa Glyceram municipem suam, inventricem coronarum* (? 22, 2. vocat *coronariam*) *certandoque imitatione ejus ad numerosissimam florum varietatem perduxit artem illam. Postremo pinxit illam sedentem cum corona, quae e nobilissimis ejus tabula appellata est Stephanoplocos, ab aliis Stephanopolis, quoniam Glycera venditando coronas sustentaverat paupertatem. Hujus tabulae exemplar, quod apographon vocant, L. Lucullus duobus talentis emit a Dionysio Atheniis* etc. Floruit Pausias, ut ait Plin. 21, 2., post Olympiadem centesimam, sive anno circiter a. U. C. 380, ante Christum vero 370. 96. *Fulvi* etc. Nomina gladiatorum, quorum imagines in publico exponi solebant a munerum editoribus. Plin. H. N. 35, 33. Lips. Saturn. 2, 18. 96. *Placidejanus* seu *Pacidejanus* non Lucilianus ille gladiator est, de quo saepius Cic. (vid. Clav. Cic.) et Non. 4, 62., sed alius recentior. Ceterum vid. not. ad 5, 93. 97. *contento poplite.* Sch. Cr.: *quoniam gladiator, dum dimicat, extendit suum poplitem* etc. 100. *Cessare* in vitiis servorum. Cf. Epist. 2, 2, 14. 101. *veterum.* Scriptorum, tabularum, signorum. *Callidus*, Kenner. 3, 23.

102. *Nil ego.* Sch. Cr.: *audio, dicor homo nullius momenti et nihili.* (*Οὐδέν εἰμι.*) — *Libum est placentae genus.* Cat. de R. R. 75. 103. *responsat.* resistit. Cf. 85. 105. *Enim* tertio loco, ut Lucret. 1, 681. Cic. ad Att. 14, 6.: *Odiosa illa enim* etc. Similiter γὰρ Graecorum, quod etiam quarto loco positum invenias. Hemsterh. ad Lucian. Dial. Mort. 25. init. H.

106. *sumi.* Emi, auferri. *Avertere* pro eodem dixit 4, 37.

107. *Nempe.* Acr. ad 1, 10, 1.: *Nempe aut confirmantis, aut interrogantis.* Vid. ibi H. *inamarescunt.* Sch. Cr.: *quia neque concoquuntur, neque digeruntur.* Cf. 2, 75. 108. *Illusique.* Idem Sch.: *titubantes, vacillantes,* tanquam decepti multo vino et cibo. Plaut. Pseud. 1242.:

Quid hoc? siccine hoc fit, pedes? statis, an non?
An id voltis, ut me hic jacentem aliquis tollat? etc.

Vitiosum. Sch. Cr.: *aegrum cruditatibus.* 109. *sub noctem. Ne quis animadvertat.* 110. *mutat.* Μεταβάλλει, μεταλλάττει, μεταμείβει, tauscht. Vid. H. ad Plat. Phaedr. §. 39. *Uvam mutat strigili* per hypallagen pro hoc; *qui uva strigilem mutat.* Cf. Od. 1, 17, 1; 2, 12, 23; 3, 1, 47; Epod. 1, 27; 9, 28. Plin. H. N. 34, 17.: *India neque aes neque plumbum habet gemmisque suis ac margaritis haec permutat.* Strigilis στλεγγίς. Douz. Praecidan. 1, 24. Sch. Cr.: *Instrumentum est aeneum, quo sudorem solent in balneis* (et palaestris) *homines detergere deraderequc.* 112. *tecum.* Domi. Cf. seqq. Sch. Cr.; *Otia recte ponere* (τιθέναι) *dicuntur, qui tempus otiosum bonis artibus impendunt.* 113. Ulpian. Dig. l. 21. tit. 1. fr. 17.: *Proprie erronem sic definimus, qui non quidem fugit, sed frequenter sine causa vagatur et, temporibus in res nugatorias consumtis, serius ad dominum redit.* Dig. l. 49. tit. 16. l. 4. §. 14.: *Levius delictum emansionis habetur, ut erronis in servis, desertionis gravius, ut in fugitivis.* 114. Scribe *Curam:* nam persona est. Cf. sequ. versum. 115. Cf. Od. 2, 16, 21; 3, 1, 39, et de toto loco Lucret. 3, 1076 seqq., Senec. de Tranq. An. 2.

116. *Unde mihi.* 5, 102. *Sagittas.* Cf. Od. 3, 26, 7.

117. *insanit* etc. Cf. 2, 3, 321. Sch. Cr.: *versus facit. Poëturum more furit. Ocius* etc. *Quasi octo servos herus miserit in ergastula agri Sabini.*

Sat. 2, 8, 1. *Nasidieni. Rufus* audit v. 58; unde Salvidienum Rufum, de quo Sueton. Aug. 66., tangi Lamb. aliique putant. Sed ejus vel humiles natales, vel ingratus et malevolus animus, vel denique consulatus, quae commemorat historicus, quid commune habeant cum Nasidieno, non intelligo, nec nominis tantum similitudine patiar me duci. Recte, ni fallor,

Sanado: „C'étoit Nasidiénus Rufus; nous n'en sçavons pas davantage.“ Acro tamen equitem Rom. fuisse dicit. Ceterum nomen τετρασυλλάβως pronuntiandum est, altero i liquescente, ut in *ariete*, *abietibus*, apud Virgilium. Vide Bentl. ad h. l., nos ad Plaut. Amph. prol. 74. Quam rationem Cruq. improbans, tanquam indignum sit, Horatium paucis in versibus eandem syllabam nunc producere, nunc contrahere (cf. 75, 84) citra omnem, ut ait, necessitatem, neque animadvertit, haec si negligentia appellanda sit, metri negligentiorem esse Nostrum in satiris (vid. ad 6, 35); neque (quod maximum est) memor fuisse videtur aliorum locorum, in quibus eadem figura utitur. Et in satiris quidem et epistolis, quarum idem fere χαρακτήρ, ejus rei exempla haec sunt. Sat. 1, 7, 30:

Vindemjator (nam sic pronuntiandum) et invictus, cui saepe viator —

Sat. 2, 3, 245:

Luscinjas soliti impenso prandere coëmtas.

Et e littera extrita Epist. 2, 2, 120:

Veh'mens et liquidus puroque simillimus amni;

u vero pro consona usurpato in vocabulo *pituita* Sat. 1, 1, 108; 2, 2, 76. Horum locorum tres sunt, Sat. 1, 1, 8; 1, 7, 30; 2, 2, 76, quibus necessitate metri compulsus ita scripsisse Horatius videatur; reliquorum paulum immutatis verbis vitari poterat synaeresis, velut Sat. 2, 3, 245., *lusciniola* legatur ap. Plautum, tuto reposuisset Noster, si tanti existimasset:

Impenso lusciniolas prandere (perfect.) coëmtas.

Verum ut hisce quidem omnibus in locis metro servierit poëta, quid causae fuit, cur etiam in odis politissimis eodem jure, seu mavis eadem licentia, uteretur? Od. 3, 4, 41. dixit:

Vos lene *consiljum* et datis, et dato
Gaudetis almae.

Num eo quoque loco fieri versus aliter non potuit? Minime: nam scribi vel hoc vel quiddam simile licebat:

Lene et datis vos consilium, et dato etc.

et Od. 3, 6, 6. nisi quid melius succurrisset:

Huc exitum, omne huc principium refer,

pro eo, quod legitur:

Hinc omne *principium*, huc refer exitum.

Sed apte verba collocare maluit quam versiculum levigare, fecitque haud cunctanter idem, quod Lucretius, cum scripsit *veh'menter* 2, 1031; quod Virg. cujus est, alia ejusmodi ut omittam,

Stellio et lucifugis congesta cubilia blattis.

Georg. 4, 243. Cui licentiae, si ita dicenda est, cumulum addidit Statius, eam figuram in eodem vocabulo bis usurpans Theb. 5, 597.

(Rapta cutis, *tenvja* ossa patent, nexusque madentes.)

et 6, 196.

(Obnubit *tenvju* ora comis, ac talia fletu —).

Homerum autem in hoc quoque illi sunt imitati, qui Ἰσίαιαν τρισυλλάβως posuit in Βοιωτίᾳ, eodemque modo contraxit verbum Χάλκεοι Odyss. 7, 86, Αἰγύπτιοι ibid. 3, 83, 129 etc. Raro tamen sic isti; sed Plautus et scenici Latinorum poëtae frequentissime, ut ostendi in notis ad Amphitruonem l. l. Huc accedit versûs illa concinnitas, de qua in nota subjecta (*). Quare vix dubitandum, quin haec sit Horatii manus:

(*) Concinnitatem illam versuum dico, cum eorum pars alteri pari vocabulorum casu, saepeque etiam terminatione, respondet; quam similitudinem, quae rhythmo recentiorum (dem Reime) praeludit, eo ipsis ducentibus linguarum natura atque ingenio, minime veteres fugerunt. Attigi rem nuper in Vindiciis Ovid. pag. 15., ubi versus quosdam in dimidia parte similiter atque in fine terminatos recensui. (Cf. Clariss. Vanderburgii praefat.) Quibus hos addam, quorum plerique eosdem tantummodo ibi casus habenti Virg. Ecl. 1, 1. 2.:

Tityre, tu p a t u l a e recubans sub tegmine f a g i,
Silvestrem t e n u i Musam meditaris a v e n a. —

17.: De coelo t a c t a s memini praedicere q u e r c u s.

24.: Sic canibus c a t u l o s similes, sic matribus h o e d o s.

34.: Quamvis multa m e i s exiret victima s e p t i s,
Pinguis et i n g r a t a e premeretur caseus U r b i.

42.: Nec tam p r a e s e n t e s alibi cognoscere d i v o s.

Ut Nasidieni (Nasidjeni) *juvit te coena beati?*

librarii vero, nescientes eum usum, fecerint, pro captu quisque suo:

Ut te Nasidieni juvit coena beati?

qui versus omni caesura caret,

Nasidieni qui juvit te coena beati?
Ut juvit te coena beati Nasidieni?

nam quidni etiam hoc modo unus et alter opitulari voluerit scilicet poëtae, minime laboranti? Cf. not. ad 2, 6, 35. *beati. μακαρος, εὐδαίμονος.* Vidd. Lamb. H. etc. Cruq.: *εἰρωνικῶς*, quasi infelicis et miseri, ut qui nesciat rebus suis uti etc.

2. *dictus.* Dictus es. Nihil hac ellipsi usitatius apud Latinos, Graecorum in hoc quoque imitatores. Vid. vel unus Jacobs. indice Anthologiae Palat. v. *εἰμί.* Plato, laudante H., Theaet. 4.: *Σοὶ δὲ ἐκ ὀλίγιστοι πλησιάζεσι καὶ δικαίως· ἄξιος γὰρ τά τε ἄλλα καὶ γεωμετρίας ξένια*, h. e. *ἄξιος γὰρ εἶ.* Cf. 1, 4, 6; 7, 20, nos ad Plaut. Amph. 168, locis

---

50.: Non insueta graves tentabunt pabula foetas.
59.: Nec gemere aëria cessabit turtur ab ulmo.
66.: Pars Scythiam et rapidum Cretae veniemus Oaxem.
68.: En unquam patrios longo post tempore fines.
73.: Produxit miseros. En, quis consevimus agros.
Georg. 1, 4.: Sit pecori, apibus quanta experientia parcis.
5.: Lumina, labentem coelo quae ducitis annum.
8. 9.: Chaoniam pingui glandem mutavit arista,
Poculaque inventis Acheloïa miscuit uvis.
13.: Fudit equum, magno tellus percussa tridenti.
15.: Ter centum nivei tondent dumeta juvenci.
Aen. 1, 20.: Audierat, Tyrias olim quae verteret arces.
36.: Cum Juno, aeternum volvens sub pectore vulnus.
42.: Ipsa, Jovis rapidum jaculata e nubibus ignem.
Tibullus Eleg. 1, 1, 2.:
Et teneat culti jugera magna soli.
7.: Ipse seram teneras maturo tempore vites
Rusticus, et facili grandia poma manu,
10.: Praebeat, et pleno pinguia musta lacu.

que ibi laudatis haec adde: Ennius Andromach. ap. Cic. Tusc. 1, 44.:

Vidi, videre quod me *passa* aegerrume.

Sallust. Jug. 75: nam *rati*, sese diis immortalibus curae esse. Et 79.: ita vivi *obruti* etc. *Heri* veteres, praesertim Comicos, dixisse, *here* seriores, auctor est Quinctil. 1, 7, 22. Cf. ibid. 1, 4, 8. 3. *De medio potare die.* Graece ἀφ' ἡμέρας πίνειν. Vide Eichstad. ad Ommeren., et, quos laudat, Hesych. vol. 2. p. 267, Toup. Emendd. Suid., Jacobs. Anthol. gr. Comment. vol. 8. p. 145. Cf. Epist. 1, 4, 34. Rite coenabant sole occidente. Epist. 1, 5, 3. Vid. H. *ut mihi* etc. Vid. ad 19.

4. *Da.* Cf. etiam Plaut. Bacch. 331. Cic., monente H., Acad. Quaest. 1, 3.: *Sed da mihi nunc: satisne probas?* Stat. Theb. 7, 315.: *Asopos genuisse datur.* 5. Cf. 2, 2, 18.

6. *Lucanus.* Sch. Cr.: valentissimus. Vid. de apris not. ad 2, 3, 234; 4, 40. *Leni fuit Austro captus.* Cruq.: „Amoeno temperatoque coelo, non exaestuante Austro, quo non mol-

---

Propert. Eleg. 1, 1, 1.:

Cynthia prima suis miserum me cepit ocellis,
Contactum nullis ante cupidinibus.
Tum mihi constantes dejecit lumina fastus
Et caput impositis pressit Amor pedibus.
— —
Improbus, et nullo vivere consilio.
Et mihi jam toto furor hic non deficit anno,
Cum tamen adversos cogor habere deos, etc.

Noster Od. 1, 7, 7:

Undique decerptam fronti praeponere olivam:

11.: Nec tam Larissae percussit campus opimae.

15.: Albus ut obscuro deterget nubila coelo.

23.: Tempora populeâ fertur vinxisse coronâ.

Homer. Iliad. 1, 11.:

Οὔνεκα τὸν Χρύσην ἠτίμησ' ἀρητῆρα.

17.: Ἀτρεΐδαί τε καὶ ἄλλοι ἐϋκνήμιδες Ἀχαιοί.

Cf. ibid. 21, 22, 27, 31, 52, 58, etc. Haec ex uno quaeque carmine, quibus similia quivis facile reperiet, ubi quaeret. Eodem igitur modo Horatium h. l. scripsisse puto:

Ut Nasidieni juvit te coena beati?

lescere tantum ferina, verum etiam facile putrescere atque corrumpi solet; quemadmodum ait satyra 2. hujus libri (41.): At vos, o Austri, *coquite* horum obsonia. Quare leni Austro captum dicit, quo celet ejus foetorem." Verba *leni — pater* parenthesi includenda sunt. 7. *coenae pater.* Sch. Cr.: *pastor* (?), *pater familias, coenae praebitor.* H. comparat Graeca πατὴρ (auctor) λόγε, δόγματος, βίβλε etc.

9. *Pervellunt.* Sch. Cr.: *Cum quadam delectatione pungunt* et *exsuscitant, vellicantque et permovent stomachum fastidientem ad ὄρεξιν. Siser.* Id.: *genus oleris utile stomacho.* Σίσαρον, Sium Sisarum Linn. Plin. 19, 28; 20, 17. Schneid. Scriptt. rust. indice. *allec, faecula Coa.* 4, 73. 10. *alte cinctus.* Ut expeditior esset. 1, 5, 5 etc. Cf. tamen not. ad 70. *acernam.* Sch. Cr.: *de acere confectam. — unde fiunt tabulae. Et hoc notat ejus sordidiem, quod pro divitiis non habuerit mensam citream seu vermiculatam.* De citro vid. Plin. 13, 29 seqq. etc. 11. *Gausape.* Idem Schol.: *Mappa villosa* [lintea]. *hic gausapes.* Imo *hoc gausape, is*, dicitur et *haec gausape, es.* Vide H. et J. H. Voss. ad Virg. Georg. 4, 377. Non male H. purpureum gausape acernae mensae parum convenisse dicit. 12. *Sublegit.* Sch. Cr.: *ἀνελέξατο.* Ejusmodi servus vocabatur *Analecta*, ut monet H. Cruq.: Hoc enim moris erat in coenis sollemnibus, ut ex toto famulatu adstante alter reliquias colligeret, quae de mensa cadunt, alter murmur compesceret, alius sputa e pavimento, et si quid praetera esset immundi, verreret. 13. *Ut Attica virgo.* Idem: Periphrasis *κανηφόρε*, h. e. canistriferae virginis, quae, quasi pertaesa virginitatis, sacra Cereri ferebat in canistro, ut, quasi exauctorata, viro nuberet. Vide Halicarnass. lib. 2. Antiquitatis Rom., et adagium Ingredi Junonium. Scb. Cr.: *Ridet nimiam pompam in tenui apparatu. Fuscus Hydaspes.* Servus Indus, ut ex colore (kupferfarbig) et nomine (cf. Od. 1, 22, 8.) intelligas. 15. *Caecubi* vini fama, de qua Strabo 5, 7., tempore Plinii (H. N. 14, 8, 1.) obsoleverat, *incuria*, inquit, *coloni locique angustia* etc. Ceterum iste tractus in finibus Latii et Campaniae generosissimorum ferax vinorum Italiae. *Chium maris expers.* Recte, nisi omnia me fallant, Cruq. secundum alterum suorum scholiorum: Id est: non Graecum, neque ex Chio insula in Italiam allatum.

sed in Italia natum factumque, et (malim: *vel certe*) pertenue (et proinde malum), ut quod marinam non ferret. De vino Graeco factitio lege Catonem, de vino autem marino conficiendo Dioscoridem. Cf. H., qui monet, *duo genera vini* apponi parum fuisse pro tali convivio, quorum quatuor apposuit Caesar in tertio consulatu teste Plin. H. N. 4, 17; stulteque fecisse Nasidienum, cum de eo lapsu, fortasse non animadverso, se excusaret, meliora vina Maecenati, si vellet offerens, ut solent, qui dant inviti. 16. De *Albano* vino cf. Plin. 14, 8, 3. De eo et *Falerno* Athen. 1. p. 33. A.: Τῶν δ' οἴνων χαριέστατος ὁ κατὰ τὴν Ἰταλίαν Ἀλβανὸς καὶ ὁ Φαλερνίτης. Cf. ib. p. 26 D. 18. *Divitias miseras.* Scribendum, ut scripsit H.: — *utrumque*, *Divitas mis.*, ut ipse Nasid., contemtu affectato, Albanum et Aalernum, vina pretiosissima, vocet divitias *miseras*, h. e. pauperes neque magni faciendas. Aliorum explicationes frigent. 19. *pulchre fuerit tibi.* Bene seu pulchre iis esse dicitur, qui laute vivunt. Cf. 4; 2, 2, 120. Plaut. Cas. 141: *illi ubi bene sit ligno, aqua calida, cibo, Vestimentis.* Mercat. 572.:

Quid stamus? quin ergo imus atque obsonium
Curamus, pulcre ut simus?

20. De tricliniis seu tribus lectis coenantium, vid. H. et, Salmasium ad Solin. p. 886. Cr.: Romanis nonnunquam locus honoratior summus in mensa fuit; aliquando vero in medio discubuisse magnificentius putabant; at in imo convivii dominus accumbebat; quod hic ab Horatio videmus observatum: nam in medio lecto Maecenas cum suis umbris Balatrone et Vibidio, Nasidienus in imo discubuit cum suis convivis Nomentano Porcioque. 22. *umbras.* Epist. 1, 5, 28. 25. *ad hoc.* Aderat. *qui.* Ut. H. Cf. 2, 1, 37 etc. Ejusmodi homines vocabantur *nomenclatores.* Vide Petron. Satir. 47. p. 239, Plin. H. N. 32, 21, 15. Cf. 28. 26. *indice — digito.* Porph.: *Hoc ideo, quia certis nominibus singuli digiti nominantur. Et sunt haec nomina pollex, index, famosus* (*infamis* Pers. 2, 33., *medius*: cf. Juven. 10, 52, Martial. 2, 28, 2.), *medicus* (*medicinalis* Macrob. Sat. 7, 13, in quo annulum ferebant), *minimus. Cetera turba.* Praeter Nomentanum. 29. *Passeris.* Marini. Pleuro-

nectes Flesus Linn. (Flunder) fuerit, vel Raja Batis Linn. (Stachelroche). Cf. Plin. H. N. 9, 36; Colum. 8, 16.

30. *Ingustata.* Non antea gustata. Εἰρωνικῶς. De *rhombo* ad 1, 2, 116. 31. *melimela* Plin. 15, 15: *Mustea* (mala) *a celeritate mitescendi, quae nunc melimela dicuntur a sapore melleo.* Cf. Varr. de R. R. 1, 59. Mala ad bellaria pertinere, quae tamen hic inter pisces et carnes apponantur, monet H., in quo inscitiam suam et perversitatem judicii prodit bonus convivator. *Minorem.* Decrescentem. H. 34. Sch. Cr.: *damnose. hoc est ita multum, ut damnum sentiat, qui convivium praebet. Moriemur inulti. Quasi miseri. Hoc execrantium est cibos, et comminantium in pocula ad vindictam.* Baxt. comparat Virgilianum illud, quod posui in nota ad 7, 21. 36. *parochi.* Εἰρωνικῶς. Vid. Clav. Cic. et cf. 1, 5, 46. 38. Hoc quoque εἰρωνικῶς. Nihil nisi damnum Nasid. metuebat. 39. *Allifanis.* In Allifana pocula. *Vinaria.* lagenas. Vid. H. Sch. Cr.: Est *Allifanum dictum ab Allife* (*Allifae* vocatur Liv. 8, 25 etc.), *oppido Samnii, ubi majores calices fiebant.* 42. *squillas.* 4, 58. *Muraena.* Mur. Helena Linn. (Meeraal). Quanti hunc piscem fecerint Romani, praesertim captum in freto Siculo, novimus ex Plinio 9, 79, 81, etc. 43. *Sub hoc.* Ad hoc, ut dicitur *sub aliquod tempus* pro *circa.* Vid. H. ad 1, 1, 10, et, quem laudat, Drakenb. ad Liv. 2, 55. init. 44. Recte Cruq.: Arbitror Horatium hic ludere physicam Nasidieni rationem.

45. Vid. ad 4, 66, 69. *Prima.* Sch. Cr.: *Optima.* Cruq.: Scribit Colum., tres esse labrorum ordines, quorum unus primae notae capit oleum, alter secundae, tertius postremae. *Prima* itaque cella pro prima pressura ponitur, quando videlicet oleum nulla fere vi, sed ultro, quasi lixivium, defluit. Ita et eruditissimus Manso ap. H. 46. *garo* etc. Vid. 2, 4, 63.

47. *citra mare nato.* Sch. Cr.: *vino Italo.* 50. *Methymna* oppidum in Lesbi insulae parte septentrionali, vino celebre. *Vitio*, in vitium, acorem. *Uvam.* Vinum. Sch. Cr.: *vit. mut. Dum mutatur* (umschlägt) etc. 50. Recte, qui: *mutaverat*, ut Ven. Lamb.: non enim, quale esse debeat acetum, sed quale revera fuerit, narratur. *Mutaverit* quomodo pertineat ad verba *sic convenit*, non intelligo. 51. *Eruca*, εὔζωμον, ut auctor est Schol. Cr., brassica eruca Linn. Ital. ruchetta, Gall.

roquette (Rauke, weisser Senf, „eine Gemüspflanze, deren Samen man wie Senf zum Würzen gebrauchte," H.) Schneider ad Colum. 2, 3, 29 etc. 51. Sch. Cr.: *inula ἑλένιον Graece, herba.* Cf. 2, 44, Dioscorid. 1, 27, 28. (Alant.) 52. *illotos* etc. Cruq.: Curtillus (unus ex hoc genere Epicureorum) monstravit incoquere echinos inlutos, h. e. e vasis, ubi sale conditi et repositi fuerant, cum sua salsugine exemtos in hoc jure coquere, *ut melius* (hellenismus, *ὡς κρεῖττον ὄν*), [*ut multo suavius* ait 39.], i. e. tanquam hoc sit sapidius quam cum ea muria, quam testa marina, id est orca Byzantia (ut dici Catius, 4, 66) ad nos remittit etc. Sed recte H. observat, si ita interpreteris verba *testa mar.*, non *remittit* dicendum esse, sed *mittit*, intelligitque animalia testacea (4, 31), e quorum inprimis succo muria videatur parata esse. *Remittit.* Pressa. Cf. 4, 69, Epist. 2, 1, 235. 54. *aulaea.* Sch. Cr.: *Apud vett. tensis aulaeis exercebantur convivia; unde permansit consuetudo militibus, ut tentoria habeant. Sub cameris autem tendebantur, ut si quid pulveris cederet, ab ipsis exciperetur.* Παραπετάσματα, αὐλαίαι (Baldachine), cum tricliniorum non essent tecta laqueata (caelata laquearia Senec. Epist. 90). Cf. Od. 3, 29, 15. Vid. tamen Fea. 56. *Campanis.* Sch. Cr.: *In planis locis plus est pulveris quam in montosis; Campania autem in campis sita est, unde etiam nomen accepit.* 57. *majus veriti.* Id.: *ruinam domus timentes posito capite.* Sch. Cr.: *in lectum.* (lecto.)

59. Quis *esset* finis — *tolleret*? H.: Pro *fuisset*, — *sustulisset.* Vidd. Heusing. ad Cic. de Off. 3, 19; 2, H. ad 1, 3, 4, nos ad Plaut. Aul. 696. 63. *mappa.* Sch. Cr.: *Ne audiretur ridere: mappa namque os occludebat.* Vid. ad. 4, 81.

64. *suspendens* omnia naso. Idem Schol.: *Omnia irridens.* H. ad 1, 6, 5 hoc illud esse monet, quod Graeci dicant *σιμὸς γελᾷν, διασιμᾶν, σιλλαίνειν*, confertque 7, 38, Pers. 1, 40, Hemsterh. ad Polluc. 9, 148, interpp. ad Hesych. v. *διασιμᾶν.* 65. *Haec est conditio vivendi.* Sch. Cr.: *Ut etiam in prosperis adversa non desint.* 67. *Tene* etc. Vid. ad 2, 4, 83.

68. Omnia haec *εἰρωνικῶς*, nec male adustum revera panem fuisse censet H., etc. 70. *Praecincti recte.* Tunicis non justo altius succinctis. 10. per euphemismum, ut videri potest, *puer alte cinctus dicitur* pro nimis alte cincto, cum vel brevior

esset ejus tunica, quam deceret, vel altius praecincta ad alliciendos oculos convivarum, si forte formosus esset. Philo de vita contemplat. p. 896. ed. Hoesch. de servis in coena ministrantibus: *οἱ παῖδες ἔτι ὄντες οἰνοχοῶσιν, ὑδροφορῶσι δὲ βέπαιδες λελεμένοι καὶ λελειασμένοι, τά τε πρόσωπα ἐντρίβονται καὶ ὑπογραφονται καὶ τὰς τῆς κεφαλῆς τρίχας εὖ πως διαπλέκονται σφηκέμενοι· βαθυχαῖται γάρ εἰσι· — χιτῶνάς τε ἀραχνοϋφεῖς καὶ ἐκλεύκους ἐπαναζωσάμενοι, τὰ μὲν ἐμπρόσθια κατωτέρω τῶν ὑπὸ γόνυ, τὰ δὲ κατόπιν μικρὸν ὑπὸ τοῖς γοναπίοις· ἑκάτερον δὲ μέρος — συσέλλοντες, ἐκ πλαγίων κόλπους ἐπαιωρῶντες, εὐρύναντες τὰ κοῖλα τῶν πλευρῶν ἐφεδρεύουσιν.* Cf. Senec. de Brevit. vit. 12. Sch. Cr. ad 10.: *Notat ejus servos incomtos, inornatos et rudes.* 72. *agaso.* Εἰρωνικῶς. Sch. Cr.: *Agaso proprie dicitur servus, qui jumenta curat. Hic autem satirice escarum ministrum agasonem appellavit, quem vulgo dicunt infertorem.* Ad augendum, ostentationis causa, numerum servorum ministrantium revera agasonem adhibitum fuisse non male existimat H., quem statim Balatro olfecerit. 74. *nudare.* Sch. Cr. *demonstrare, probare.* 75. *Di tibi.* etc. Similiter Plaut. Asin. 32.: *Di tibi dent, quaecunque optes.* Cf. Mil. glor. 4, 2, 65 etc. Hom. Odyss. Z, 180.:

Σοὶ δὲ θεοὶ τόσα δοῖεν, ὅσα φρεσὶ σῇσι μενοινᾷς.

Vidd. Wagn. et H. 77. *Et soleas poscit.* Soleae, propriè feminarum, pars erant habitus coenatorii. Ponebant discubituri, puerisque servandas dabant, quos eas coena finita, vel si quid insperati accidisset, poscebant. Vid. inprimis Gataker. Adverss. miscell. 2, 19. et H. ad h. l. 78. *divisos.* Quia singuli inter se furtim colloquebantur, hominemque deridebant. Sch. Cr.: *Notandum, quod* [*in*] *ipso versu sit imitatus sonitum susurri,* ut *Lento ducunt argento,* et *Sale saxa sonabant.*

81. *fracta.* Cruq.: Casu aulaeorum. 83. *fictis rerum.* Sch. Cr.: *jocis: quia qui vult movere risum, se fingit aut moestum, aut iratum, aut hilarem etc. instar mimorum. Aut ridetur propter figmenta Nasidieni et ejus sordes. Secundo. hypocritam agente, sub-*

sequente, *subserviente*, *pocula etiam poscente*. *Secundabat omnia jocis suis*. 87. *gruis*. Vid. ad 2, 49. 88. *Pinguibus*. Cruq.: „Rectibus, vel ab effectu, quod impinguant.“ Opponuntur *ficis siccis* seu siccatis. Plin. 23, 63. *Pastum. συκωτόν*, ficatum. Reines. Var. Lectt. 3, 4, p. 394. Salmas. ad Solin. p. 343. Plin. H. N. 10, 27.: *Nostri sapientiores, qui eos* (anseres) *jecoris bonitate novere. Fartilibus in magnam amplitudinem crescit; exemtum quoque lacte mulso augetur* etc.

89. *ut multo suavius*. Hoc quoque exceptum ore Nasidieni. Sch. Cr.: *Lumbi plus habent carnis, armi vero duriores sunt*. Vid. ad 4, 44. 90. *adusto*. Sch. Cr.: *asso*. Sed male, monente H. Revera istae aves adustae erant, et quas comedere nemo vellet, unde et iis non gustatis convivae aufugerunt: nam quod *suaves res* dicit Fundanius, itidem ironicum est, ut tantum non omnia in hoc carmine. 91. *merulas*, *κοσσύφους*, turdos merulas Linn., Amseln. *Palumbes*, Columba Palumbes Linn., Holztaube, Ringeltaube, *φάττα*. J. H. Voss. ad Virg. Eclog. 3, 69. *Sine clune*. Absurdum hoc. Favorin. ap. Gell. 15, 8.: *Praefecti popinae atque luxuriae — negant — ullam avem praeter ficedulam totam comesse oportere; ceterarum avium atque altilium nisi tantum apponatur, ut a clcuniculis inferiore parte saturi fiant, convivium putant sordere; superiorem partem avium atque altilium qui edunt, eos palatum non habere*. 92. *causas*. Sch. Cr.: *Si nobis non recitasset causas non allatarum clunium et lumborum*. Non male. Certe *εἰρωνικῶς* verbum grave *causarum* posuit in re levicula. Notum illud:

Felix, qui potuit rerum cognoscere causas!

94. *illis*. Sch. Cr.: cibis. Dicitur *afflare alicui rei*, et (quod quidem usitatius) *aliquam rem*. Propert. 2, 22, 17.:

Afflabunt tibi non Arabum de gramine odores.

Tibull. 2, 1, 80.:

Felix, cui placidus leniter afflat Amor.

95. De *Canidia* ad 1, 8. *Afris*. Od. 3, 10, 18.

ANNOTATIONES
AD HORATII EPISTOLAS.

Epist. I, 1, 1.

Prima dicte mihi, summa dicende Camoena.

H. e.: Semper a me canende atque celebrande. Hom. Il. I, 96.:

Ἀτρεΐδη, πύδιστε ἄναξ ἀνδρῶν Ἀγάμεμνον,
Ἐν σοὶ μὲν λήξω, σέο δ' ἄρξομαι.

cujus similia Theognidis et Theocriti profert ad h. l. Lamb.

2. *Spectatum.* Sch. Cr.: *probatum rude.* Id.: *missione. Erat autem rudis virga, quae gladiatori* (laudato, sed aetate jam debili) *dabatur in signum missionis artis gladiatoriae.* 3. *ludo.* Tanquam ludo gladiatorio, ut recte monet San. 4. *Vejanius.* Sch. Cr.: *Nomen proprium gladiatoris nobilissimi.* Elegantissima lectio libri Bersmann. Vagans copula est glossatorum.

5. *Herculis.* Fundani, ut narrat Acro. Hercules inter deos artis gymnasticae. *ad postem.* Templi sive aediculae, quales ubique habebat in Graecia et Italia. 6. Sch. Cr.: *Gladiatores petituri rudem ex media arena consueverunt se ad crepidinem circi ita conferre proximos, ut possent populum tristi vultu exorare* etc. Non semel Vejanius rude donatus erat, sed in gratiam populi aut patroni saepius in arenam redierat; quales gladiatores vocabantur *rudiarii.* Sueton. Tiber. 7.: *Munus gladiatorium in memoriam patris, et alterum in avi Drusi, dedit, — primum in foro, secundum in Amphitheatro, rudiariis quoque quibusdam revocatis auctoramento centenûm millium.* 7. *Est mihi.* Sch. Cr.: *Philosophus.* Cruq.: *Ἐστὶν ὅς.* hellenismus. Monitorem autem, qui sonat per aurem Horatii, accipio *ποιητικῶς* animae diviniorem partem, mentem ipsam vel rationem, humanorum affectuum in capite veluti praefectum, Platone auctore; vel ipsum animum, *ὃς ἐν ὠσὶ τῶν ἀνθρώπων οἰκέει,* i. e. qui in auribus hominum habitare dicitur Herodoto. *purgatum.* Sch. Cr.: *facilem ad audiendum* etc. Cf. Pers. 5, 86.

8. *Solve.* Cruq.: Sejunge a curru etc. Opportune Lamb. laudat haec Ennii ap. Cic. de Sen. c. 5.:

Sicut fortis equus, spatio qui forte supremo
Vicit Olympia, nunc senio confectu' quiescit.

9. *ilia ducat.* Sch. Cr.: *frequenter anhelet.* 10. *ludicra.* Jocos, amores etc. 11. *verum.* Sch. Cr.: *philosophiae praecepta.* Cf. Sat. 2, 3, 208. *Omnis in hoc sum.* Vid. ad Sat. 1, 9, 2.

12. *Condo.* Sch. Cr.: *in animo et memoria. depromere,* verbis et factis ostendere. Imago cellae promtuariae. 13. *duce.* Tanquam *miles. lare.* familia philosophica. *me tuter.* me sustentem, me alam, vivam. 14. *addictus.* Tanquam miles, qui jurat in verba ducis. Sic *addicere se in servitutem* dixit Livius 3, 56. Cic. pro Cael. 32.: *Addictum deditum, obstrictum vobis ac liberis vestris habebitis.* 15. *me.* Ut navem in mari. Phocylides ap. Cruq. (v. 112.):

Καιρῷ λαθρεύειν, μητ' ἀντιπνέειν ἀνέμοισιν.

tempestas. Sch. Cr.: *aut fortuna, aut casus, aut animi inclinatio.* 16. *agilis.* πραγτικός, negotiosus; rebus civilibus, tanquam undis, auferri me patior; *dedo me studiis reip. gerendae,* ut ait Sch. Cr. Cf. Sat. 2, 6, 23 seqq. 17. *Virtutis* etc. Ita se nonnunquam accedere dicit ad remp. administrandam, ut virtuti omnia postponat, tanquam sapiens Stoïcus.

18. Nunc more Aristippi voluptati omnia tribuo. Cic. Acad. 2, 42.: *Eorum, qui voluptatem finem bonorum esse voluerunt, princeps Aristippus.* Lactant. Instit. div. l. 3. c. 7.: *Epicurus summum bonum in voluptate animi esse censet, Aristippus in voluptate corporis.* Cf. Diog. Laërt 2, 86 Athen. l. 12 etc.

19. Cruq.: Hujus loci sententia manifesta est ex his versibus Sat. 3. lib. 2. 99.:

—— —— *Quid simile isti*
Graecus Aristippus, qui servos projicere aurum
In media jussit Libya, quia tardius irent
Propter onus segnes?

21. *opus debentibus.* Sch. Cr.: *mercenariis.* 22. *matrum.* Novercarum. Cruq. 24. *id.* philosophiam. 27. Nam id mihi faciendum restat. *elementis.* Hisce, inquit, elementis et principiis philosophiae, quoniam totam persequi et amplecti non licet, me regam ipse et solabor. His me contentum vivere necesse est. 28. Lynceus, unus Argonautarum, tam acris visûs fuisse perhibetur, ut maris fundum et Inferos videret. Pindar. Nem. 10, 115; Orph. Arg. 182., quae loca laudat H. ad Sat. 1, 2, 90.

30. Vidd. de athleta *Glycone,* qui Augusti aevo floruisse cen-

sendus est, G. E. Lessing. Vermischte Schriften t. I. p. 325, Brunck. Anal. t. 2. p. 126. sive Anthолog. Palat. Jacobs. vol. I. p. 516, Eichstad. ad Ommeren. 31. *cheragra.* Quae te occupabit corpus non exercentem. 32. Sch. Cr.: *Quasi dicat aliquis: noli desistere a philosophiae studio, etiamsi non possis ad summum pervenire. Est.* licet. ἔστι. 34. *Verba et voces.* Sch. Cr.: *κατὰ τὸ αὐτό, h. e. secundum idem: quia verba et voces idem sunt.* Sed *verba* intelligi possunt scriptorum, *voces* loquentium et ad virtutem capessendam hortantium philosophorum. Nisi malis verba vocesque incantamentorum interpretari, quorum verborum vi comparet philosophiae; quod minime ineptum. Ovid. de Medea Metam. 7, 247.:

Tum super invergens liquidi carchesia Bacchi,
Aeneaque invergens tepidi carchesia lactis,
Verba simul fundit, terrenaque numina pascit.

Eadem, Hecaten invocans apud Senecam Med. 801. nostrae edit.:

Tibi de medio rapta sepulcro
Fax nocturnos sustulit ignes;
Tibi mota caput
Flexâ *voces* cervice dedi.

Lucanus de magis Thessalicis 6, 445.:

Una per aethereos exit *vox* illa recessus,
Verbaque ad invitum perfert cogentia numen.

Cf. ibid. 467, 483, 501, 527 etc. Eurip. Hippol. 477 seqq., Lamb. ad h. l. Muret. V. L. 1, 4. Similis autem est imago piaculorum in sequentibus, quo magis inclinat animus, ut hanc explicationem alteri praeferendam arbitrer. 36. *Laudis amore.* Cruq.: *κενοδοξία, ἧς τροφὴ τιμαὶ καὶ ἔπαινοι.* Chrysost. *περὶ ἱερώσ. piacula.* Cruq: Medicamenta purgantia, *καθάρσιες*, i. e. praecepta philosophica. Sch. Cr.: *Mire philosophiam dicit esse vitiorum expiationem, quasi sacrosanctum sit aliquid in praeceptis philosophiae.* 37. *Ter pure.* Id. Sch.: „Ita ait *ter pure*, ut ter mergunt, qui se expiant. Pers. (2, 15.): *Tiberino in gurgite mergis Mane caput bis terque, et noctem flumine purgas.* De vi et religione numerorum imparium vidd. inprimis Valcken. ad Theocrit. 2, 43, et J. H. Voss. ad Virg. eclog.

8, 73. p. 426. Torrent. ad Sat. 2, 1, 7.: Quod *ter*, inquit, *transnanto*, id quoque et a medicis et a magis petitum est: impari enim et praecipue ternario numero summam vim illi tribuunt. *pure.* Sch. Cr.: *bene lecto atque recte, sine excogitatione* (?) *libidinis.* Quid sit proprie *pure habere*, ἁγνῶς ἔχειν, nemo nescit. Vide Parei lexic. Plaut. ea v., et Schneider. lexic. gr. v. ἁγνεύειν. Cic. de Harusp. respons. 25.: Qui tantum abest a principibus, quantum a *puris*, quantum a *religiosis. recreare.* Cruq.: instaurare, reficere, ἀναπολίζεσθαι, ἐπισκευάζεσθαι. 39. *culturae.* doctrinae, et inprimis philosophiae. 44. *capitis*, vitae. Sch. Cr.: *labore, periculo, adeo ut etiam mori velis ad ea acquirenda, quae contraria sunt his, scilicet divitias et honores.* 45. *ad Indos.* Vid. not. sequ.

46. *per saxa.* Per maris scopulos. *per ignes.* Cruq.: an per ardentes circulos, tropicum Cancri et Zodiacum [„Od. 3, 3, 54.: visere gestiens, Qua parte debacchentur *ignes*], eo quod mercatorem ait ad Indos penetrare, an simpliciter pro gravissimis periculis?“ Posterior ratio verior videtur. Sat. 1, 1, 38 seqq.

—— Cum te neque *fervidus aestus*
Demoveat lucro; nec *hiems*, *ignis*, *mare*, *ferrum*,
Nil obstet tibi, dum ne sit te ditior alter.

ad quem locum H. similia Graecorum laudat haec: Eurip. Phoen. 524.:

Πρὸς ταῦτ' ἴτω μὲν πῦρ, ἴτω δὲ φάσγανα,

Anacr. 2.:

Νικᾷ δὲ καὶ ῥίδηρον
Καὶ πῦρ καλή τις οὖσα.

Pertinet huc etiam Afri illud Eun. 3, 2, 38:

E *flamma* petere te cibum posse arbitror.

ubi Donat.: Hoc intelligit, non ex foco, sed *ex medio igni* vel incendio flammae. Cf. Hom. Il. K, 246, Lamb. ad h. l. De navigatione Romanorum in Indiam ex Aegypto vid. inprimis Plin. H. N. 6, 23. San.: Avant la réduction de l'Egypte et de l'Arabie la route des Indes étoit inconnue aux Romains. Strabon nous apprend que pendant qu' Elius Gallus gouverna

l'Egypte sous Auguste, c'est-á-dire en 727. [a. U. C., sive 23. ante Christ. nat.], on fit partir pour les Indes une flote marchande de six-vingt navires du port de la Souris (*Myos-hormos*), aujourd'hui Casir sur la mer Rouge. Ce fut alors que la navigation d'Egypte aux Indes commença à être réglée etc. Plin. l. l.: *Dignâ*, inquit, *res, nullo anno imperii notsri minus H-S quingenties* [duodecies centena millia coronatorum. Dalechamp. Cf. 12, 18.] *exhauriente India, et merces remittente, quae apud nos centuplicato veneant.* 47. *miraris.* admiraris, magni facis. Cf. 6, 1. 48. *meliori.* Sch. Cr.: *doctiori, praeceptori philosopho.* 49. Idem: *Quis non cupiat potius coronari in Olympicis certaminibus sine magno labore et periculo, quam in pagis et compitis* [Sat. 2, 3, 26.] *magno cum sudore et discrimine capitis? Ita quis non malit in otio philosophico discere contemnendas esse divitias, quam cum maximo labore eas sectari per terras et maria?*

50. Cruq.: „Hellenismus, στεφθῆναι τὰ Ὀλυμπια μεγάλα." De 4 Graecorum ludis celebribus vide Cruq. ad Od. 4, 2, 13, aliosque. In his ludis, inquit Cruq., quando alii certabant cursu, lucta, pugnis, saltu: poetae et Musici cantionibus heroumque describendis laudibus contendebant etc.

51. *sine pulvere.* ἀκονιτί. Lamb. 57. Arcessenda altera lectio *desunt* ob concinnitatem (*desunt, Est.*), quomodo infra 2, 2, 182. *curet* vulgato *curat* recte praefert H. ad Sat. 1, 4, 24. „Si sex vel septem millia quadringentis desunt, sunt vero tibi animus, mores, lingua, fides: tamen eris plebs." H. e., inquit Cruq., eris plebejus, et ordinis plebeji, non equestris, cujus census erat quadringentorum sestertiûm sub Julio Caesare, i. e. ad numeros nostros, auctore Budaeo, decem millium coronatorum. 59. De isto ludo puerorum vide Muret. Lamb. locumque ibi laudatum ex Platonis Theaeteto. (ὃς δ' ἂν περιγένηται ἀναμάρτητος, βασιλεύσει ἡμῶν, καὶ ἐπιτάξει ὅ τι ἂν βέληται.) Eam sententiam in ore vulgi Rom. fuisse, ex similibus, in Gallicc Caesaris triumpho decantatis, quae refert Dio Cass. 1, 43., colligit Eichst. ad Ommeren., laudans insuper Meierottonem libro german. de moribus Romanorum vol. 1. p. 90. Cf. not. ad 63. 60. *Hic murus* etc. Fruter. Conjectann. verisim. 3, 14: „Scribit Veget. de re mil. Rom. lib. 1. c. 20., pedestrem exercitum apud antiquos non esse dictum

murum, idque hac ratione, quod plerumque vel non armatus, vel certe leviter. — Et 2, c. 17. itidem Veget.: *Excipiebat*, inquit, *proelium gravis armatura, et tanquam murus, ut ita dicam, ferreus stabat, et non solum missilibus, sed etiam gladiis cominus dimicabat.* Ex hac antiquorum dicendi ratione, quam hic commemorat Veget., Horatii *murum aheneum* fluxisse mihi persuadeo, cum praesertim habeam testem locupletissimum, qui procul dubio id, ut alia fere omnia, ex Catonis, Celsi et aliorum auctorum vett. libris depromsit, unde Hor. prius hauserat." 62. Vet. Schol.: *Lex Roscia est, qua cavetur, ut proximis ab orchestra quatuordecim gradibus* [in theatro] spectent, quibus est quadringentorum sestertiûm [census]. H. e. equites. 63. *Nenia.* cantilena, vox saepius repetita puerorum ista:

Rex eris, si recte faxis; si non faxis, non eris.

de qua vid. Faber Thesauro erud. scholast. v. Nenia et, quem laudat, Scalig. Conjectan. pag. 142 sequ. et Lectt. Auson. c. 1.

64. De Curio Dentato et M. Furio Camillo, viris fortibus et bonis, vidd. historici Rom. 67. Ut sis eques Rom., suppetente censu; ut tantum habeas. 67. Sch. Cr.: *Puppius tragoediographus ita movit affectus spectantium, ut eos flere compelleret. Inde distichon fecit:*

Flebunt amici et bene noti mortem meam:
Nam populus in me vivo lacrimatust satis.

In quibus versibus legendum puto metri causa: *Fl. am. mort.* et b. n. m. 68. *responsare.* Id. Sch.: *Contumaciter respondere* (cf. Sat. 2, 4, 18.). *Responsat autem Fortunae is, qui adversa aequo animo tolerat.* 69. *Liberum.* Cf. Pers. 5, 73 seqq. *erectum.* Cic. pro Dejot. c. 13.: *Animus magnus, alacer, erectus.* Sen. epist. 9.: *Animus sanus, erectus, et despiciens fortunam. praesens.* Sch. Cr.: *valens persuasione.* Vid. ad Sat. 2, 2, 41. *aptat.* Id.: *formal.* 71. *fruar.* utar. 72. Malim: *aut* fugiam, ut statim: *vel* odit. 73. *vulpes.* In Aesopi fabulis. 74. H. e. quia omnes, qui cum populo seu vulgo sentiunt in appetendis honoribus divitiisque, pereunt, ut animalia, quae ad leonem introierant. Cf. 44. 76. *Bellua multorum es capitum.* Plato appellat πολυκέφαλον. 77. *conducere publica.* Cruq.: „Hinc *publicani* Ju-

daeis odiosi propter vectigalia; sed et mercenarii publici, id est qui opera publica mercede conducunt, *μισθωτοί*, hîc eo nomine censeri possunt." Juven. 329 seqq.:

Cedamus patria; vivant Artorius istic
Et Catulus; maneant, qui nigrum in candida vertunt,
Quis facile est aedem conducere, flumina, portus,
Siccandam eluviem, portandum ad busta cadaver,
Et praebere caput domina venale sub hasta.

78. *Crustis.* Cf. Sat. 2, 4, 47, et de re Sat. 2, 5, 10 et totum eum locum. 79. in vivaria. Sch. Cr. *πρὸς τὸ σημαινόμενον*: *in suas nassas.* Sat. 2, 5, 44:

Plures annabunt thunni, et cetaria crescent.

80. *occulto.* Id. Sch.: *illicito.* Sed rectius fecerit, qui proprie interpretetur, istosque intelligat, qui viros bonos se esse simulant, cum turpissime foenerentur. Cruq.: Hoc genus hominum multo est deterrimum, vel Isocrate teste ad Demonicum: *πάντες γάρ, ἔφη, μισοῦσιν, οὐχ ἕτω τοὺς ἐξαμαρτάνοντας, ὡς τοὺς ἐπιεικεῖς μὲν φάσκοντας εἶναι, μηδὲν δὲ τῶν τυχόντων διαφέροντας.* 83. *Bajis.* San. ad Od. 3, 4, 24.: Bajes, petite ville fameuse par ses bains et ses étuves, que l'on ne recherchoit pas moins pour le plaisir que pour la santeé, etoit située entre Cumes et Pouzzoles, sur la côte de la Campanie. Agrippa y fit faire un port en 717 etc. De aquis Bajanis saluberrimis vid. inprimis Plin. H. N. 31. 2. princ. *praelucet.* Sch. Cr.: *splendidior est.*

84. *lacus.* Lucrinus. Sat. 2, 4, 32, Od. 2, 15; 3, 1, 33. Sch. Cr.: *lacus et mare divitum sentit amorem erga se, qui supra mare et lacus constituunt aedificia.* 85. *Festinantis.* Cruq.: ad aedificandum. 86. *Fecerit auspicium.* Id.: H. e.: ei loco auspicio habita mutarit animum. *Teanum.* Sch. Cr.: *Teanum Sidicinum* (Cruq.: non procul a Nola et Sora) *civitas est Campaniae* (post Capuam prima: vid. San.). *Sensus est: primum gaudet maritimis locis, continuo post mediterraneis.*

90. De *Proteo* vid. instar omnium Virg. Georg. 4, 387 seqq.

91. Quomodo *inepta*? Certe cum his conferenti sequentia a versu 94. usque ad finem epistolae vix recta videatur lectio librorum, et permutari inter se haec vocabula, ut facile qui-

dem possunt, indicio est ipse ille locus, a Fea laudatus, in edit. Suetonii Oudendorpiana. 91. *coenacula*, *lectos*. Cruq.: nunc domi coenat in urbe, dormitque, nunc ruri.

92. *tonsores*. Vid. ad 7, 50. 93. *Nauseat*, ut solent, qui raro navigant. *priva*. propria. Sat. 2, 5, 11. 94. *inaequali tonsore*. Sch. Cr.: *hypallage*, *quia inaequaliter tondet*. Vid. item ad 7, 50. 95. Idem: *subucula*. *Proprie dicitur pannus addititius a subjiciendo*, *vel subsuendo*. Varr. de Vit. pop. Rom. lib. I. ap. Non. c. 14. n. 36.: *Postquam binas tunicas habere coeperunt*, *instituerunt vocare subuculam et indusium*. Vid. Torrent. Locum istum Senecae jam Zeunius indicaverat. 96. *dissidet impar*. Sch. Cr.: *non aequalis sedet in humeris*. 97. Sic interpungendum, ut in aliis vulgo editionibus: *Quid*, *mea* etc. h. e. Quid tum agis, cum mea etc. 2, 10.: Quid Paris? quid agit Paris? Nihil usitatius ea forma, neque huc pertinet *Quid?* seorsim positum, ut Graecorum τί δαί; τί δέ; (Cf. 1, 19, 12. etc.) Similiter peccatum 1, 16, 8. Vide nos ad Plaut. Aul. 137, Cas. 751. 101. *sollemnia*. Sch. Cr.: *pro sollemniter*. Graece.

102. *curatoris*. Cruq.: Furioso dabatur curator a praetore, si non erant agnati. Vid. titul. de tutel. in Institut. Jur. civ. 104. *et prave* etc. H. e. cum talem mei curam geras, ut vel in levissimis peccare me nolis. 106. Opponit se insanum sapienti Stoïco, jocoque inexpectato finit carmen. 107. San.: Il y a deux sortes d'ophthalmie, l'une séche et l'autre humide. Celse appelle la premiere *lippitudo*, et la seconde *pituita oculorum*. Horace étoit sujet à ces deux incommodités; il parle de la premiere au 30. vers de la Satire *Egressum magna* (Sat. 1, 5.), et il parle ici de la derniere. 108. *pituita* τρισυλλάβως efferendum, tanquam *pitvita*. Sat. 2, 2, 76.

Epist. 1, 2. De Lollio vide prolegomm. Od. 4, 9. Cf. Epist. 18. 1. *Trojani belli script*. Sch. Cr.: *periphrasis Homeri*. *maxime*. Recte Gesn. cum Sanadone interpretatur *natu maximum* fratrum Lolliorum, quorum hic unus est, alterius fit mentio, 18, 63; unde duos tantum fuisse haud tuto conjicit San. Cognomen *Maximus* in ea gente parum probari ex Inscript. Gruter. p. 638, 2., observat Gesn., cui tamen non obtemperavit Vanderburg. ad Od. 4, 9. 2. *declamas*. Exercitationis causa dicis, utpote adolescentulus. *Praeneste*. Oppi-

dum Latii non procul Roma, inter Labicum, Aesulam, Trebiam et Vitelliam, in monte situm et aquis frigidis celebre, quae multis ex fontibus manabant, quibus cum ad potum utebantur, tum ad balnea, ut auctor est Strabo lib. 5. Hodie vocatur Palestrina. Magnos ibi aestus vitare Horatius solebat. Od. 3, 4, 21.:

> Vester, Camoenae, vester in arduos
> Tollor Sabinos, seu mihi *frigidum*
> *Praeneste*, seu Tibur supinum,
> Seu liquidae placuere Bajae.

3. *pulchrum*. Cf. 30. 4. *Chrysippo*. Sat. 1, 3, 126. *Crantorem* Academicum, Xenocratis discipulum, magni faciebat Cic., eumque secutus est in libris de Consolatione, ut testatur Plin. praefat. H. N. Cf. Clav. Cic., Tusc., 2, 44; 3, 6; San. et interpp. ad h. l., quorum Sch. Cr.: *Hic Solensis fuit, pulchritudine corporis conspicuus. Non tantum a Xenocrate praeceptore suo, sed etiam a Polemone, qui Xenocratis scholam excepit, adeo fuit adamatus, ut in Academia magnam dignitatem sit assecutus.*

7. *Barbariae*. Phrygiae. Vidd. lexica. *lento*. Sch. Cr.: *diu gesto et forti. duello*. Mire Sch. Cr.: *duellum proprie est, quod a duobus bellum geritur*. H. e. pugna singularis (Duell.), quae significatio alterâ, quâ vox idem sonat atque bellum, ut Duellona Bellonam etc., recte creditur posterior. *collisa*. Vellej. 2, 52, 5., ex emendatione praeclara editoris Basil.: et *collisa inter se duo reip. capita*, ad quem locum Ruhnk., postquam laudavit illud Statii 6, 435.:

> *Ambitiosa pios collidit gloria fratres*,

„Graeci," inquit, „centies ita dicunt συγκρούειν. Sed hic *collisa* elegantius dicitur ob adjunctum *capita*, metaphora deducta ab animalibus, quae mutuo concursu capita collidunt."

9. Sch. Cr.: *poscit reddi Helenam*. Iliad. H, 348 seqq.

10. *Quid Paris*? 1, 1, 97. Iliad. ibid. 357, seqq. 11. *Nestor*. Iliad. A, 247 seqq. 14. *plectuntur*. Sch. Cr.: *sustinent, patiuntur*, ut (Od. 1, 28, 26.): *Venusinae plectantur silvae*. Cruq.: γνώμη. Videtur alludere ad illud Hesiodi in Opp. et dieb. (260) ὄφρ' ἀποτίσῃ

Δῆμος ἀτασθαλίας βασιλέων, οἳ λυγρὰ νοεῦντες
Ἄλλῃ παρὰ μοῖραν δίκας, σκολιῶς ἐνέποντες.

17. *Rursum* melius, quia sequitur *virtus* ὁμοιοτέλευτον τῷ *rursus*. Cf. San. Odyss. A, 2 seqq. Muret. Var. Lectt. 10, 3. 22. *immersabilis*. ἀβάπτιστος, ut ait Pind. Pyth. 2. (80. ed. Thiersch.) Cf. Cr. 23. Odyss. M, 39 seqq. et de Circe ib. K, 234 seqq.

25. Cur *indocte*? Num indoctum est, quidquid non legitur in MSS.? *Cor* passim significat *mentem*, *sapientiam*, *prudentiam*; inde derivatum *excors imprudentem* notat, *stultum*, *insanum*. Jam quaenam est haec oratio: Si Ulysses stultus, seu stultitiâ, Circes pocula bibisset, fuisset excors, h. e. itidem stultus? Hoccine cuiquam placere? Bene igitur Markl. conjecit legendum esse *exsors*, quae mutatio lenissima est, cum nemo nesciat, c et s litteras, majusculas praesertim, centies confusas esse in membranis. Sed quod *exsortem* significare dicit exheredem, ἄκληρον, quem τῷ ἀτίμῳ proximum esse in legibus Atticis monet, Marklando favens, Eichstad. ad Ommeren., id quidem vereor ut ad rem faciat, explicemque potius eximium, praestantem. Virg. Aen. 8, 552:

Ducunt exsortem (equum) *Aeneae*, *quem fulva leonis*
Pellis obit totum, *praefulgens unguibus aureis.*

i. e., inquit Faber in lexico, exemtum aliorum sorti, optimum et praecipuum, mit dem der andern keines zu vergleichen war. Ita etiam h. l. Ulysses nulli sociorum comparandus dicitur, quem tamen eorum, h. e. τῶν τυχόντων, infortunio implicari, prorsus indignum erat. Interpunctione autem juvandus locus, scribendumque sententia praeclara:

Sub domina meretrice fuisset turpis, et exsors]
Vixisset canis immundus etc.

h. e. et is, qui exsors esset, tamen ita vixisset, ut canis, vel sus. 27. *numerus*. Eurip., monente Lamb., Heraclid. 997.:

Εἰδὼς μὲν ἐκ ἀριθμόν, ἀλλ' ἐτητύμως
Ἄνδρ' ὄντα τὸν σὸν παῖδα.

ἀριθμόν, hominem nihili, quales plerique sunt. *fruges consu-*

mere nati. Cruq.: Tale est, inquit, illud Homeri ἐτώσιον ἄχθος ἀρούρης. Sic et in Theaeteto Platon. ἄχθος γῆς de homine nihili. Vide adagium Numerus. 29. *cute.* Corpore. Sat. 2, 5, 38. Sch. Cr.: *ad obsequendum corpori. operata.* occupata. 30. *pulchrum fuit.* Honestum, καλόν, videbatur. Cf. 3.

31. *cessatum* ducere curam. Cr.: Ad Graecismum: *ducere cessatum*, i. e. cessare facere, παύεσθαι τῆς Φροντίδος, ἢ κοιμίζειν τὰς Φροντίδας. Sed qualis est ille hellenismus, nisi forte *cessatum* pro *cessare* acceperit vir doctus? Imo est προσωποποιία, et Cura, tanquam persona, duci ad sonum citharae, velut in choro (Od. 1, 4, 5.), dicitur, ut ibi cesset.

34. Sch. Cr.: *Allusio ad artem medicam, qua solent hydropici currere* etc. Cels. Medic. 3, 10. de hydropicis: *Si sine febre aeger est, tum demum ad ea veniendum est, quae ipsi morbo mederi solent. — Multum ambulandum, currendum aliquando* etc.

37. *vigil.* Si dormies in medios dies (*ni posces — lumine*; cf. Pers. 3 init.), cum evigilaveris, invidia, vel amore vel aliis quibusvis pravis cupiditatibus torquebere, quae studiis litterarum et inprimis philosophia non excultos occupant.

39. *Est.* Sch. Cr.: *edit, consumit.* Ἔδει, κατέδει. Hom. Iliad. Z. 202, I. 75, K. 143, Ω. 129. 40. Plato, laudante Lamb., de Rep. lib. 2.: Οὐκοῦν οἶσθα, ὅτι ἀρχὴ παντὸς ἔργου μέγιστον; Aristot. Eth. lib. 1.: Δοκεῖ ἓν πλεῖον ἢ τὸ ἥμισυ τὸ παντὸς εἶναι ἡ ἀρχή. 43. *volub.* Cr.: fluidus.

44. sequ. Reprehendit avaros, et qui dotatas filiis quaerunt, silvasque etiam arant, ut plus inde lucrentur, cum Democritus fundos agrosque suos incultos reliquerit. Quos nihil amplius optare jubet, cum id contigerit, quod sit satis.

45. *pacantur.* Sch. Cr.: *excoluntur, arantur.* Virg. (Georg. 2, 239.): *mansuescit arando.* Wak.: „Pacatus," inquit, „ager est ager sine hoste, ut Hercules pacavit (Virg. Aen. 6, 804) Erymanthi nemus. Passim vero coeunt *mitis* [et *placidus*" etc. Od. 1. 18, 2; Epist. 2, 2, 186. Conjecturam ejus probat ad Ommeren. Eichstad., additque, *placare terram* dici ut ἐξημερῶσαι γαῖαν Eurip. Herc. fur. 20; *mite* et *placatum* jungere Ciceronem ad Att. 5, 1; denique haec vocabula misceri, quam in rem laudat Heins. ad Claudian. de Raptu Proserp. 2, 147. Cf. Clav. Cic. v. Placare. Quid in his insciti? Sed vide,

quae nos ad Sat. 2, 7, 19. 53. *Auriculas* etc. Cf. 1, 1, 7. Sch. Cr.: *Delectant aliquando, sed non sanant. collecta sorde.* Cels. Med. 6, 7, 9.: *Solet etiam interdum in aurem aliquid incidere, ut calculus, aliquodve animal* etc. 54. *Sincerum.* Sch. Cr.: *mundum.* 58. *Siculi.* Velut Phalaris et Dionysius major.

60. *et mens.* Defendit hoc Bentl. Cf. Vechner. Hellenolex. p. 49. 61. Sch. Cr.: *dum poenas festinanter exigit. Odium enim est irae impatientia, quae vindictam desiderat.* 63. *Impera et.* Eam lectionem duorum ab se inspectorum librorum laudat in praefat. ed. Steph., et, quod mireris, probat. Cf. 10, 47. 66. *cervinam pellem latravit.* Cr.: Latrando discerpsit: quando videlicet post cervum captum ex intestinis ejus et sanguine, immixto pane, cibus pelli insutus venaticis proponitur, quod vulgo dicunt *faire la curie.* 67. *Militat.* Id.: feras sectatur. 68. *melioribus.* Sch. Cr.: *philosophiae magistris. offer.* erudiendum. 69. Aristot. Moral. ad Nicom. lib. 2.: ὁ μικρὸν διαφέρει τὸ ὅτως ἢ ὅτως εὐθὺς ἐκ νέων ἐθίζεσθαι, ἀλλὰ τὸ πάμπολυ, μᾶλλον δὲ τὸ πᾶν. Notat Cr. Sch. Cr.: *semel. primum.* 71. *nec praecedentibus insto.* Neque acrius quam pro viribus meis persequar. Confert Cruq. Epist. 2, 2, 202 seqq.:

> *Non tamen adversis aetatem ducimus austris,*
> *Viribus, ingenio, specie, virtute, loco, re,*
> *Extremi primorum, extremis usque priores.*

Epist. 1, 1, 3, Zeun.: „Tiberius Claudius Nero, Liviae filius, anno U. C. 734. (ante Chr. 16.) ab Augusto missus ad Orientem, regnum Armeniae Tigrani restituit, recepit etiam signa, quae M. Crasso ademerant Parthi. Suet. Tib. c. 9.“ Cf. Vellej. 2, 94. 1. *Juli Flore.* Sch. Cr.: *Jul. Florus, — fuit in cohorte, i. e. inter comites Claudii Tiberii Neronis, qui ab Augusto imperium accepit.* 3. *Per Macedoniam ducente* (Tiberio) *exercitum in Syriam*, inquit Suet. Tiber. 14. Sch. Cr.: *Graece protulit Θρήκην pro Thracia. nivali comp. vinct.* Hieme Tiberius iter fecit per eas terras. Id. Sch.: *Hebrus est Thraciae [mons et] fluv., qui meatu tardior est per hiemen propter nivem et glaciem. niv. comp. nive strictus.* 4. Descriptio Helleponti. 5. *pingues.* Id. Sch.: *Hinc dictum est* (Virg. Georg.

I, 103): *et ipsa suas mirantur Gargara messes.* Cic. pro lege Manil. c. 6.: *Asia tam opima est et fertilis, ut et ubertate agrorum, et varietate fructuum, et magnitudine pastionis, et multitudine earum rerum, quae exportantur, facile omnibus terris antecellat.* Cf. Plin. H. N. 33, 11 et passim, Tacit. Vit. Agric. c. 6, Justin. 38, 7, 6. 6. *studiosa.* Sch. Cr.: *litterata cohors.* Comites et amici Tiberii; contubernales, commensales ut recte vet. Schol. et Zeun. 8. *paces.* Sch. Cr.: *nove dixit, quia grammatici negant in plurali numero declinari.* Cf. not. ad Od. 3, 11, 17 seqq. *diffundit in aevum.* Id. Sch.: *memoriae tradit.* Plin. Paneg. 56.: *in immensum diffunditur oratio.* [9. *Titius.* Alius hic atque ille Titius Septimius, eques Rom., cui Od. 2, 6. inscripta est, veteri amico et commilitoni Horatii. Hic adolescens, poëticae artis etiam ipse studiosus, qui item Septimius vocatur in scholiis Cruq. et codd. Blandin. ap. Cruq. omnibus. Vid. San. ad utrumque Nostri locum. 11. *lacus* etc. Cr.: „communia et quibusvis obvia, inventuque facilia",

> Avia Pieridum peragrans loca, nullius ante
> Trita pede,

ut ait Lucret. 13. *Celsus.* Celsus Albinovanus, Tiberii scriba, ad quem epistola hujus libri 8. missa est, quemque nonnulli putant eundem esse atque Pedonem Albinovanum, amicum Ovidii (Epist. ex Pont. 4. eleg. ult.), [sed parum firmis adducti argumentis. Vid. Torrent. 16. *Privatas ut quaerat opes.* Sch. Cr.: *ut propria scripta proferat* etc. Ne sit plagiarius. 17. *Palatinus* etc. Id. Sch.: *ne excerpat ex scriptis eorum librorum, qui, in bibliotheca Palatina conditi, in auctoritatem a Caesare sunt recepti.* Reposuit Augustus eos libros in templo Apollinis Palatini anno U. C. 726., publicique juris fecit, ut ante Asin. Pollio bibliothecam eam, quam ex manubiis exstruxit post triumphum Dalmaticum, de qua Plin. 7, 31.

19. *cornicula.* Graculus est Phaedro Fab. 1, 3. 22. *hirtum.* asperum, rusticum. 24. *Respondere.* De jure, unde dicuntur Jureconsulti. Vidd. interpp. ad Sat. 1, 1, 9 sequ.

25. *hederae victricis.* Cf. Od. 1, 1, 29., ad quem locum Graevius in nota, quam adscripsit editionis Cruq. exemplari, Heidelbergae servato in bibliotheca Acad.: Poetae, inquit, lau-

reis et ederaceis coronis cingebantur. Laurus Apollini, edera Baccho sacra erat; uterque deus colebatur a poëtis. Cf. ibi Schol. Cruq. 26. *fomenta.* lenimina, solatia: honores, divitias. *Frigida* dixit *παρὰ προσδοκίαν*, quae calida sunt natura sua (Cels. 2, 17), intelligit autem putida atque inepta *μεταφορικῶς*. 27. *coelestis.* Respexit fortasse ad Ciceronis illa Tusc. Quaest. 5, 4.: *Ab antiqua philosophia usque ad Socratem, qui Archelaum, Anaxagorae discipulum, audierat, numeri motusque tractabantur, et unde omnia orirentur, quove recíderent; studioseque ab his siderum magnitudines, intervalla, cursus anquirebantur et cuncta coelestia. Socrates autem primus philosophiam devocavit e coelo, et in urbibus collocavit, et in domos etiam introduxit, et coëgit de vita et moribus rebusque bonis et malis quaerere; cujus multiplex ratio disputandi rerumque varietas et ingenii magnitudo, Platonis memoria et litteris consecrata, plura genera effecit dissentientium philosophorum.* 31. *Munatius.* Creditur esse filius Munatii Planci, qui consul fuit a. U. C. 712, cuique Od. 1, 7 dedicata est. Filius item consul fuit a. U. C. 766.

32. *coit.* Tanquam vulnus. 33. *rerum inscitia.* Sch. Cr.: *imperitia, ignorantia, quia expertes estis philosophiae.* 35. *fraternum.* fraterno simile antea caritate. Cf. 10, 4.

Epist. 1, 4. De Albio Tibullo vid. elegantissime scripta J. H. Vossii praefatio, versioni illius et Lygdami elegiarum germanicae praefixa. Cf. etiam San. ad h. l. Paris propemodum aetatis erant poëtae, misitque hanc epistolam Tibullo Noster post editos Sermonum sive Satirarum libros, id quod ex versu 1. intelligitur.. 2. *regione Pedana.* Pedum oppidum inter Praeneste, Tibur et Tusculum. In ea regione villam habuit Tibullus, bonorum patriorum reliquias. 3. *Cassi Parmensis.* Sch. Cr.: *Hic aliquod generibus stilum exercuit, inter quae opera elegi et epigrammata laudantur. Hic est, qui in partibus Cassii et Bruti tribunus mil. fuit, quibus victis Athenas se contulit. Qui tus* (L.) *autem Varius ab Augusto missus, ut eum interficeret*, studentem reperit, et peremto eo *scrinium cum libris tulit; unde multi crediderunt Thyestem Cassii Parmensis fuisse: scripseras enim multas alias tragoedias.* Eadem ferme habet Acro. Cf. Vellej. 2, 88., Valer. Max. 1, 7, 7, H. ad Sat. 1, 10, 61. Legendum in fragmento illo Cassii, si quidem Cassii revera

est, v. 1. *Argutae*; 5. *dulcis*; 18. nisi fallor: *'quod collaudaverat ipse.* Vide Lips. Antiqu. Lectt. 4, 6, nos ad Plaut. Mil. 678, Truc. 285. 6. *eras.* Cr.: „Enallage temporis, pro *es*, quod est Graecis peculiare, ἦῃς pro ἐσί: ut sententia sit: Non cares mente" etc. Cf. Epod. 17, 60. *Sine pectore.* Id.: Vid. adag. Corpus sine pectore. H. e. — habes διάνοιαν. Continens pro contento. Cf. lexica. 12. Descriptio humanae vitae, quae variis animi perturbationibus agitari solet, quarum ne sapientissimi quidem sunt immunes. 15. *cute.* corpore. 2, 29.

Epist. 1, 5, 2. *omne.* Ita ut nihil relinquas, sed eo solo cibo satieris: nam nihil praeter olus tibi apponam, nec *varia coena vincam* tua *fastidia*, ut mus agrestis Sat. 2, 6, 86. De olere etc. vid. ad Sat. 2, 1, 74. 3. *Supremo sole.* Occidente. Sat. 2, 8, 3. *Torquate.* San.: C'est sans doute celui, à qui Horace a déja adressé l'ode *Diffugere nives.* (4, 7.) — Ce ne peut être ni Lucius Manlius Torquatus, qui fut Consul en 689, ni même son fils, comme Dacier l'a fort bien prouvé dans ses dernieres éditions. Ce pourroit bien être le petit-fils du Consul etc. Cf. Vanderb. ad Od. 4, 7. 4. *iterum.* Sch. Cr.: *supple Consule. Tauro.* Tit. Statilius, humili loco natus, sed meritis clarus, iterum consul fuit cum Augusto a. U. C. 728. Ejus abneptis, Statilia Messalina, nupsit Neroni imperatori. *diffusa.* Cr.: „nata quidem ad paludes Minturnenses et expressa; sed T. Statilio Tauro iterum consule diffusa, nimirum ex dolio seu copa recens [expressa et] fusa in cados, seu vasa vinaria. (Ita etiam Sanado, et recte.) Ceterum vero consentaneum est, ea vina non fuisse vetera; a loco autem quantum laudis habere possint, facile is conjiciat, qui non ignorat, palustia plus diluta quam nobilia vina proferre; quo nomine Sinuessa quoque, quae sita est ad Livim fluv. in sinu Setino (Plin. 3, 9, Strab. 5, 6.), celebratur ob vini, quod profert, non bonitatem, sed abundantiam. Minturnae autem inter Tarracinam sunt et Sinuessam, utrimque ad stadia 80. Strab. lib. 5." Setinum vinum ab Augusto et secutis principibus praelatum fere ceteris esse tradit Plin. 24, 6. ed. Dalechamp. Martial. 13, 108.:

De Sinuessanis venerunt Massica prelis.

et 109.:

Pendula Pomptinos quae spectat Setia campos,
Exigua vetulos misit ab urbe cados.

7. Sch. Cr.: *Vel accerse me ad te, vel sine me regem* [convivii] *tibi imperare.* Vid. ad Sat. 2, 6, 69. 8. Idem: *Mitte, omitte. leves spes. rerum humanarum, h. e. cogitationes fallaces. certamina. quibus certamus anteire ditiores.* 9. Vet. Schol.: *Moschi. Hic, Pergamenus rhetor notissimus, reus veneficii fuit, cujus causam ex primis tunc oratores egerunt, Torquatus hic, de quo nunc dicit, cujus exstat oratio, et Asinius Pollio. nato* (Jul.) *Caesare.* IV. Id. Julii secundum Macrob. Sat. 1, 12. Gesn.

10. *somnumque.* meridianum. Sat. 2, 6, 61. 11. *tendere.* Extendere, extrahere. Cr. 12. *quo.* in quem finem. *mihi* familiariter additum: nam intelligitur Torqu., ad rem paulo attentior. *conceditur.* Quasi ab alio Torqu. prohiberetur, cum ipsius animus a divitiarum suarum usu nonnihil abhorreret. Euphemismus. 14. *Adsidet.* Sch. Cr.: *similis est.* Contrarium est *dissidere ab insano.* San. *Potare* etc. Laetitiae causa in die festo. Virg. eclog. 4, 23.:

Ipsa tibi blandos fundent cunabula flores.

15. *inconsultus.* delirans. Od. 4, 12, 28.:

Dulce est desipere in loco.

16. *designat.* Donat. ad Terent. Adelph. 1, 2, 7. *Designare est rem novam facere (καινοπραγεῖν, καινοτομεῖν), in utramque partem, et bonam et malam. Operta recludit:* Hom., laudante Cr.:

— Οἶνος δὲ πολύφρονά περ μάλ' ἀείσαι
Καί θ' ἁπαλὸν γελάσαι, πάντ' ἀρχήσασθαι ἀνῆκε,
Καί τε ἔπος προέηκεν, ὅπερ τ' ἄῤῥητον ἄμεινον.

17. *Spes* etc. Aristotel. Eth. lib. 3.: *εὐέλπιδες γὰρ γίνονται οἱ μεθυσκόμενοι.* Cf. Lamb. et egregium Bacchylidis *παροίνιον* in Anacreonticorum ed. nostra pag. 89.

19. *Foecundi.* Foecundantes quasi animum. 20. *Contracta.* angusta, cui non late exspatiari licet. Od. 3, 2, 1. *solutum.* liberum, vel curis solutum. 21. *Haec,* quae sequuntur, officia, *τραπεζοποιΐαι.* Vide de h. v. Hesych. et Athen. p. 170.

22. Cf. Sat. 2, 4, 81, 84. 23. *Corruget nares.* Horatiana loquendi forma, teste Quinctil. Vid. ad Od. 3, 11, 17 seqq. *Cantharus.* Poculi genus capacioris. Plin. 33, 11. extrem.: *C. Marius post victoriam Cimbricam cantharis potasse, Liberi patris exemplo, traditur, ille arator Arpinas et manipularis Imperator.* Frequens vox ap. Plautum. 25. *elim.* efferat. Sat. 1, 4, 84 sequ. Plut. de mulieribus instituendis: Τῷ Διονύσῳ νάρθηκα καὶ λήθην συνναθιερᾶσιν, ὡς μὴ δέον μνημονεύειν τῶν ἐν οἴνῳ πλημμεληθέντων —. ᾧ συνᾴδει καὶ τὸ

Μισῶ μνήμονα συμπότην.

Cf. Cr.: *Ut coeat par* etc. Cr.: „Quia pares cum paribus facillime congregantur, ut est in proverbio ἥλιξ ἥλικα τέρπει. Hom. Odyss. ὁ: ἀτὰρ καὶ ὁμήλικες εἶμεν. Haec itaque tria procuraturum se dicit, munditiem, amicos fidos, et aetate consensuque pares.“ Munditiem quidem magno epularum apparatui praeferebat Epicurus. Vid. San.

26. *Butram Septiciumque.* Sch. Cr.: *Convivarum sunt nomina.* Septicii legitur ap. Cic. Vid. Clav. Cic. 27. *prior.* Id. *melior.* Vel ad quam prius alii promiserit. *potiorque.* quae pluris ei est quam coena. *Sabinus* ille esse creditur Aulus Sabinus, poëta non ignobilis, cui quidam tribuunt elegias aliquot heroïcas, quae inter Ovidii leguntur. 28. *umbris.* Cr. ad Sat. 2, 8, 22.: Apud majores, inquit, diligenter observatum fuit, si quis ad coenam benignius invitatus accederet, ut, de benevolentia hospitis confisus, alios veluti comites et umbras secum duceret. — At sua sponte convivio aliis parato se adjungere non licebat. Quodsi tamen ita usu veniret, ut non invitati, sed αὐτόματοι adventarent, ii in imam lecti spondam deduci jubebantur etc. Plut. Sympos. 7, 6.: Ἐς νῦν σκιὰς καλῶσιν, ἃ κεκλημένας αὐτάς, ἀλλ' ὑπὸ τῶν κεκλημένων ἐπὶ τὸ δεῖπνον ἀγομένας etc. 29. *olidae caprae.* hircos, seu foetorem axillarum, qui facilius graviusque a nimis arte considentibus sentitur. *premunt.* molestia afficiunt. 30. *rebus.* negotiis juridicis aliisque, sed inprimis juridicis, ut docet versus sequens. 31. *Atria* etc. Cr.: in atriis te observantem

consulendi te vel sua tibi commendandi gratia, vel etiam ut honoris ergo te comitetur. *falle.* late, h. e. eo inscio per posticum egredere, ne te detineat. *Posticum* ostium occultius in adversa parte aedium.

Epist. 1, 6, 1. *Nil admirari.* Nihil magni facere, nullius rei studio desiderioque nimio teneri, nullam nimis appetere. 1, 47. etc. Θαυμάζειν. *Numiciorum* antiqua Romae gens, nec tamen aliunde notus hic Numicius. *una.* Sch. Cr.: *unica et praecipua, ut: unum Tritonia Pallas.* 4. *momentis.* Sch. Cr.: *horis.* Cf. Clav. Cic. etc. *sunt.* Astronomos dicit et philosophos. 5. *Quid.* Quomodo, quo affectu? 6. *Arabas et Indos.* Plin. 5, 11.: *Ultra Pelusiacum Arabia est, ad Rubrum mare pertinens et odoriferam illam ac divitem et beatae cognomine inclitam.* Cf. 12, 17, 18, et Epist. 1, 1, 45. Sch. Cr.: *maris Indici munera sunt ebenum, uniones in conchis, gemmae.* Cr. munera terrae intelligit ea, quae terra inculta profert, aurum, argentum etc. 7. *Ludicra. Ludos inanes,* inquit idem Sch. *dona.* Od. 1, 1, 7 sequ. Sat. 2, 3, 179 seqq. 8. *quo — modo.* Sch. Cr.: *quo judicio, quo studio, qua spe. ore. vultu, oculis.* 10. *utrobique.* Id.: *et in timore amittendi, et in spe consequendi* etc.

11. *Improvisa.* Non ante meditata et cogitata, ope philosophiae. *Species.* Sch. Cr.: *prosperitatis et adversitatis.*

12. Nihil interest, quali quis affectu abripiatur; omni animi perturbatione carendum est. 17. *I nunc.* Lamb.: „Concessio est dissimulationis et irrisionis plena, qua utuntur Latini, cum vel a re quapiam deterrent, vel aliquid improbant, vel fieri non posse significant.“ Hom., laudante Wagn. in Horatio e Graecis illustrato, Iliad. 3, 432.:

Ἀλλ' ἴθι νῦν προκάλεσσαι ἀρηΐφιλον Μενέλαον
Ἐξαῦτις μαχέσασθαι ἐναντίον.

artes. τέχνας, artis monumenta. *et artes,* et in genere artis monumenta, tabulas, signa et id genus alia. 18. *Suspice.* Sch. Cr.: *cum admiratione adspico.* 19. *loqu.*, oratorem publ.

21. Nomen *Mutus* legitur in antiquis inscriptt. *indignum — ortus!* Parenthesis ironica. *pejoribus.* Sch. Cr.: *humilioribus parentibus.* 24. *in apricum.* Id.: *in apertum.* Vidd. lexica. Xenophanes apud Cr.:

Ἐκ γῆς γὰρ τάδε πάντα, καὶ εἰς γὴν πάντα τελεῦτᾳ.

26. Non male alii: *Agrippae*, *via*, sine copula. Vid. ad Sat. 1, 3, 56. *Porticus* illa fuit prope Pantheon Agrippae, quod exaedificatum est a. U. C. 729. De via Appia vid. ad Sat. 1, 5, 6. 27. Od. 4, 7, 15. 29. *Vis recte vivere.* etc. Haec apodosis verborum *Si latus — morbi.* Nam idem est ac si dixisset: Qua ratione medeum quaeris lateri aut renibus laborantibus, h. e. morbo corporis, eâdem virtus quaerenda tibi est, ut animo recte habeas, si quidem hoc optas, quod quemque optare consentaneum est. Sic igitur scribendum:

Si latus aut renes morbo tentantur acuto,
Quaere fugam morbi; *vis recte vivere?* (*quis non?*)
Si virtus hoc una potest dare, *fortis omissis*
Hoc age deliciis.

Tentare, *tentatio*, propria in morbis. 31. *verba.* Non rem, sed mera verba, λόγον, unde *verba dare* dicuntur, praesertim apud Comicos, qui fallunt aut deludunt. Dio 49. extrem. De Bruto, in summas angustias compulso: καὶ ἀναβόησας τοῦτο δὴ τὸ Ἡράκλειον: ὦ τλῆμον ἀρετὴ, λόγος ἄρ' ἦσθα ἄλλως; ἐγὼ δέ σε ὡς ἔργον ἤσκησα, σὺ δ' ἄρ' ἐδούλευες τύχῃ, παρεκάλεσε τινὰ τῶν συνόντων, ἵνα αὐτὸν ἀποκτείνῃ. In quibus duo jambici senarii restitui possunt, si ita scribas, expuncta copula:

Ὦ τλῆμον ἀρετή, λόγος ἄρ' ἦσθ' ἄλλως! Ἐγώ
Σ' ὡς ἔργον ἤσκησα, σὺ δ' ἄρ' ἐδούλευες τύχῃ.

nam hoc malim, quam ἄλλως, grave verbum, expungere cum aliis. Sch. Cr.: *Si*, *inquit*, *contemnis virtutem*, *ut eam non summum bonum*, *sed verba tantum existimes*, *et religionem spernis*, ut lucos sacros nihil aliud quam ligna putes: relinque haec, et vide, ne quis negotiator suo navigio ante te occupet portum etc. 33. *Cibyratica.* Cr.: Cibyra, Lycaoniae urbs ingens et populosa, fuit eorum Lydorum colonia, qui Cabalida tenuerunt, ut habet Stephanus etc. quam plurimum crevisse propter aequitatem scribit Strabo lib. 13. Cf. Plin. 5, 27., Clav. Cic., San., qui duas ejus nominis urbes distinguit, alteram in Phrygia majore sitam, quae motu terrae destructa fuerit sub Tiberio; alteram in ora Pamphyliae, e regione Cy-

pri insulae, commercio in illis regionibus opportunam. *Bithyna.* San. ad Od. 1, 35, 7.: *La Bithynie* répondoit à peu près à cette partie de la Natolie, qui borde le canal de la mer Noire, et comprend le païs de Congri, avec une partie de l'Osman -- Illi ou du Becsangial, entre les bouches du Loupadi dans la Mer de Marmora et du Parténi dans la mer Noire. Les forêts de la Bithynie et du Pont fournissoient d'excellent bois pour la construction des vaisseaux. 35. Rectius *quadret*, ea pars, quae quadrare acervum possit, quaecunque semper eum consummet et perficiat. Simul intelligi Chrysippi acervum, qui Sorites dicitur, de quo et Persius extremo libro:

Inventus, Chrisippe, tui finitor acervi,

non inepte censet Cr. 39. *Mancipiis.* Cappadocia frumenti ferax et pecudibus Asiae regio, sed incolae ejus ignavi, ultimique servorum, ut qui oblatam sibi a Romanis libertatem recusaverint, teste Strabone lib. 12. circa init. In formam provinciae redacta est a Germanico. Suet. Calig. 1. *Rex* ille est Ariobarzanes, de quo et ejus regno Cic. ad Att. 6, 1.: *Nihil illo regno spoliatius, nihil rege egentius* etc. Cf. Clav. Cic. et interpp. ad Pers. 6, 77. 46. *fallunt.* latent, ut qui plus habeat, quam sciat. 46. *Ergo* etc. Haec εἰρωνικά, ut totus locus. 48. Cf. 20. 49. *species.* Apparatus externus, ex quo vulgus homines aestimat, honores, magistratus. *gratia*, favor populi. 50. *servum.* Nomenclatorem. Clav. Cic.

51. Haud vidi magis. Quis ista intelligat, Ferrari? et quo verba *trans pondera*, si nihil aliud significant, quam id, quod per se fieri intelligatur? Nam dextra, nisi toga brachio exerto, porrigi non poterat. Rectissime Gesn.: Ultra aequilibrium corporis, cum periculo cadendi. Ovid., eodem notante, Met. 1, 13.: *Tellus Ponderibus librata suis.*

52. *Fabia. Velina.* Tribus Romanae. 54. *Frater.* Si junior est is, quem appellas; *pater* si Senior. Cf. 7, 37; Sat. 2, 1, 12; 3, 126, Plaut. Rud. 1, 2, 15. Hom. Od. H, 28: ξεῖνε πάτερ, etc. Quinctil. Declam. 321., laudante H. Sat. 2, 1, 12: *Quoties blandiri volumus his, qui esse amici videntur, nulla adulatio procedere ultra hoc nomen potest, quam ut FRATRES vocemus.* Quod *fratris* et *sororis* appellatio etiam inter blanditias amatorias, non est hujus loci. 55. *adopta.* Sch. Cr.: *tuo allo-*

quio. 56. *lucet.* Sol nondum occidit, quo tempore coenabant frugi. 61. *Crudi* etc. Cibis nondum concoctis, et *inflati saturitate*, ut ait Sch. Cr. Cf. Sat. 1, 5, 49. Pers. 3, 98:

Turgidus hic epulis atque albo ventre lavatur.

62. *Caerite cera digni.* Digni, qui referantur in *tabulas Caerites*, ut ii, quos notae causa suffragiis privabant censores. Gell. 16, 13, ad eumque locum interpp. H. e., inquit Sch. Cr.: *nota infamiae et omni ignominia digni sumus.* 65. *Mimnermus.* Hisce versibus, quos, apud Plut. et Stobaeum repertos, habet H. Steph. in sua ed. Počtarum principum p. 484.

Τίς δὲ βίος, τί δὲ τερπνὸν ἄτερ χρυσῆς Ἀφροδίτης;
Τεθναίην, ὅτε μοι μηκέτι ταῦτα μέλοι.

Epist. 1, 7, 6. *Designatorem.* Ordinatorem funerum. Vidd. Scholl. *lictoribus atris.* atratis, in funere magistratûs majoris, cum pompa deducebatur, *honorum indicibus*, musicisque, praefica, scurris, aliisque sequentibus. Vid. Kirchmann de Funerib. Rom. 7. *Dum.* Tempore autumni. Cf. Sat. 2, 6, 19. *pallet.* Sch. Cr.: *timet, ne infirmi fiant et moriantur.* 8. *Offic. sedulitas.* Clientium mane ad salutationem concurrentium et per magnam diei partem patronos comitantium. *opella for.* Advocatorum etc. in causis familiaribus, quae cum sint minimi fere momenti, inquit Cr., eas tamen agunt, quasi de rebus maximis contendatur. *opella.* ut in rebus leviculis et nugatoriis.

9. *resignat*, aperit mortuis testatoribus. 10. *Albanis.* Sch. Cr. *Latinis.* In finibus Campaniae. 12. *Contractus.* Sch. Cr.: *prae frigore.* Cr. ea imagine significari putat contracta navium vela in procellis, brumali praesertim tempore, cum vel in portu stant, vel prope terram navigant; quibus velis navibusque se comparare Horatium dicit, durante hieme parcum in legendo scribendoque, dum ver advenerit, quo tempore polliceatur se quasi pansis velis Romam rediturum ad vitam liberaliorem solutioremque. Sed longius haec repetita. 13. *Zephyris* veris comitibus. Od. 1, 4, 1 etc. *hirunde prima.* Vulgo dicitur ἡ χελιδὼν τὸ ἦρος λαλεῖ. Cr. 14. *Calaber hospes.* Rusticus et rudis. Non tu me donasti ejusmodi rebus, quas ipse contemneres aut odisses (20.), quaeque revera viles es-

sent, ut pira Calabri. 15 — 19. Dividenda haec personis colloquentibus, ut ap. Gesn. 16. *Benigne.* Excusatio civilis. Vide nos ad Terent. Eun. 229. Cf. 62. 22. *dignis.* dignis rebus, non vilibus, et quas ipse contemnat, ut iste Calaber.

23. *quid distent aera lupinis.* Sch. Cr.: *quae sit differentia inter bonos et malos.* Digna dignis dat, ut qui idem bonus sit et sapiens: nam mali aut prodigi esset res viles neque ullius pretii donare, insipientis autem donare indignis immeritisque.

24. *Dignum praestabo me.* Sch. Cr.: *tuis beneficiis. Etiam pro tua laude, qui hoc mereris, laboro, ut dignum me praestem* etc. Ne videatur indignum donis cumulasse, proptereaque vulgo vituperetur. Non solum mea ipsius fama mihi cordi est, sed etiam tua. 26. Descriptio adolescentis. 29. Sch. Cr.: *Subtiliter per hanc similitudinem dicit, libenter se redditurum, quae a Maecenate acceperit, si ad arbitrium suum sibi vivere non concedatur. nitedula.* Μῦς ἀρβραῖος, δενδροβάτης. 30. Id.: *cumera vas frumentarium, ex viminibus contextum.* Cf. Sat. I, 1, 53.

35. *Hac ego* etc. Hoc si quis mihi item faciendum dicat, omnia libens resignabo. 35. *Nec somnum — altil.* Descriptio vitae luxuriosae: nam qui satur delicatis cibis dormire nequit, is plebeculae bene concoquentis somnum altum laudare solet. Dicit itaque Hor., se tum non amplius ejusmodi hominem molliorem agere velle, neque otia sua libera thesauris Arabum posthabere. 36. *Arabum.* 6, 6. 37. *rexque.* Blandimentum pauperiorum et scurrarum. Vid. lexica, et cf. 17, 43, Sat. I, 2, 86; 2, 2, 44. *paterque.* 6, 54. 40. *patientis.* πολυτλάντος, πολυτλήμονος, ταλασίφρονος. Vid. Homer. Odyss. et Lamb. ad h. l. Conjecturam Markl. proposuit etiam ad Maximum Tyr. tom. 2. Dissert. 32. pag. 133. ed. Reisk. 41. *Non est* etc. Odyss. Δ, 601 seqq. 43. *Atride.* Menelae. 44. *regia.* Cr.: magnifica et sumtuosa. 45. *vacuum.* Id.: non frequens et populosum, et proinde studiis meis aptum et vitae tranquillae. *imbelle.* Cr.: Alibi (Sat. 2, 4, 34.) vocat *molle*, otiosum. Vid. ibi not. 46. *Philippus.* L. Marcius Philippus, orator celeber. Vid. Clav. Cic. Recte *strenuus* dicitur, qui consul in ipsum senatum graviter aliquando invectus sit, teste Cic. Dom. 32., et avunculum censor in recitando senatu praeterierit, Brut. 64. Possis tamen et sic fere interpretari ut τὸ *fortis*, ut in genere

sit καλοκἀγαθός. Cf. Clav. Cic. utrâque voce, nos ad Sat. 2, 1, 16. Sch. Cr.: *Strenuus, efficax. Narratio haec satis apta superioribus est, quibus ostendit, se divitiis otium praeferre.*

47. *officiis.* Cr.: sorensibus. *octavam circiter horam. Nona*, cum sol occideret, coenabant. 48. *redit.* Sch. Cr.: *domum suam Carinas.* Sch. Cr.: *locus* (vicus) *est ad Tellurem* (Telluris, int. aedem, in 4. regione urbis: Sext. Ruf. et Nardin. l. 3. c. 14.; Pacis quoque ibi templum erat.), ut poëta (Virg. Aen. 8, 361.): *et lautis mugire Carinis, propter nobiles scilicet; licet legatur: et laetis.* Cr.: „Carinae ea pars est Esquiliarum, quae inter Busta Gallica, Tabernulam, arcum Gallieni et Suburam est, dicta Carinae, teste Serv. (ad Virg. l. l.), ab aedificiis factis in modum carinarum. Hic erat domus Pompeji, ubi Lenaeus, libertus ejus, grammaticam docuit, domus Q. Ciceronis, domus hujus Philippi" etc. Ibi ipse quoque Cic. avitas habebat aedes, aliorumque circum erant amplissimae ac splendidissimae ad viam sacram. Philippi quidem aedes dotales erant, in quibus Augustus natus est, ut refert San. 50. *Abrasum* volebat etiam Steph. diatr. p. 68. *in umbra.* Cr.: in officina, tonstrina, quae plurimum erant in pergulis, i. e. in ambulacris undique perspicuis, quales erant quoque porticus. *vacua.* Sch. Cr.: *ipsum vacuum, per hypallagen.* Imo, quae vacua erat propterea quod inaequaliter (1, 94.) et omnino male tonderet ejus dominus, nec nisi modico, ut conjicere licet, pretio paucos aliquot alliceret minus nummatos, velut hunc Vultejum. Hinc explicandus etiam, videtur Epist. 1, 1, 92., ubi pauper, divitem per omnia imitans, etiam tonsorem mutare dicitur, h. e. meliorem carioremque adhibere, quam quo usus erat antea. 51. Malim sane *proprio*: nam hoc χαρακτηριστικὸν in parco, qui tonsoris cultro uti nollet, ne quid pro eo quoque officio sibi numerandum esset. *Proprios* ad sententiam nihil confert, sed sponte intelligitur.

56. Scribendum uno tenore: *sine crimine notum et properare loco et cessare.* Properabat loco aliquo, et alibi cessabat Vultejus, ubi a praeconio vacabat, prout jussus erat, h. e. aliorum mandata exsequi tum solebat, et ita rem quaerere, quaesitoque uti, ut qui parcus quidem esset, sed minime sordidus aut avarus; omnia haec *notus* facere *sine crimine*, h. e.

ita, ut a nemine criminaretur, sed vir bonus probusque haberetur, sive secundum Sch. Cr., *sine infamia*. *Notum properare* etc. per hellenismum (15, 30; A. P. 163 etc.) pro eo, quod est: de quo notum sit, eum properare etc. Sch. Cr.: *properare. viatorem vel mercatorem* (Commissar) *agere lucri* (quaestus) *causa*. Hinc magis etiam perspicitur alterius lectionis, *natum*, inutilitas. 58. *Lare certo*. Sch. Cr.: *propria domo*.

59. *ludis*. Id.: *theatralibus. Campo. Exercitatione in Campo Martio*. Trigone (pila parva) etc. Cf. Sat. 1, 6, 126. *decisa*. Id. Sch.: *finita*. 62. *Benigne*. Cf. 16. 65. *tunicatq.* Sch. Cr.: *non togato, vilibus vestimentis induto. scruta*. Omnis generis veteramenta. Vid. Lucil. ap. Gell. 3, 14, Vendebantur illa per praeconem Vultejum. 66. *Occupat*. Sch. Cr.: *improvisus venit, et praevenit salutando*. 68. *domum*. Philippi, salutatum et gratias actum de hesterna invitatione. 69. Lectionem *praevidisset* commemorat etiam Sch. Cr. *Providisset*. Id.: *quoniam prius fuisset salutaturus, si cognovisset* (imo: vidisset) *Philippum. Sic*. Hac conditione. 70. *Ut libet*. Formula concedentis.

71. *Post nonam*. Vid. ad 47. 72. *dicenda tacenda*. Cr.: „ῥητὰ καὶ ἄῤῥητα, fanda, nefanda. cui concinit hoc proverbium Quicquid in buccam venit, i. e. libere quidvis locutus.“ Significat vino Vultejum incaluisse in longius (*Tandem*) producta coena. 76. *Latinis*. Feriis. Varro de L. L. lib. 5, 3.: Latinae feriae dies conceptivus, dictus a Latinis populis, quibus in Albano monte ex sacris carnem (tauri mactati in honorem Jovis Latialis) petere jus fuit cum Romanis. Cf. Macrob. Sat. 1, 16. Non habebant certam diem aut statum anni tempus. Liv. 40, 10 extrem. Sch. Cr.: *Lat. Supp. feriis, quibus in urbe nihil agi licebat. Indici autem solebant ob certas causas*.

77. *mannis*. Id.: *sedens in parvis equis, buricis, ut cum Philippo proficiscatur comes*, quales secum tollere solebant beatiores, ne soli essent in itinere. Cf. 17, 52; Sat. 2, 6, 42.

79. *requiem*. Oblectationem. 83. *nitido*. Sch. Cr.: *urbano*.

84. *crepat*. Clamat, loquitur. *praeparat ulmos*. Sch. Cr.: *ad vites sustentandas*. Plin. 17, 23. ed. Dalechamp. longo aevo indicatum scribit, *nobilia vina non nisi in arbustis gigni, et in his quoque laudatiora summis, sicut uberiora imis: adeo excelsitate proficit*. De discrimine arbustorum et vinearum vide II. ad

Sat. 1, 7, 29, Voss. ad Virg. Georg. 2, 358. Nobiliorum igitur vinorum cupidus erat Vultejus lucri causa. 90. *scabrum.* Sch. Cr.: *squalidum propter laborem.* 94. De *Genio* ad 2, 1, 144. *Penates* intelligendi videntur dii cujusque gentis proprii, qui non in foco, ut Lares, sed in penetralibus aedium colebantur. Vide, quos laudat H. ad Sat. 1, 5, 65, Varr. ap. Arnob. advers. gent. 3. p. 123, Macrob. Sat. 3, 4, Serv. ad Aen. 2, 296, 325. Cf. Gronov. diatr. in Stat. Silv. 4, 8, c. 44. Ex Asia et Samothracia cultum eorum repetit Clariss. Creuzerus Symb. et Mythol. t. 4. p. 222., ubi κτησίους quoque vocatos esse monet secundum Dionysium Halic. Antiqq. 1, 67., ut Jovem. (Maussac. ad Harpocrat. p. 299. ed. Gronov.) 96. *adspexit.* perspexit, intellexit. 98. *modulo ac pede.* Ἐν δὶχ δυοῖν. *verum est.* Sch. C.: *aequum est ac decet.*

Epist. 1, 8, 1. *Celso.* Vid. ad 3, 15. *Gaudere*, etc. χαίρειν καὶ εὖ πράττειν. Lamb. 2. *refer.* Nam prior litteras dederat ad Horatium. *comiti.* Vid. ad 3, 1. 10. *veterno.* Sch. Cr.: *lethargo.* Cels. Medic. 3, 20.: *In hoc* (lethargicorum morbo) *marcor et inexpugnabilis pene dormiendi necessitas.* λήθαργον *Graeci nominant. Id quoque genus* (ut phreneticum) *acutum est, et, nisi succurritur, celeriter jugulat.* 12. *ventosus.* Sch. Cr.: *inconstans, instabilis, fluitans.* Cf. 19, 37. Sic interpung.: *Romae Tib. am. ventosus, Tib. R.* 16. Id. Sch.: H. e.: *Si felicitas* (tua, ut qui sis amicus Tiberii) *immutabit te, nos in tua amicitia non durabimus: quia qui in rebus lactis effertur, omnibus fit ingratus.*

Epist. 1, 9, 1. *Septimius.* Sch. Cr. ad Od. 2, 6, quae huic viro inscripta est: *Alloquitur*, inquit, (Tit.) *Septimium, equitem Rom., amicum et commilitonem suum, quem sibi tanta gratiae necessitudine dicit adstrictum, ut, si velit, vel ad ultimas secum mundi partes proficisci possit.* Augustus in epist. ad Nostrum (Suet. in vit. Horat.): *Tui qualem habeam memoriam, poteris ex Septimio quoque nostro audire: nam incidit, ut coram illo fieret a me tui mentio.* Poëta insignis audit Gesnero ad h. l.

1. *unus.* Sch. Cr.: *solus.* Nam neque ipse scio, nec credo. Vide seqq. 2. Conjungenda *et prece cogit scilicet.* Scilicet confirmantis asseverantisque est, ut passim. Ita et Cruq.: nam

veri, inquit, amici supplicare est imperare. 3. *tradere.* commendare. Sat. 1, 9, 47; Epist. 1, 18, 78. 4.

Dignum mente | domoque | legentis | honesta | Neronis.

Pejorem hujus generis versum in tota antiquitate non invenias: nam et amphibrachis tribus continuis deturpatur, et eandem caesuram quater repetit, quo nihil fingi invenustius potest. Sed vide not. ad Sat. 2, 6, 35. Cf. ibid. 1, 4, 41 sequ., ubi sermoni haec propiora vocat, nosque in Vindiciis Ovid. ad Met. 3, 435. Nisi forte ipso metro κορδακικωτέρῳ, cum alias non auderet, exprimere voluerit Tiberii levitatem et lasciviam. Similes huic versus 2, 1, 250; 2, 2, 1; Sat. 2, 6, 17.

5. *propioris.* carioris. 9. *opis.* Vis, potestatis seu facultatis aliquid efficiendi. *mihi commodus uni.* Cr.: Graece significantius ἰδιοπράγμων nominatur. 10. *majoris.* magnae, invidiae.

11. *Frontis.* Audaciae. Coepi affectare audaciae urbanae praemia seu laudem, volui videri urbanus. 13. *Scribe tui gregis hunc.* Sch. Cr.: h. e. *tuo gregi Septimium et amicis adscribe. fortem.* 7, 64.

Epist. 1, 10. De Aristio Fusco dictum ad Sat. 1, 9, 61.

4. *quidquid.* Sallust., laudante Sch. Cr.: *Idem velle atque nolle, ea demum firma amicitia est.* 5. *nidum.* Id. Sch.: *civitatem, in qua natus es et educatus.* 8. *vivo.* vita fruor. Catull. 5.:

Vivamus, mea Lesbia, atque amemus.

regno, rex sum, beatissimus sum. Vid. ad Od. 1, 1, 29.

10. Sensus est: *Sic me fastidium urbis tenet et rure delector, quemadmodum servus sacerdotis, qui liba edere consuevit, longo fastidio libaminum panem desiderat.* 16. *Canis.* Sirii. Descriptio aestatis, ejusque calorum. *momenta.* Sch. Cr.: *nocumenta* (imo: *movimenta*), *cum sol ad Leonem venit.* Cr.: tempora, ut loquuntur astronomi. 18. *invida.* quae somnum invidet. Jungendum *minus* et *depellat.* 20. *plumbum.* Sch. Cr.: *fistulam plumbeam* (in aquaeductu). 27. Idem.: *Aquinum oppidum est Italiae* (Latii novi), *ubi conficitur purpura, quae videtur imitari Sidoniam.*

34. seqq. Fabula a Stesichoro inventa secundum Aristot. Vid. Lamb. 36. *opes.* auxilium. 37. Fea: „Quid opus erat *victo,* cum jam dixisset *victor*?“ Hoc Cuninghamo dictum

ejusque sectatoribus, non Bentlejo, qui legit *Sed postquam violens victo disc. ab h.* Ceterum Cadomensis quoque ed. anni 1480 *S. p. victor victo d. a. h.* 41. Rectius foret *nesciit*, quia de eo dicitur, qui libertate jam caret, h. e. parvo *nescivit* uti, non de eo, qui id nesciet, itaque fiet servus. 43. *subvertet.* prosternet. Graeci, monente Cr.: *μηδὲ ὑπὲρ τὸν πόδα ἔγω τὸ ὑπόδημα. uret.* Sch. Cr.: *constringet.* 48. Ducta imago mihi videtur a funibus, quibus naves trahuntur. *Tortum*, ut omnes funes. Epitheton ornans, ut ajunt. 49. *putre.* antiquum. *Vacunae.* Sch. Cr.: *Vacuna ap. Sabinos plurimum colitur. Quidam Dianam, nonnulli et Cererem esse dixerunt, alii Venerem, alii Victoriam deam vacationis, quod faciat vacare a curis. Sed Varro primo Rerum divin. Minervam dicit, quod ea maxime hi gaudent, qui sapientiae vacant.*

Epist. I, 11. Sch. Cr.: *Alloquitur Bullatium, qui varia loca villarum, civitatum ac regionum* (maris Aegaei et Asiae) *accesserat; quem interrogat, anne ad comparationem Tiberis et Campi Martii ei sordida merito videantur; quod cum neget Bullatius* (puta in litteris ad Horatium datis, vel in colloquio, quod cum eo habuit), *et Lebedum praeferat: tandem* (malim *tamen*, quae vocabula saepius confusa) *concludit Hor., omnia loca sive minora sive majora aequalia esse ad bene vivendum.* 2. *concinna.* Venusta, amoena, in quam multi Romanorum animi causa se contulerunt. Vidd. Clariss. Köpkii Beschreib. des häusl. etc. Zustandes der Griechen, I., et ab eo laudati, Tournef. Voyage I. p. 153 seqq., Reinecc. Hist. Jul. 2. c. 5. § 5. *Attalicis.* Pergamenis. Vid. Plin. H. N. 5, 30 etc. 6. *Lebedus*, inquit Sch. Cr., *oppidum est desertum* (? sed hoc petitum ex v. 7.) *in Asia juxta Colophonem* (media fere via, qua Smyrnam itur.). Cf. Plin. 5, 29, Mela, 1, 17. At Strabo lib. 14.: *Postea*, inquit ap. Cr., *est Lebedus, qui* (vicus) 120 *stadiis abest a Colophone. Hoc in loco Liberi patris conventus est et Ionum habitatio usque ad Hellespontum, in qua sollemnia et certamina Libero patri quotannis celebrabantur* etc. Eodem tamen loco Myonnesios Lebedum migrasse dicit, Lebediis perlibenter eos suscipientibus propter hominum ibi paucitatem.

7. *Scis.* Quia id oppidum adiisti, ut ex te comperi. Sch. Cr. *Gabii et Fidenae civitates Sabinorum desertae. Maris et itinerum pertaesus* Bullatius Lebedum laudabat. Quem refellit

Hor. II seqq. *Gabiis — et illis.* Verba Bullatii. Vidd. prolegomena, San. et Morgenstern. ap. Eichstad. ad Ommeren.

10. Vide ap. Lamb. similes locos Sophoclis et Menandri et Lucretii. 11. *Sed* lenius adversatur, quasi dicas: Ista quidem non omnino improbo, sed tamen neque, qui etc. *imbre lutoque.* Levibus, nec perpetuis, incommodis. 12. *in caupona.* Qua imbrem vitavit. Sch. Cr.: *in taberna meritoria. vivere suppl. semper.*

13. *Frigus collegit.* Friget, quemadmodum dicitur *sitim colligere.* Cr.: Hic furnus est casa furnaria, φέρνος Polluci lib. 5. et Athenaeo lib. 3. (ein Backofen.) 14. *plene.* Cr.: omnino. 17. *Rhodos.* Vid. Clav. Cic., Köpke l. l. etc. *Mitylene.* Plin. 5, 31 circa finem: *Restant*, inquit, *Eresos* (Theophrasti patria), *Pyrrha, et libera Mitylene* (in Lesbo insula), *annis D. potens.* Sedes fuit litterarum et artium, sed etiam luxu infamis, ut tota insula. Strab. lib. 13., interprete Cr.: *Mitylene portus duos habet*, etc., *et rebus omnibus pulcherrime instructa est.* Hodie vocatur *Castro.* Vid. Köpke l. l. ad 2. 18. *Paenula* vestis crassa, hiemi conveniens. *solstitio.* Sch. Cr.: *aestivo. Campestre est linea vestis tenuis, inutilis hieme, quia totius corporis nihil praeter inguina tegit; ideo campestris dicta, quia in campestri exercitio*, i. e. in Campo Martio, *utebantur ea juvenes.* Cf. A. P. 50.

19. *Tiberis*, ad natandum. *Sextili.* Sch. Cr.: *quia in Augusto mense non est opus igni.* 23. Versus in nota ap. Feam restituas legendo:

Fortuna spondet multa, praestat nemini.
Vive in dies horasque: nam proprium est nihil.

vel potius sic, ut sint iambici senarii non puri, quales Comicorum et Phaedri:

Fortuna spondet multis, praestat nemini.
Vive in dies et horas: n. p. e. n.

26. *arbiter.* speculator, inspector. Vidd. lexica. 27. Concinnius Aeschines in Ctesiph., monente Lamb.: *τόπον, οὐ τροπον, μετέβαλε.* 28. *inertia.* Cr.: *ἀφροσύνη, ἀδράνεια*, insipientia etc. *stren. inert. ὀξύμωρον. exercet*, circumagit. *Navibus atque quadrigis.* Descriptio itinerum terra marique. Angusta Feae explicatio. 30. *Ulubris.* Sch. Cr. (Ulubrae) *vicus desertus in Campania, tam inops quam Lebedos in Asia.* Similiter Pindar.

ap. Plut. de Exilio p. 602. E., secundum nostram emendat. (Pindar, t. 2. p. 331.)

Ἐλαφρὰν Κυπάρισσον φιλέειν, ἐᾷν δὲ
Νόμον Κρητὸς περίδινον. Ἐμοὶ δ' ὀλίγον μὲν γᾶς
Δέδοται, ὅθεν ἄδος· πενθέων δ' ἀπ ἔλαχον, ἐδὲ
στασίων.

Epist. I, 12, 11. *Fructibus.* Cr.: ex agris fructuariis, pascuis, vectigalibus. *Icci.* Sch. Cr.: *Ad Iccium procuratorem Agrippae in Sicilia constitutum* (scribit) etc. *Ut illîe* (Od. I, 29.) *cupiditatem ejus perstrinxit, ita hic parcimoniam ejus laudat, sed cum mordacitate.* Filium putant M. Iccii, qui Siciliam sortitus est, sortiente M. Antonio Consule. Cic. Phil. 3, 10. Stoicum prodit 11. 2. *Si recte frueris.* Sch. Cr.: *si contentus fueris reditibus tuis.* 4. *rev. supp. usus.* Id.: *cui nihil deest.* 5. Cum habeas, quod satis sit ad vivendum, si etiam sanus es, neque ventre aut lateribus aut podagra laboras, profecto nihil est, quod addi felicitati tuae possit. De ventris morbis vid. Cels. Med. 4, 19, de laterum ibidem 6, de podagricis 24. 7. *abstemius.* Sch. Cr.: *abstinens, dictum ab eo, quod abstineat temeto, i. e. vino; sed hic pro sobrio positum est. In medio positorum.* Tibi, ut iis uti possis. Cf. Sat. I, 2, 108. 8. *urtica.* Quia de herbis (olere etc.) dixit, *urticam* intelligo, cum Cr. et Gesn., piscieulum Siculum, carnis tenerae et concoctu facilem, quem ἀναλύφην vocat Athen. lib. 3. Non omnes omnino pisces cari, ut non nemini videbatur. Hunc modico pretio veniisse in Sicilia, consentaneum est. Rectis autem est *sic vivis. Sic vives* probum esset, si praecessisset *Si forte — vives.* Tempus tempori respondeat necesse est. 9. *Fortunae rivus.* Velut Pactolus fluvius, Midae auro infectus. Vid. Ovid. Met. 11. 10. *naturam.* hominis, tuam qui avaritiae deditus es. Scribend. *Pecunia*: nam persona esse videtur, quia dicitur *nescit*, cultamque esse a Romanis pecuniam tanquam deam scribit Augustin. de Civ. Dei 4, 21. Quanquam A. P. 390 legitur: *nescit vox missa reverti*, h. e. non potest. 11. *putas.* Tanquam Stoicus. 12. Sch. Cr.: *Democritus Abderites philosophus, atomorum inventor et errorum multorum, dum philosophiae intentus esset, neglexit agros suos, adeo ut vicinorum pecora ibi libere pascerentur. Tandem dementiae apud*

judicem reus factus, obtulit libros de re physica a se conscriptos; ob quam causam liberatus est, et praemium accepit. Cf. Diog. Laert. l. 9. 13. *Cultaque.* Sch. Cr.: *rura illius. peregre est.* absens. Cf. Lamb. 14. *scabiem et contagia lucri.* Cr.: inter scabiem contagiosam. Cic. de Legg. I, 17.: *quae natura bona sunt, quia dulcedine hac* (voluptatis) *et scabie carent, non cernimus.* 15. *adhuc.* Usque ad hoc tempus. *sublimia.* Sch. Cr.: *physicam, philosophiam.* 18. *obscurum.* Cr.: Orbis lunae per se obscurus a sole illuminatur etc. 19. *rerum.* Mundi ex dissimilibus elementis partibusque compositi. 20. Vetusne philosophia (Empedoclis Pythagorei, de quo vidd. Diog. Laërt. 7. s. 76. Suid. v. Μέ-νης, Cic. passim, etc.), an nova (Stertinii, Stoici, qui tum vivebat. Vid. de eo Sat. 2, 3, 33.). *Stertinium.* Stertinianum, ut alibi Romula gens pro Romulea etc. *Stert. acumen* periphrasis est personae, ut *sententia Catonis* pro Catone Sat. I, I, 32, etc.

21. *seu pisces* etc. Sch. Cr.: *Sive laute* (piscibus), *sive parce* (herbis) *vivis:* nam hoc nihil refert. 22. *Utere Pompejo.* Vive cum illo; adscribito eum tuo gregi. Vid. ad 17, 2. et de Grospho vid. Vanderburg.. ad Od. 2, 7. Sch. Cr. equitem ex Sicilia oriundum vocat. 7. Virg. Aen. 2, 145.:

His lacrimis vitam damus, et miserescimus ultro.

ubi Serv.: *Ultro,* inquit, *non est spont e: nam rogaverat, sed insuper, et venit ab eo, quod est ultra, quia plus, quam rogaverat, praestiterunt.* 23. *verum.* Justum. Cf. 7. ult. etc.

24. Facile homines nobis adjungere et tanquam temere amicos possumus, si viris bonis, qualis est Pompejus Grosphus, aliquid deest, quo praebito eum devinciamus.

26. Ἁμαρτήματα μνημονικὰ poetae ejusmodi rerum minime curiosi: ne aliquid subesse pejus existimes: nam Armenius sive Artavasdes non virtute Tiberii, sed propinquorum fraude sublatus est; neque ejus regnum Phrahates accepit ab Augusto, sed Tigranes, et quidem rogatu suo valde obnoxio. Vide San., Eichstad. ad Ommeren., quosque laudat, inprimis Bentl. ad Epist. 1, 18, 56. et Ruhnk. ad Vellej. 2, 94; quibus responsum etiam in nota ad Od. 4, 15, 9. 28. *genibus minor.* Sch. Cr.: *devolutus ad genua. aurea,* χρυσῆ, pulcra, benigna.

Epist. I, 13. Sch. Cr.: *C. Vinnius Fronto, ad quem haec epist.*

scripta est, patrem habuit cognomine Asinam, ad quem alludit, et hanc appellationem nominis vult ejus ingenio convenire. Cr.: „Mandat Hor. Vinnio, in tradendis Augusto suis libellis ut a praescripto ne abeat, ne ejus nimio fortasse studio ipsis pro benevolentia conciliet odium.“ Conditione homo similis Vultejo, de quo ad 7, 56. 3. *reddes.* Pro *redde*, ut post *utéris*, *servabis*, Graecorum more, de quo vidd. Donat. ad Terent. et Matthiae grammat. graec. major p. 717. 10. *lamas.* S. Cr.: *lacunas majores, continentes aquam pluviam* etc. Cf. Fest. et Torrent. ad h. l. 14. *vinosa.* S. Cr.: *ebria. Pyrrhia. nomen est ancillae in quadam fabula Titinii, quae furata lanae glomos ita gestavit, ut deprehensa sit.* 115. San.: Athénée au commencement du l. 4. dit qu'il y avoit des repas réglés (κοινὰς θοίνας) par les loix entre ceux qui étoient de même tribu. Ceux qui alloient manger chez les autres, portoient un bonnet et des pantoufles; le bonnet pour s'en servir en cas de mauvais tems etc. De soleisad Sat. 2, 8, 77. 18. *prece.* hac mea. *nitere porro.* Cr.: Adhortantis: age, da omnem operam. 19. *frangas.* Ut dicitur *fidem*, *foedus frangere.*

Epist. 1, 14, 2. *habitatum.* S. Cr.: *possessum a quinque bonis patribus. focis. domibus, ad octavum lapidem ultra Tibur in via Valeria. Valerienses igitur senatores agellum suum possedisse significat.* De senatoribus nugae. Recte Cr.: Agellus Horatii, quem a Maecenate acceperat, tanta erat foecunditate, ut quinque patres in sua familia singulos aleret, qui, ubi tempus et res ipsa postulabant, Variam ibant ad lites discernendas.

3. S. Cr.: *Varia oppidum in Sabinis olim, nunc vicus, imminens Anieni.* Phaedr. fab. l. 5. prolog. 14. ex felici Gabr. Brotieri emendatione:

Quintum libellum dum tu Variae perleges etc.

ad quem locum Brotierius: Agitur, inquit, de Particulonis villa, quae erat *Variae*, nunc *Vicovaro*, in ripâ dextrâ Anienis agroque Tiburtino, viâ Valeriâ. 4. *spinas.* Cr.: Metaphoricôs, curas, molestias etc. 5. *res.* ager et silvae, quas tu fastidis.

6. Aelium Lamiam senatorem vocat Sch. Cr. ad Od. 3, 17, quae ei inscripta est. Aeliorum gens illustris, ex qua oriundi Antonini ad summum fastigium evecti sunt. Cf. Clav. Cic. vv. Aelii seqq. et L. Lamia. Hujus Lamiae frater quis fuerit, igno-

ratur. De ipso San. ad Odarum l. l.: Celui, dont il est parlé ici, avoit commandé dans l'armée d'Auguste contre les Cantabres. Il fut aussi Triumphir de la Monnoie, comme il poroit par quelques médailles. 7. Versus ταυτολόγος et offendens ὁμοιοτελεύτοις vocabulis *moerentis* et *dolentis*. An dederat Hor.: Fratrem *mirantis*, magni facientis? Cf. 18, et 6, 1, ibique Gesn. 8. *istuc*. S. Cr.: *in agrum*. 14. Cr.: *Mediastinus* servus est, qui stat in medio, paratus omnium (omnibus) ministeriis, non in balneis tantum, ut vult Priscian., sed ubique locorum, tam in urbe quam ruri. 21. *uncta popina*. Sat. 2, 4, 62. 26. *et tamen urges* etc. Recte C.: „ut scribis aut nuncias." Verbis exaggeraverat homo improbus laborem suum et agri sterilitatem. 28. *Disjunctum*. S. Cr.: *post laborem*. Ironice haec excerpit ex villici epistola vel sermone. 31. *tenues*. subtiles, λεπτάς, molles. Cf. 2, 1, 225. 33. *immunem*, nihil donantem. Vid. not. ad Od. 3, 23, 17. *Rapax* adversus alios amatores fuit Cinara, sed Horatium liberaliter tractavit; quam ob causam bona vocatur Od. 4, 1, 3. Tibull. eleg. 2, 5, 45. ed. J. H. Vossii.:

At *bona quae nec avara fuit*, centum licet annos
Vixerit, ardentem flebitur ante rogum.

Assecutus hoc est Vand. in prolegomenis Od. 4, 1. 34. Hic versus post 32. inculcandus est propterea quod *decuere* pertinet ad verba *Quem bibulum* etc. Versus ob similia initia inter se commutati sunt a librariis. Cf. A. P. 46 etc.

36. *sed* etc. H. e. sed pudet non incidere, sive abrumpere, tandem ludum. Juv. 8, 165.: *Breve sit, quod turpiter audes.* Annotavit Cr. 40. *diaria*. Sch. Cr.: *cibaria*. 40. *argutus*, callidus, prudens. 44. Aristoph. Vesp. 1422.

Ἔρδοι τις, ἢν ἕκαστος εἰδείη τέχνην.

Epist. 1, 15. C. Numonius Vala Quinctilii Vari legatus fuit in Germania, cum eoque occidit, teste Vellejo 2, 119. Habitasse videtur *Veliae* vel Salerni in *Lucania*, de quibus oppidis vid. Plin. 3, 5 et 7. 2. *Quorum*. Qualium. 3. Antonius Musa, Augusti libertus et medicus, cui statua aere collato posita est juxta signum Aesculapii. Vide Suet. Aug. 59, Sch. Cr. et Torrent. ad h. l. *supervacuas*. Repetendum *scribit* ex verbo

Scribere 25., quali hyperbato non immerito San. offensus fuit. Cr.: Hor. ex acrioris pituitae defluxu in oculos vehementer affectus, ut lavacris calidis ei malo mederetur, Bajas proficisci solebat. Antonius autem Musa medicus ad defluxionem retundendam dixit ablutiones frigidas esse utiliores; eique suasit accedere Clusinos fontes aut Gabios; quos expertus fortasse Hor. dolorem non mitigare, aut etiam quod maritimis magis gauderet, scripsit Valae, ut ex ejus litteris cognosceret in primis aëris Velini et Salernini temperiem etc. *tamen.* quamvis Musa me nolit Bajis commorari, tamen Bajani mihi succensent, quod sua balnea frigidis, et media quidem hieme, mutare velim. 5. *murteta.* Bajarum. 7. *Sulfura.* sulfuratas ibi aquas.

9. *Clusium* (hodie *Chiusi*) oppidum Etruriae, *Gabii* Sabinorum. *frigida.* montana. 10. Recte San. sine interpunctione: et *diversoria nota Praeteragendus equus. div.* Bajana. Perfusionibus frigidis Augusto arthritide laboranti Musa medicatus erat; quo factum est, ut fontes Clusini Gabinique a multis aegrotantibus peterentur, contemtis Bajanis aquis et deliciis; quae tamen curatio paulo post perdidit Marcellum, famaequae medicorum offecit, qui ob Musae meritum civitate donati erant et equitum privilegiis fruebantur. 11. *Quo tendis?* Vox equitis, caballum reprehendentis, quod ad dextram deflectit versus Bajas. 13. *sed* etc. Sed equus non audit, donec freno utatur eques, cumque vi abigat in montes Sabinos. 21. *juvenem.* Vid. ad Od. 4, 13, 24. 23. *echinos.* Sat. 2, 4, 33. 24. *Phaeax.* 2, 28 sequ. 26. *Maenius.* Sat. 1, 1, 101. 30. *fingere saevus.* 7, 56.

34. *omasi.* Sat. 2, 5, 40. 35. Sic interpungendum, ut alibi: — *satis esset; Scilicet* etc. Ita omaso suo vescebatur, ut in nepotes lautius coenantes vehementer inveheretur, tanquam alter Bestius. *Corrector* etiam collat. Sax. ap. Gesn.; et recte. S. Cr.: *Bestius. nomen parcissimi cujusdam Romani.* Cr.: De Corn. Bestio scribit Plutarchus, cum Ruscium, Imbrici soceri sui filium, quem acceperat servandum, dedisse morti, ut ejus auro potiretur. Meminit quoque Pers. 6, 37. *Bestius* pro *bestialis* ne latinum quidem est. Sic interpung., ut ap. Gesn. aliosque: — urendos, corrector Bestius. Idem, Quidquid etc. h. e.: Idem (Maenius), ubi omne verterat in fumum, quid-

quid erat nactus, ajebat etc. 38. Vellem probasset vir doctus, supposititios esse Torrentii codd. Sic *non ego credulus illi.*

39. *Verterat in fumum.* S. Cr.: *cum omnia devorasset.* 41. *vulva.* suilla, quae olim habita est in deliciis. *ampla.* Cr.: ejecticia, quae suis primiparae erat optima ganeonibus. Martial. *in xeniis* (53.):

Te fortasse magis capiet de virgine porca;
Me materna gravi de sue vulva capit.

42. *Nimirum.* Profecto, sane. *hic ego sum.* S. Cr.: *talis ego sum, in hoc consentio. tuta.* villa, res tenues, quibus nemo invidet. 43. *fortis.* magno animo, Stoicus. 44. *idem* etc. Cr.: probat certas divitias, — quales sunt antiqui census in villis, agris, pascuis, pecudibus, a parentibus relictis; alias autem prodigorum, inconstantium hominum et avarorum, quibus cum luxu et foenore res est, laudat minime etc.

Epist. I, 16, 1. *Quincti.* Non hic ille Quinctius, cui ode lib. 2. undecima inscripta est, Hirpinus cognominatus ab Hirpinis, Apuliae populo; sed videtur esse Titus Quinctius Crispinus, consul a. U. C. 745, et in exilium pulsus cum ceteris Juliae, Augusti filiae, moechis 752. Hirpinus jam senex fuit, cum ode illa ad eum missa est, pertinebatque forsasse ad plebejam Quinctiorum familiam. Contra Crispinus, si is quidem intelligendus est, eo tempore, quo haec Hor. scripsit, post annum 726, ex quo anno Octavianus appellatus est Augustus, adolescens fuerit necesse est. Ceterum Quinctiorum, Alba oriundorum, erant Capitolini, Cincinnati, Flaminii et Crispini, omnes patricii. Vidd. interpp., inprimis San. 2. *Arvo.* S. Cr.: *frugibus: arvum* autem *ab arando dictum est* etc. 3. Codd. tres Martin. Silv. et Blandin. ap. Cr. habebant *Pomisve.* Legendum censeo *Pomisque* ut *que* et *ve* saepius confusa in libris deprehenduntur. Nam recte Cr.: ponit agri 3 genera, agrum aruum seu sativum, agrum consitum olivis, pomis etc., et agrum pascuum. Certe *Pomisve* recipiendum est, h. e. vel aliis pomis. Sed melius alterum. *an amicta* etc. Vid. ad 7, 84.

4. Gratiam me initurum spero a lectoribus Germanis, si hoc loco ponam descriptionem ejus regionis, a J. H. Eichholzio publicatam a. 1806. in ephemeridd. inscriptis Der Freimüthige

Octob., pag. 275. Sic igitur ibi vir elegans: „Wenn man eine Strecke höher im Thal hinaufgegangen ist, und sich um einen Hügel gewendet hat, der an die Gebirgseite zur Linken anlehnt, so erblickt man das Ende des Thals und Licenza vor sich, das, zur Rechten und Linken, sowie rückwärts, von mächtigen Höhen ganz eingeschlossen, am Berge hängt. Hier erweitert sich das Thal ein wenig auf der linken oder Abendseite, und auf dieser Abendseite, am Hange der Berge, nicht weit von dem jetzigen kleinen Ort Licenza, lag Horazens Villa. Daher sagt er Od. 1, 17.: *in reducta valle*, in dem zurückgezogenen, eingeschlossenen Thal.

Dieser Theil des Thales ist unstreitig der schönste, und wirklich romantisch. Oben auf der Höhe des Bergrückens zur Linken erhebt sich ein besonderer Gipfel desselben, der steil emporragt. Dies soll der ehemalige Mons Lucretilis sein. Die Bauern der Gegend nennen ihn il Campanile, den Glockenthurm; eigentlich aber heifst er Monte Gennaro, der Berg des heil. Januars. Horaz redet davon in der 17ten Ode des 1. B.: *Velox amoenum saepe Lucretilem* etc. — Feierlich dunkel lag an dem stillen Sommernachmittage, als ich diese Gegend besuchte, der Schatten um ihn her, und sank, bis über die Horazische Villa hin, ins Thal hinab.

Dann standen an der Berghöhe, noch etwas über der Villa, auf einer Art wilder Wiese romantisch still ein Paar Cypressen, vor denen ein kleiner Quell rauschend über Kiesel hinuntereilte in den Thalgrund.

Um die Reste des Landhauses zu sehen, mufs man erst in den kleinen Ort Licenza hinaufsteigen, und sich nach dem gutmüthigen und freundlichen Winzer erkundigen, der jetzt im Besitze des Bodens ist. Ein kleiner, kühler, Kastanienwald umfing mich mit seinen Armen, und geleitete mich schattend bis wieder von dem Hügel herab, den ich erstiegen hatte, als ich dem kleinen Orte zuwandelte. Es war eben Ärnte in diesem stillen Thal. Die fleissigen Bewohner desselben, meist Einwohner von Licenza, droschen ihr Getreide auf Tennen, mitten im freien Felde. Um den kleinen ruhigen Flufs, der es durchströmt, weideten hie und da auf den grünen Auen zerstreute Heerden. Die Bienen sumseten allenthalben auf den Bäumen

umher, ihren Raub zu suchen.“ — 8. Scrib.: *Quid, si* etc. Vid. ad 1, 97. Aliud egit Noster, cum scripsit, fortasse in omnibus MSS. legendum esse *benignae*, pro *benigne*, quasi *vepres* esset generis feminini. Virg. Georg. 3, 444.: *hirsuti secuerunt corpora vepres.* 11. Cr.: Sinus Tarentinus inter duo promontoria est, Salen ob oriente et Lacinium ab occidente; Tarentum autem in depresso est; qua tamen arx aedificata est, paullulum attollitur, inquit Strabo (l. 6.): quare non inepte confert agri sui situm cum situ urbis Tarenti.

20. Male Charisius. *Alium sapiente* est *alium ac vel quam sapientem.* Infra 2, 1, 240: *alius* Lysippo; Phraedrus *alius Sejano*, ἕλλος Σηϊανῷ, etc. Vidd. Cr. Gesn. 22. *sub tempus edendi.* Vesperi, hora nona, qua coenabant; quo tempore febres morbique ingravescunt. 27. *Tene* etc. Sch. Cr.: *Hic versus est Vari* (Varii) *in Panegyrico Augusti.* 28. Idem: *Ordo est: Juppiter hoc in ambiguo servet, — ut incertum semper sit, utrum tua salute* (seu *te*), *a Caesar, magis populus, an tu populi indigeas* etc. Qui autem neminis ope indigent, felices sunt. Incolumitatem igitur ac felicitatem et Augusto et populo Rom. his verbis apprecabatur Varius. 30. *tuo.* non alius, qui fortasse sapiens appellatus fuit, cujus nomine tu respondes? 33. *hoc.* non meritum. 35. *pono.* Reddo, quod quis, ut suum, jure repetit; sed idem meum (famam intaminatam) defendo. 38. Recte Comb. Unus tantum color dicitur hominis: neque enim discolor est, ut aves et ferae quaedam. Od. 1, 13, 5.:

Tum nec mens mihi, nec *color*
Certa sede manet.

Od. 4, 13, 17.: Quo fugit venus, heu! quove *color*? Ovid. Met. 4, 192.: Quid nunc, Hyperione nate,
Forma *colorque* tibi radiataque lumina prosunt?
Cf. ibid. 593; 3, 490; 9, 537; 10, 457 etc. Usitatum illud *suis coloribus pingere* ad tabulas pertinet, in quibus non naturales modo hominum colores, sed etiam vestimentorum, locorum, aliarumque rerum exprimuntur. 40. *v. dicendum.* Cr.: monendum, instituendumque melius. 41. *Qui* etc. Ironia: nam haec quivis civis facere vel potest, vel debet, neque propterea quisquam *bonus* appellandus est et laudandus. Cf. 49.

42. *secantur.* deciduntur, dirimuntur. Cf. Sat. 1, 10, 15.

49. *Sabellus.* Ipse Hor., dominus agri Sabini, ut interpretatur Sch. Cr. 50 — 56. Verba Sabelli sive Horatii respondentis.

55. Ex disciplina Stoicorum, quibus peccata omnia paria.

56. Accurs. ap. Lamb. et codex Silv. ap. Cr.: *D. est hoc levius mihi, non facinus tamen. esto.* Videtur esse διττογραφία.

57. *Vir bonus.* Sch. Cr.: *qui videtur, non vere est.* Ironicum, ut passim apud Comicos aliosque. 59. Cf. Pers. 2, 8 seqq.

60. *Laverna*, dea furum. Sch. Cr.: *Laverna in via Salaria lucum habet* etc. Cf. Varr. de L. L. 4, c. 39, Fest. l. 10. p. 201, Voss. de Idol. 8, 17 et 9, 37 etc. 64. *fixum.* Cr.: a lusu puerili, quo in viis nummo fixo praetereuntes illuduntur. Pers. 5, 111.:

Inque luto fixum possis transcendere nummum.

67. Ῥίψασπις est et λειποτάξιος, ἢ φυγάς. Cr. *obruitur.* impeditur, occupatur. 69. Servo, inquit, imperari quidvis potest, neque dominus enim occidit, cum vendi possit, vel ad quoscunque labores adigi. Sed vir vere bonus et sapiens (73.) nihil indignum patietur, mortemque praeferet infamiae.

73. Cf. Eurip. Bacch. 492 seqq. 78. *Opinor* prima sententia, ut *Credo* Sat. 2, 2, 90; 7, 68, δοκῶ, οἶδα, οἶμαι. Cf. Sat. 1, 5, 53 et ibi H. 79. *mors* etc. Sch. Cr.: γνώμη.

Epist. 1, 17, 1. *Scaeva.* Cognomen Cassiorum et Juniorum. Hunc nostrum Sch. Cr. vocat equitem Rom., vetus autem Schol. Scaevam Lollium, cui nimis patientem aurem Gesn. videtur commodare. Cf. San. 2. *majoribus.* potentioribus. *uti*, χρῆσθαι. Cf. 13 sequ.; 12, 22. 3. *docendus adhuc.* Se usque ad hoc tempus semper docendum ipsum fuisse dicit, itaque rursus docere Scaevam, ut coecus iter monstret. Notum illud τυφλὸς ὁδηγός. Vid. Lamb. 5. *quod cures* etc. Sch. Cr.: *quod tuum esse velis.* 6. *primam* etc. Cum sol oritur, quo quisque non mollis surgere solebat. Sed tam quiete dormire Romae non licebat propter continuos strepitus viarum, cauponarum, coenarum nocturnarum etc. 8. *Ferentinum* oppidum Campaniae, Lebedo simile vel Ulubris epist. 11. 10. *fefellit.* S. Cr.: *latuit, ut et natus et moriens ignoraretur. — Est autem Epicureorum haec sententia graeca λάθε βιώσας.* Vid. de hac γνώμῃ Plut. in peculiari libello. 11. *tuis.* cognatis, amicis. 12. *siccus.* impransus, jejunus, proindeque *pauper et tenuis*, ut ait Sch. Cr. *unctum.* Laute viventem, opulentum, potentem.

18. *Mordacem Cyn.*, Diogenem, qui instar canis mordebat, i. e. amare reprehendebat malos, inquit Cr. Cf. Diog. Laërt. et de hoc, et de Aristippo. 19. *mihi.* Sch. Cr. H. e. *mihi vivo, mihi scurriliter obsequor; tu, o Cynice, populi famam sectaris.*

19. Ut haec ubique leguntur, *hoc* ad verba *populo tu* referendum est, secus ac voluit poëta. Quare sic interpungendum, ut pronomen ad seqq. pertineat:

> *Scurror ego ipse mihi, populo tu. Rectius hoc et*
> *Splendidius multo est, equus ut me portet, alat rex.*
> *Officium facio; tu poscis* etc.

21. Quaenam haec est oppositio poscentis vilia, et dante minoris? Quis dubitat, stipem conferentes cogentibus potiores esse? Praeclara vetus nec pauciorum nec deteriorum codd. lectio haec *Tu poscis* (h. e. mendicas) *vilia rerum* (h. e. res viles), *Dante minor*, quam nollem alteri posthabuisset vir doctissimus. 20. *equus.* Id.:

> Ἵππος με φέρει, βασιλεύς με τρέφει.

Versus dimeter anapaest., qui unde petitus sit nescio. Proverbialem dicit Lamb. secundum vet. Sch. 22. *minor.* impotentior. Cf. 2. 23. *color.* S. Cr.: *genus vitae et conditio.* (Sat. 2, 4, 60.) *status. honor publicus. res. divitiae. Laudat Aristippum ex sententia Platonis, qui cum invenisset eum naufragum, vilique indutum vestimento, laudavit eum dicens: Omnis color et stat. et res decet Aristippum, ea scientia praeditum, ut aeque sciat uti magnis ac parvis.* 24. *majora.* Id.: *divitias. aequum.* contentum. Isocr. ad Demonicum: Στέργε μὲν τὰ παρόντα, ζήτει δὲ τὰ βελτίω. Lamb. 25. *duplici panno.* Cr.: „diploïde, i. e. lato pallio, quod rejectum in humerum duplicatur, vel pallio et tunica, quod indumenti genus erat pauperiorum.“ Crassum seu vilem ante San. interpretati erant Pareus in lexic. Plaut., Faber in thesaur. erudit. scholast., aliique. 29. *utramque.* S. Cr.: *pauperis et divitis.* 30. *Mileti textam.* Cr.: h. e. „Milesiam chlam., pro vestitu delicatiore. hinc Milesii εὐειμονώτατοι dicti sunt Maximo Tyrio.“ Milesiorum lanae tinctae celeberrimae. Vid. Plin. 8, 48. Sch. Cr.: *Ajunt Aristippum, invitato Diogene ad balneas, dedisse operam, ut omnes prius egrederentur, ipsiusque pallium induisse, eique reliquisse purpureum; quod Diog. in-*

duere cum nollet, suum repetiit. Tum Aristippus increpuit Cynicum, famae servientem, qui algere mallet quam conspici in veste purpurea.

34. Vid. ad Od. I, 1, 29. Sic interpunge: *tentat; Princ.* — *laus est: Non* etc. h. e.: Plane divinum est hostes patriae vincere; sed neque laus ea contemnenda est, principibus placuisse, propterea quod non cuivis contingit adire Corinthum et Laïde potiri, quod proverbium est de re magna ac difficili, quale est in favorem potentium se insinuare, ut Aristippus et Horatius. Asyndeto gaudere Nostrum, demonstravimus ad Sat. I, 3, 56 seqq. Ceterum haec ex mente Stoïcorum, ad remp. administrandam libenter accedentium, secus atque Epicurei solebant, quibus finis bonorum erat nihil agere non dolentes.

36. Graece: Οὐ παντὸς ἀνδρὸς εἰς Κόρινθον ἔσθ' ὁ πλοῦς.

37. *Sedit.* Cessavit, non profecit, ignavus fuit, ut graecum ἧσθαι usurpari solet. 38. Scrib.: Quid, qui pervenit? Quid is egit, quid de eo judicandum est, q. p.? Forma usitatissima loquendi. *fecitne.* Nonne fecit. 39. *Hic est* etc. Haec est illa res, de qua agitur, de qua institutus sermo est.

42. *experiens πρακτικός. rege suo.* Dionysio. *tacentes.* ut Aristippus. Lucian. de Parasit.: Ἀρίστιππος ὁ Κυρηναῖος διέτριβεν ἐν Συρακούσαις παρασιτῶν Διονυσίῳ· πάντων γοῦν ἀμέλει τῶν παρασίτων αὐτὸς εὐδοκίμει παρ' αὐτῷ etc. 44. *poscente.* Diogene. Cf. 21.

45. *Atqui rerum caput hoc erat, hic fons.* S. Cr.: *ut scias, quemadmodum petas.* Ironice dictum puto, quasi non aliam ob causam potentiores a quoquam expetantur, quam ut ab iis juventur donaque accipiant; quae amara est irrisio aulicorum. *erat.* est. Epod. 17, 60. 49. *quadra.* Cr.: Romani quadras nominabant panes quadratos. hinc vulgo dici videtur *quadra propria vivere*, et illud Juvenalis sat. 5, 2.:

Ut bona summa putes aliena vivere quadra.

49. *dividuo.* diviso, dimidium panem accipiam. Sic fit, ut duobus dandum sit. Sed tacitus si pasci posset corvus, h. e. si nemo clamaret, sibi dandum esse, plus solus acciperet, neque cum alio rixandum munusque dividendum foret.

50. *corvus.* Sch. Cr.: *qui strepitu vocis dum alias aves advocat, minus habet dapis.* 51. Cadom. quoque ed. anni 1480.: ri-

mae minus et minus, invidiaeque. 52. *Brundis.* Oppidum in Calabria, unde trajicere solebant in Graeciam. Strab. 6, 6 — 8, Plin. H. N. 3, 16. *comes.* Cf. 7, 77. *Surrentum* oppidum Calabriae in sinu Neapolitano. Cf. Plin. 3, 5, Tacit. Ann. 6, 1, 1, etc.

55. *acumina.* astutias. Confert Sch. Cr. illa Plauti Truc. 30 seqq.

Ita disciplina in aedibus est lenoniis:
Priusquam unum dederis, centum, quae poscat, parat.
Aut aurum periit, aut conscissa pallula est etc.

catella, aurea, monile, vel capitis ornamentum. 56. *periscelidem.* S. Cr.: *aureum cruris vinculum.* 59. *planum.* Id.: *erronem mendacem, qui solebat multos sic fallere, in quorum vehicula volebat tolli, ut fingeret se crus fregisse, cui postea, vere cum fregisset, et idem precaretur, non est creditum.* πλάνον, πλανήτην, ἀπατεῶνα. Interpp. ad Hesych. tom. 2. p. 972 etc. Theatrum in triviis homo exstructum habuerit, ibique talia interdum joci causa commentus fuerit, ut planus Pantaleon ap. Athen. pag. 616, de quo ibi poëta: Τοὺς ἀγνοοῦντας αὐτὸν ἐπλάνα ξένους. Per Osirin jurans, Aegyptius fuerit ille, de quo hic Noster, sicut Matreas planus Alexandrinus admirationi fuit Graecis et Romanis, teste Athen. I, 16. p. 19 D. Schol. Theocrit. ad 15, 47.: (Αἰγύπτιοι) ἠπάτων, πολυπείρως παίζοντες κακὰ παίγνια παραλολισμοῖς Αἰγυπτιακοῖς. Cf. Valck. ad Theocrit. Adoniaz. p. 356., et, qui haec laudat, ut partim etiam Cr., Eichstad. ad Ommeren. 62. *peregrinum.* τὸν ἀγνοοῦντα. *rauca.* S. Cr.: *vociferans ad ravim.*

Epist. I, 18. De Lollio cf. Epist. I, 2; Od. 4, 9. 1. *liberrime,* ἐλευθέριε, παῤῥησιαζόμενε. 2. *Scurrantis.* S. Cr.: *turpiter adulantis.* 4. *scurrae. A scurra,* ut statim *huic diversum* pro *ab hoc.* Poëtica loquendi forma. Ἄλλος τέτε.

7. *tonsa cute,* ἐν χρῷ κειρόμενος, quod duriorum: nam qui sibi parcerent, paulo longius a cute interposito pectine tondebantur. Plaut. Capt. 2, 2, 18:

Sed utrum *strictimne* attonsurum dicam esse an *per pectinem,*
Nescio; verum si frugi est, *usque admutilabit probe,*

h. e. ita eum tondebit, ut sanguis fluat. 10. *imi derisor lecti.* Ut Nomentanus et Porcius Sat. 2, 8. Cf. Sat. 1, 4, 87. Scurra seu parasitus convivatoris. 15. *de lana caprina.* S. Cr.: *proverbium. h. e. de re vili et pene nulla; de nihilo,* quia caprae nulla est lana, sed pili. 18. *pretium* etc. Lamb.: Quod Hor. alteram aetatem posuit pro grandi et amplo pretio, videtur in eo Homerum esse imitatus, apud quem Il. I, 444. ait Phoenix:

Ὡς ἂν ἔπειτ' ἀπὸ σεῖο, φίλον τέκος, ἐκ ἐθέλοιμι
Λείπεσθ', οὐδ' εἴ κέν μοι ὑποσαίη θεὸς αὐτός,
Γῆρας ἀποξύσας, θήσειν νέον ἠβάοντα.

19. *Castor, Dolichos.* Nobiles ejus temporis gladiatores, teste Sch. Cr. 20. *Minuci via.* Vid. Fea ad Sat. 1, 5, 87.

30. *comitem.* Cr.: comitem in itinere intelligit Cruq., cui ampla toga molesta sit. Sed eadem de causa etiam ipsi diviti habenda fuisset angusta toga. Rectius itaque S. Cr.: *modica. habebant enim antiqui (patres) pro qualitate opum togas, quae erant bis ter* (Epod. 4, 8), *id est sex, ulnarum, vel quinque.* Cic. ap. vet. Sch.: *velis amictos, non togis.* Cf. 19, 13.

31. De *P. Volumnio Eutrapelo,* homine urbano, vid. Clav. Cic.

34. *in lucem,* cui ante diem surgendum sit pauperi. Malo San.: il dormira toute la matinée. Cf. 2, 1, 12 sequ.

35. *pascet.* Cr.: incrassabit foenore, i. e. multiplicabit.

36. *Thrax.* gladiator. Sat. 2, 6, 44. 41. S. Cr.: *Amphion et Zethus, Jovis et Antiopae filii, diversi studii fuere: Amph. enim citharae canebat, Z. autem pastoris fungebatur officio. Propter hanc vitae diversitatem tam diu dissidebant, donec Amph. discordiae vitandae causa citharam omitteret.* 46. *Aetolis.* Aetolo Meleagro, qui aprum Calydonium interfecit, dignis. 47. *senium.* morositatem. Ne Musae et litteris operam tum dato, sed potenti amico obtempera. 54. *campestria.* in Campo Martio. 55. *Cantabr.* Cr. ad Od. 2, 6, 2.: De Cantabrorum vitae et genere Strabo lib. 3.; de victoria Caesaris Florus 4, 12. et ultimo sub finem.

56. *signa.* Tropaea reddita a Parthis a. U. C. 734. Dio Cass. 54, 8. 57. *abest.* S. Cr.: *imperio Rom. adjudicat. adjungit.*

59. Quamvis sapiens esse velis, tamen nugaris seu ludis nonnunquam in villa paterna cum fratre huo: quidni etiam cum amico potentiore? *numerum modumque.* Cr.: extra nume-

rum modulatum per ἓν διὰ δύο, h. e., quod dici solet, παρὰ τὸ μέλος: inconcinne, inepte etc. Sat. I, 4, 58. 61. *Lintres.* scaphas. Actiaca pugna, quâ victus est ab Octaviano Antonius a. U. C. 721., ante Chr. 29. 72. *ulceret.* S. Cr.: *amore urat.*

75. *heet.* Vel puerum aut puellam tibi donans, vel certe permittens ad stuprum. *angat.* dum id non vult propter ζηλοτυπίαν.

76. *adspice.* cognosce, considera. 78. *quondam.* nonnunquam. *tradimus.* commendamus. Sat. I, 9, 47. 80. *notum.* tibi, et in quo non falsus fueris, qui revera commendatione tua dignus sit. 80. *tentent.* Sch. Cr.: *intentent.* 82. Id.: *Luthienus Theon libertinus dicacitatis amaritudine praeter ceteros ita patronum suum exasperavit, ut domo ejus summoveretur* etc.

85. Similiter Pindar. Pyth. 3. Vid. Lamb. 88. *ne* etc. S. Cr.: *ne amittas partam amicitiam.* 94. *nubem.* τὸ τῶν ὀφρύων νέφος. Eurip. Hippolyt. Vid. item Lamb. 96. *Inter cuncta.* Inter omnia, quae ages. 98 sequ.: Edoceri cupies, si me audis, τὸ Γνῶθι σεαυτόν. Fac discas, num cupidine tenearis, quae semper inops sit, quae expleri nunquam possit; num rerum earum, quas vel times vel speras, mediocris sit utilitas.

100. Quaestio pene ab hominum memoria a viris doctis agitata. Vid. Geen. etc. 103. *fallentis.* latentis. 125. *Mandela.* S. Cr.: *pagus in Sabinis.*

Epist. I, 19, 1. *Cratinus Eupolis* et *Aristophanes* auctores fuere veteris Graecorum comoediae. Quinctil. 10, 1., Pers. 1, 123 sequ. Cf. H. ad Sat. 1, 4, 1., nos ad Sat. 2, 3, 11. Cr.: Cratinus, Atheniensis, Callimedis filius, vixit cum Platone Olymp. circiter 81. Eusebio teste. Annos natus 97 obiit, etc. Vinosum ridet Aristoph. Equ. 399, ubi vid. vet. Sch. 3. *Ut male* etc. Ridiculi causa fictum, ut videtur, a poëta. 5. *mane.* S. Cr.: *Supple: etiam* (sogar). 8. *Forum* etc. Itidem per jocum haec se edixisse ait, tanquam praetor, propterea quod poëtae Rom. in hoc sibi, tanquam praetori, obtemperaverint. Cf. 5, 19, Od. 1, 18, 3, San. ad h. l. *Puteal.* Sat. 2, 6, 35. 15. *Iarbita.* Sch. Cr.: *Maurus fuit natione, qui dum Timagenem philosophum post convivium et inter pocula declamantem vellet imitari, nec posset, invidia quodammodo ruptus est.* Trium, quibus nomen Timagenis, unum Suidas scribit Alexandria Romam adductam esse a Gabinio, ibique rhetoricam docuisse, sed propter maledicentiam

Roma pulsum in Tusculano diem obiisse. 18. *luminum.* Sch. Cr.: *quod potatum pallidos reddit homines.* 24. Ostendi, ἔδειξα, tanquam mysteria, quibus similes Musarum artes. Vid. Eichstad. ad Ommeren. 25. *Parios.* Archilochus in insula Paro floruit circa Olymp. 29. 25. Modos tantum ejus et artem carminis imitatum se esse dicit Hor., non res item expressisse, et in Lycamben desaeviisse, tanquam interpretem. 28. *Temperat.* Regit, adhibet, utitur eâ. Sch. Cr.: *miscet*, quod minus aptum. *mascula.* virilis, fortis. A crimine impudicitiae, quod Baxt. aliique crepant, Sapphonem nuper in peculiari libello liberavit doctissimus Welckerus, bonarum litteram in Acad. Bonnensi professor. 30. *Nec — nectit.* Ut Archilochus. Cf. 15.: *non res* etc. 37. *ventosae.* Inconstantis. Cf. 8, 12. 38. Pers. I, 33 seqq.

—— Calidum scis ponere sumen,
Scis comitem horridulum trita donare lacerna,
Et *Verum*, inquis, *amo: verum mihi dicite de me!*
Qui pote? —

Non, inquit, voco ad coenam, qui mihi plaudant carmina recitanti, non vestibus dono plausores, non Fannios, quamvis nobiles, audio, magnosque scriptores esse dico, et si quis carpat, eum ulciscor, denique ad grammaticorum pulpita non accedo, ut ea tribus seu turba (nam multi erant Romae) mea carmina discipulis legat et commendet; quem morem ridet etiam A. P. 419 seqq. *Hinc illae lacrimae.* 41. *Spissis* etc. Magnae auditorum coronae. 42. *nugis addere pondus.* plausibus inepti vulgi aliquid tribuere, cum de artibus judicare nesciat. 43. *ait.* aliquis, cui dixi. 43. *Jovis.* Augusti. Invidiose dictum.

44. *manare* activum h. l., ut et alibi nonnunquam. 45. *naribus uti.* Subsannare, naso adunco suspendere, ut ait Sat. 1, 6, 5. 48. *Ludus.* Jocum istum intelligam Eridis deae, cum malum, cui inscriptum erat Ἡ ΚΑΛΗ ΛΑΒΕΤΩ, in concionem deorum projecit, unde irae et contentio Junonis, Minervae et Veneris, postea inimicitiae Menelaum inter et Paridem, atrocissimumque bellum Trojanum. Vid. Lucian. Dial. deor. 16.

Epist. 1, 20, 1. H. e. vendi cupis. Vid. ad Sat. 2, 6, 20; 7, 14. 2. Sch. Cr.: *Sosii fratres fuere βιβλιοπῶλαι.* 2. *pu-*

mice. Vidd. interpp. ad Catull. 1, 2. 3. Id.: *Oliti clavibus includi et sub sigillo esse, quod pudi- cis gratum esse consuevit, qui fugiunt conspectum publicum.*

4. *communia.* Quae communia sunt omnibus, potiora tibi videntur rebus privis seu propriis, qualis tu adhuc fuisti.

5. *nutritus.* a me quasi educatus. 8. *In brevi cogi.* complicari et reponi in privato loco. *languet amator.* S. Cr.: *pigrescit lector.* 9. Quodsi ego, augur tuus, non tali tui peccantis odio incendor, ut plane mei non sim compos, sed desipiam: hoc tibi vere praedico, te carum fore Romae, dum novus eris.

13. *vinctus*, ligatus, ut merx, tuto ut perferaris (eingepackt). *Ilerda* civitas Hispaniae, in qua civitate Jul. Caesar obsedit oppugnavitque Pompeji legatos, Petrejum et Afranium. H. e. cum Roma et Italia tui pertaesa fuerit, mittéris in provincias, ut fieri solet. 18. *extremis in vicis.* In extremis vicis partibusque urbis habitabant grammatici, quia pergulae et domus modici ibi erant pretii. 24. *solibus optum.* libenter apricantem, ut senem. 27. Cr.: *Decembres συνεδοχικῶς*, i. e. 44 annos.

27. *Collegam Lepidum.* Id.: Anno ab U. C. 732. M. Lollius consulatum solus inivit, at tandem collegam habuit Q. Aemilium Lepidum, post multam contentionem cum L. Silano, cum Augustus in Sicilia esset, cui locus alter servabatur. Legito Dionem. Natus autem est Hor. [prid. Non Decemb.] a. ab U. C. 688. Lucio Aurelio Cotta et L. Manlio Torquato Coss. Vid. Sigon. in fastis Conss. *duxit.* Quia Lollius auctor fuit consulatus sibi cum Lepido communicandi, teste Dione l. l.

Epist. 2, 1. Sch. Cr.: *Augusto increpanti Horatium, quod non ad se quoque plurima scriberet, ut Suetonius auctor est* (in Vit. Hor.), *in primis cum laude Caesais se excusat, ne ipsum in rep. occupatum suis scriptis detineret; deinde paulatim eo delabitur, ut judicium sui temporis* (Romanorum, Graecis in hoc valde dissimilium,) *damnet, quo antiqui poëtae laudantur quidem propter vetustatem, sed novi contemnuntur, etiamsi veteribus sint meliores.* Itaque poësin in genere laudat, cujus primordia et progressus apud utrumque populum breviter describit, hortaturque Augustum, ut rem adeo utilem atque delectabilem patrocinio suo tutetur, praemiisque dignis propositis et provehat et ornet.

1. *solus.* Ex anno U. C. 727, quo anno Augustus appellari

jussus est (Casaub. ad Suet. Oct. 7.), cum praeter consulatum accepisset in perpetuum tribunitiam potestatem et morum legumque regimen. Suet. Oct. 27, Tac. Ann. I, 2. Notavit Zell.

2. *moribus*. Ad antiquos mores revocare Romanos studebat Augustus, ut auctor est Suet. Oct. 27, 32, etc. quos mores ipse Hor. commendat. Vid. Caroli Zellii, Creuzerianae disciplinae alumni doctissimi, ed. hujus epistolae, quae nuper Heidelbergae prodiit pagg. 59. octoariis 3. *Legibus*. Suet. l. l. 34. 5. seqq. Cf. Od I, 2; 4, 5, 35; 15. Zell. 6. *Fata* placet etiam Wakefieldio Tragg. Delect. 2. p. 286. 8. *formant*, in uno MS. repertam, ut ait, lectionem, probat etiam San. 14. Porph. artifices dixit, Hor. ipsas artes, quod longe gravius, etsi artifices etiam ipse intellexit. Quid Fea? Scilicet, dum legit *positos*, quod in 2 codd. invenit, simul res (*artes*) et personas (*artifices*) dictas vult ab Horatio, id quod ταυτολεξίας est valde invenustae. Sic haud dubie legendus locus:

Urit enim fulgore suo, qui praegravat, artes
Infra se posi as.

Seorsim accipiendum *qui praegravat*, i. e. qui praeponderat, qui in arte aliqua princeps est. Suet. Caes. 76.: *Praegravant tamen cetera facta dictaque ejus* etc. De sententia cf. Od. 2, 24, 31. 16. Ex anno 726. Suet. Oct. 52, 59. Cf. Tacit. Ann. 4, 37 seqq., et de formula jurandi Casaub. ad Suet. Claud., 11. Notavit Zell. 18. Bentl.: *sed tuus hoc populus sapiens et justus in uno*, secundum unum MS. et Scholiastas, qui sic interpretantur: *in hoc uno, in hac una re, sapiens*. Nihil hic barbari aut indocti, nihil obscuri in verbis *tuus populus*, quapropter *hic* addendum fuerit, ut non nemo existimat, quem vellem se respicere et a proscindendis viris clarissimis temperare. Cf. San. 23. *Sic fautor*. Tam magnus. 24. Decemviri leges suas tulerunt a. U. C. 302, ante Chr. 448. 25. *Gabiis*. I, 11, 7. Foedus cum iis fecit Tarquinius Superbus. Liv. I, 54. *Sabinis*. Liv. I, 13. Sat. I, 9, 29. 26. *Pontif. libros*. Sch. Cr.: *quos Numa scriptos reliquit*. Annales et Jus pontificium. Cf. de Annalibus stilo simplici scriptis Cic. de Orat. 2, 12. *annosa* etc. Id.: *Epexegesis veterum poëtarum et Sibyllarum*. Cf. Zell.

27. Id.: *Quia Egeria nympha dicitur cum Numa Pompili in Albano monte fuisse locuta*. 28. Conferri jubet Noster 161 et

A. P. 268, 286, quasi quisquam dubitet, latine dici *Graecus*. Non sic refelluntur Bentleji. *Grajorum*, non unius codicis lectionem, graviorem altera putans Britannus doctissimus arcessivit, cui nihil opponas, nisi τὸ *Grajorum* ideo minus placere, quod paulo ante legimus *Grajis*. *Grajorum* etiam Ms. Gotting. ap. Gesn. 31. H. e. Tum res manifestas negabimus, dicemusque oleam nucleum non habere, neque nucem tegi cortice; absurda omnia nobis persuadebimus, velut hoc, jam dudum pingere nos, psallere ect., ut Graecos. 40. Cr.: Ἐρωτήματα Chrysippea ad concludendum *soriten*. (acervum).

46. *demum et item unum*. Scabra oratio et parum latina. Recte Vr. et E a m. 2.: *demo itidem unum*. *Fastus* etiam Gotting. a m. 1.; sed hae sunt merae hallucinationes librariorum.

50. De Ennio ad Sat. 2, 1, 17. *fortis*. Vid. ibid. ad 16.

51. *critici*. Velut L. Aelius, M. Varro, Servius Claudius, etc. Vide Suet. de illustr. gramm., Clav. Cic. *videtur*. Suppl.: mihi, h. e. videtur mihi de eo securus esse posse Ennius, an vera sit a Pythagora excogitata μετεμψύχωσις, qua fretus Homerum se olim fuisse credidit: nam ea fama jam ipsi non est opus: diem obiit: ergo sapiens est et fortis etc. Manifesta εἰρωνεία. 53. *Naevius*, poëta dramaticus et epicus, ad plures abiit a. U. C. 549. 54. Dormitavit Fea, cum signum interrogandi sustulit. *Non* positum pro *nonne*, ut passim, et Satiricus cum quaerit, annon in manibus sit Naevius pene ut recens (nam *ut* subaudiendum, ut alibi saepius apud hunc nostrum, velut 1, 10, 5, ubi vid. Gesn.), id igitur cum quaerit, nihil aliud intelligi vult, quam omnium eum ore ferri.

56. *M. Pacuvius*, poëta tragicus, nepos fuit Ennii, natus Brundisii, mortuusque est Tarenti, senex pene octogenarius. De *Attio*] ad Sat. 1, 10, 53. Cf. Clav. Cic. *senis*. Euripidis, qui senex mortuus est, ut etiam Sophocles. 57. *Afranius* comoedias togatas magna cum laude scripsit. Quinctil. 10, 1, Vellej. 1, 17. Floruit circa a. U. C. 650, aequalis Marii.

58. Plautus Sarsinas, poëta Comicus notissimus, decessit a. U. C. 570. 58. Epicharmus, poëta comicus et philosophus Siculus, Aeschylo antiquior fuit. Cf. San. 59. *Caecilius Statius*, servus Insuber, item fuit poëta excellens Comicus. Mortuus est a. U. C. 586. *Terentius*, servus Carthaginiensis, diem obiit

a. U. C. 595. 60. *arto.* ab effectu. 62. M. Livius Andronicus, libertus Livii Salinatoris, ejusque liberorum institutor, primus Romanorum fabulam docuit a. U. C. 514. 67. *ignave.* S. Cr. *humiliter et rustice.* 68. *Jove* etc. Sch. vet.: *Jove irato fit, ut homines errent ac delirent.* 69. *Laevi* etiam collat. Sax. ap. Gesn. Haec nomina saepe mixta: vid. San. 70. *plagosum.* S. Cr.: *plagas inferre gaudentem.* 71. Cr.: *Orbilius* grammaticus post militiam quinquagenarius rediit ad intermissa litterarum studia, Romaeque docuit, majore fama propter acerbitatem in antisophistas et discipulos, auctore Suetonio (de illustr. gramm. c. 9.), quam emolumento. Ciceronis aetate vixit, atque ad annos prope C. pervenit, amissa rerum omnium memoria; unde Bibaculus poëta:

Orbilius ubinam est litterarum oblivio?

Cf. Suet. l. l. et Nostrum Sat. 1, 10, 75. 75. *ducit,* producit, commendat, ut recte Baxt. secundum Scholl., cui verbo cognatum *tradere,* quod idem significat. Senec. Controv. 3. praef.: *Pronunciatio, quae histrionem posset producere,* etc. 79. Cr.: Titus Quintius Atta, Atellanarum et Togatarum scriptor, mortuus est Romae C. Mario et M. Aquilio conss. a. U. C. 652. Cic. pro Sext. 51, Gell. 7, 9, Fest. Isidor. 80. *Fabula.* Sch. Cr.: *id est in scenam recepta sit, quae floribus et croco spargitur.* Lucret. 2, 214, Ovid. A. A. 1, 104, Plin. 21, 6. 82. S. Cr.: *gravis, compositus. doctus, peritus actionis.* Nobilissimi histriones, Ciceronis aequales. De Aesopo, tragico actore, cf. Clav. Cic., de Roscio, et eximio artifice et viro bono, vid. Cic. orat. pro Quinct. 25, 78, etc. 85. *perdenda.* S. Cr.: *omittenda, oblivioni tradenda.* 86. *Saliare.* Quod, a Numa scriptum, cantabant Salii, Martis sacerdotes, in celebritatem illius diei, quo ancile de coelo cecidisse credebatur. Cf. Od. 1, 36, 12; 37, 2; Liv. 1, 20; Dion. Halicarn. 2; Plut. Num. 13; Zell. 92. *Viritim.* S. Cr. *per singulos viros.* Ut nemo sit, quin legat. 95. *vitium,* delicias, luxuriam. 97. Suavius, qui libri: *vultum picta.* 98. *tibicin.* Cr.: Ap. Athenienses tanti fuere tibicines ludique ceteri, ut ex publico curatores haberent (ἀσυνόμους), οἷς ἔμελεν, inquit Suidas, περί τε τῶν αὐλητρίδων καὶ ψαλτριῶν καὶ κοπρολόγων (scurrarum), quorum

in Piraeo erant 5, et in urbe totidem. 114. *abrotonum* (Stabwurzel) herba magni usus in re medica. Vid. Dioscorid., Plin. 21, 10. 115. Argutasse Bentlejum ait vir doctus, cum reposuerit *melicorum* et *melici*. Ergo quos descriptos verbis *qui didicit* (dare abrotonum) modo induxerit poëta, eosdem proprio suo nomine appellatos denuo in partes vocari arbitrabimur? Minime, sed laudemus Bentleji conjecturam cum Sanadane, Marklando Epist. crit. p. 84., Wakefieldio, et ad Ommerenium Eichstadio, qui similiter medicos gubernatores et musicos conjunctos esse monet apud Persium, Nostri in multis imitatorem, Sat. 5, 95 — 100. In eandem rem ipse Bentl. laudaverat Cic. de Div. 2, 3, Boëth. de Consol. philos. 2, 6, Dionem Chrysost. Orat. 10. p. 148. Quod Gesn. professionis nomen non putabat *Melicus*, falsum eum esse monet Eichstad. l. l., cum legatur ap. Plin. 7, 24. p. 42. et c. 57. p. 94. ed. Paris.: *Simonides melicus*, et similiter *organici* dicat Lucret. 2, 412. 122. *incogitat.* ἐπινοεῖ, ἐπιβλεύει. Lamb., H. Steph. diatr. p. 45. 123. *siliquis.* S. Cr.: *leguminibus.* Pars pro toto. Sat. 2, 1, 74. *pane secundo.* Idem: *non siligineo, non primo, non postremo, sed dispensatorio.* 124. *piger.* imbellis. Interpungendum, ut in aliis edd.: — *urbi, Si — juvari. Os* etc. Qui ad seqq. refert verba *Si das — juvari*, eum parvi aestimare necesse est ea, quae ibi commemorantur, praecepta morum, historiam, liberalitatem. 127. *jam nunc*, jam tum, qua potestate *nunc* passim legitur. Vide nos ad tragoed. Octav. 505 etc. 131. *solatur.* S. Cr.: *praeceptis philosophicis.* 133. *preces.* hymnos, paeanas, aliaque carmina festis diebus in honorem deorum cantari solita, velut Nostri carmen seculare, Od. 1, 21, Catull. 34. 136. *Avertit morbos.* Cr.: Hinc σίχος ἀποτροπαῖος dictus. 144. *Genium.* Sch. Cr.: *deum naturae.* Vir mirandae eruditionis, Creuzerus, l. l. ad Od. 3, 17, 14. ita scribit: Der Sinn, in welchem ein Mensch handelt, die Gewohnheit seines Lebens, die Kraft, womit er, wenn es gilt, thätig ist, das Alles hiefs, nach altem Glauben, sein Genius. Er heifst der Begleiter des Lebens (ὀπαδός, oder συνοπαδός, Iamblich. vit. Pyth. p. 5. Kust.), und in wie fern er die Seele zum Höheren leitet, des Lebens Mystagog (μυσταγωγὸς τῆ βίᾳ, Menander bei Ammian. Marcellin. 21, 14.). Er wird auch wohl der Gott

der menschl. Natur (naturae deus humanae, Horat. Epist. 2, 2, 188) genannt; und das Gestirn, in welchem der Mensch geboren worden, und unter dessen Einfluſs er stehet, ist doch wieder unter die Leitung des Genius gestellt (ibid.) Ihn also zu gewinnen und zum Freund zu behalten, war eine Hauptsorge des Lebens; ihn, wenn er sich verfinsterte, zu versöhnen und zu erheitern, ein Hauptgeschäft. Nach der Unbestimmtheit, die diesem Theil des Volksglaubens eigen ist, nehmen Einige Einen Genius als Vorsteher jedes Menschen an, der bald hell, bald dunkel, bald weifs, bald schwarz sey (wie Horat. l. l.); Andere zwei, einen guten und einen bösen, etc. *memorem brevis aevi.* Cr.: qui facit homines vitae brevitatis memores. Sic od. 13. lib. 1.:

Impressit memorem dente labris notam.

Admonet autem vitae brevis, qui ipse mortalis est: vid. 2, 188. Mortalis mortales hortatur, ut vita fruantur, quod vulgo vocatur *Genio indulgere*, *Genium placare* (A. P. 210), tanquam iratum tempore brevi non utentibus. 145. Fest.: *Fescennini versus, qui canebantur in nuptiis, ex urbe Fescennio* (Plin. H. N. 3, 5.) *dicuntur allati; sive ideo dicti, quia fascinum putabantur arcere.* Cf. interpp. ad Liv. 7, 2. et Plin. 15, 22. 153. *malo probroso*, quod fuste puniri jubent XII. tabulae. Cf. Sat. 2, 1, 81 et ibi H. 158. *numerus Saturnius.* Vidd. metrici. Fest. v. Saturnus: *Versus quoque*, inquit, *antiquissimi, quibus Faunus fata cecinisse hominibus dicitur, Saturnii appellantur, quibus et a Naevio bellum Punicum scriptum est, et a multis aliis plura composita sunt.* — *Talis numerus est:*

Dabunt malum Metelli Naevio poëtae.

158. *grave virus.* Sch. Cr.: *morum rusticitatem et carminum.* Pertinet etiam ad venenatos aculeos Fescenninorum.

159. *Munditiae.* S. Cr.: *artes liberales assiduo studio excultae.* Elegantia doctrinae. 163. Auctores Graecorum tragoediae, quorum Thespis mortuus est a. U. C. 233, sive ante Chr. 513., Aeschylus a. U. C. 279 (ante Chr. 471.), denique Sophocles a. U. C. 354. (ante Chr. 388.). 171. *Quo pacto.* Quam male, quam diffuse et loquaciter, quam sine arte. Cf. 174, A. P. 270 seqq. et de vitiis Latinae comoediae Quinctil. 10, 1.

172. Fabius Dossennus Comicus, cujus mentio est apud Plinium et Senecam. Atellanarum scriptorem dicit Sch. Cr.

174. Cr. Quam dissolutus et incurius sit. 178. Sic interpung.: — *instat: Sic* etc.: nam verbis *Sic* etc. ratio redditur praecedentium. 179. *Sic leve.* Tam leve, adeo leve; tam levi momento animus scriptoris huc vel illuc impellitur.

180. *Valeat* etc. Sic vertit San.: Pour moi, je renonce au métier, si pour une chose de pur divertissement il faut faire dépendre le bonheur et le malheur de ma vie des applaudissemens ou des mépris de tout un peuple. 185. Sch. Cr.: h. e. *si equestris dignitas* (ordo equester in quatuordecim) *obmurmurando studium populi sibi displicere ostendat, statim ad arma conclamat populus* (plebs), *carminaque removenda, et alios ludos producendos.* Cf. Terent. prolog. Hecyr. 32. et ibi Don., Bentl. ad A. P. 113. 190. Vet. Sch. *Dum populo bellorum simulacrum monstratur, et ad postremum pompa ducitur, triumphalis.* Sch. Cr.: *dum pyrrhicha populus delectatur. fugiunt.* celeriter transeunt. Alibi hunc usum verbi *fugere* illustravi. Cf. 192. De re vid. Cic. Epist. 7, 1., ut monet Zell. *Esseda.* S. Cr.: *Vehicula captivarum, pilenta matronarum, sicut petorrida* (quae vox Gallica, secundum Fest.) *famularum.* Cf. Clav. Cic. 195. Camelopardalis (Giraffe). Plin. 8, 18, etc. 195. Rarus elephas albus, cujus hodieque, inquit Gesn., in titulis suis Siamensium tyrannus glorietur. 196. *Converterit* soloecum, quia praecessit *foret.* Est cum dormitat bonus Bentl. 199. Graeci: ὄνῳ τις ἔλεγε μῦθον· ὁ δὲ τὰ ὦτα ἐκίνει. 202. S. Cr.: *Garganus mons est Apuliae.* 203. *artes, τέχνας,* opera artis, signa, statuae, vasa aenea et alia id genus, quae portabantur in pompis theatralibus. Sic *artes* etiam alibi dicitur apud Nostrum, sed jam non succurrit quo loco. Quanquam sic et *artibus* accipiam 242. 205. *conc. d. l.* S. Cr.: *plausus datur, priusquam aliquid dicatur.* 207. *violas.* ianthina vestis, purpurea. Plin. 21, 6. 216. *munus Ap. d.* Cr.: bibliothecam te auctore aedificatam et Apollini Palatino consecratam. Ovid. Trist. 3, 1, 63, Suet. Octav. 29. 220. *Ut* etc. proverbium. 225. *tenui.* Cf. 76. 227. *commodus.* Cr: humanus, liberalis.

230. *Aedituos μεταφορικῶς* dictum pro poëtis, tanquam templi Virtutis custodibus. 233. Plures fuerunt Choerili. Qui

Alexandrum M. comitabatur, ejus nominis poëta vapulat etiam Aristoteli et Curtio. Cf. A. P. 357. 234. *Numisma* (— — *v*) metro refragatur. 239. *Apellem*, Coum, pictorem. Cf. Zell.

240. *Lysippo*, statuario, Sicyone oriundo. De utroque artifice, praesertim de Apelle, passim Plin. in H. N. 242. *videndis*. visu judicandis. *artibus*. Vid. ad 203. 244. Sch. Cr.: *Boeoti hebetes sunt habiti, quasi βοῶν ὦτα ἔχοντες.* (Vid. adag. Boeoticum ingenium). 247. De *Virgilio* nota omnia. De *Vario* vid. ad Sat. 1, 5, 40. 255. Templum Jani clausum ab Augusto a. U. C. 744. Vid. Heyn. ad Virg. Aen. 7, 607.

257. *Sed* etc. Suet. Octav. 89.: Recitantes et benigne et patienter audivit; — componi tamen aliquid de se nisi et serio et a praestantissimis offendebatur, admonebatque praetores, ne paterentur nomen suum commissionibus obsolefieri.

260. Stultam sedulitatem in diligendo aliquo et laudando molestiam pro laudibus ait parere, praesertim si versibus et arte se commendare muneraque elicere studeat: nam quidquid insulsum et deridendum facilius animos hominum malignorum subire atque edisci et ubique repeti, quam quod probetur, itaque fieri, ut ipse vir magnus propter ineptum laudatorem derideatur. 265. *proponi*. S. Cr.: *in publico poni fictus ex cera*. 267. *pingui*. crasso insulsoque. Cr. 267. *una* etc. S. Cr.: *in eodem enim libro est scriptoris nomen, et ejus, qui describitur, ut in Virgilio Aeneas, in Homero Ulysses*.

268. *aperta*. Ne clausa quidem; quod ad contemtum pertinet. 269. *vicum*. Tuscum, ubi Vertumnus erat, inquit Cr., emendis vendendisque mercibus praeses deus.

Epist. 2, 2, 1. Julius Florus quis fuerit, incertum est. Vid. Sanad. Tiberium comitatus est, cum in Orientem proficisceretur a. U. C. 731. 2. *natum Tibure vel Gabiis*. Cr.: externum, tibi incognitum. 4. Id.: Commendatio servi a colore, sano et integro nec deformi corpore. 7. *Litteralis* etc. ut possit esse *ἀναγνώστης*. Multos servos liberaliter institutos novimus, Terentium, Hyginum, Phaedrum, alios. 10. Fidem amittit, qui plus promisit, quam praestat. Sed talis ego non sum, neque opus mihi est hunc servum vendi: nam nihil me urget etc. 12. *meo sum pauper in aere*. S. Cr.: *nihil alicui quidquam debeo*. Locutio, nisi fallor, proverbialis. 14. *cessa-*

vit. Extenuatio facti, quasi erro tantum fuerit, non fugitivus. Sed statim aperte etiam *fugam* dicit. 15. *habenae.* Ulpian. l. 1. §. 33. ff. de SC. Silan., laudante Gesn.: *Impuberes — terreri tantum solent, et habena vel ferula caedi.* S. Cr.: *In media domo* (Rom.) *a gradibus ad timorem servis incutiendum habenae pendebant.* 17. Hic apodosis incipit, ut monet Eichstad. ad Ommeren. 18. *lex.* S. Cr.: *conditio expressa: est enim fugitivus.* 26. Id.: *Hoc accidit eo bello, quod gessit Lucullus cum Mithridate, rege Ponti; cujus milites primum, necessitate compulsi, coeperunt praedari et viatica parare; sed ea, nocte quadam dormientes lassi, omnia perdiderunt: quare, velut furibundi, expugnarunt quoddam praesidium, ubi erant thesauri Mithridatis.* 30. *Praesidium.* Appian. in Mithridaticis ap. Cr.: *Tigranocerta* capta ingenti praeda ditavit exercitum (Luculli) etc. Quod praesidium Nisibin vocat Dio 35. circa fin. 34. *praetor.* dux, Lucullus. Vid. Clav. Cic. 40. *zonam.* Gell. 15, 12.: *In zonis pecuniam deferebunt veteres.* 41. Jam ei militi se comparat, per ridiculum. 45. *Academi.* Qui porticum Athenis construxit, unde Academia dicta est. *silvas.* prope porticum. Sch. Cr. *Jucunde dicit,* (Academicos) *in silva quaerere verum, qui ita quaerunt, ut id negent inveniri posse* etc. 53. *cicutae.* Valde refrigerantes, ut auctor est Plin. 25, 13. Ergo, inquit Gesn., aestum etiam illum et fervorem, quo poëtae calescunt, domare potest. Pers. 5, 145.:

—— *calido sub pectore mascula bilis*
Intumuit, quam non extinxerit urna cicutae.

59. *Carmine.* lyrico. Cf. 1, 19, 23 seqq. 60. Bion hic secundum Acronem et Sch. Cr. fuit sophista Borysthenites, non in homines tantum, sed etiam in deos impius, ut quos in ulciscendis hominibus irriserit, Plutarcho teste de vindicta numinis, eosque nihil esse dixerit, ut habet Diog. Laërt. 4, 52, ubi vid. Meibom. *sale nigro.* S. Cr.: *maledicentia.*

65. Cf. Sat. 2, 6, 23 seqq. 70. *humane commoda.* S. Cr.: *probe brevia.* Ironia. 72. *gerulis.* Id. Sch.: *qui portant necessaria ad fabricam.* 81. *vacuas.* non populosas, otiosas. Talis, quamvis bene praeparatus, tamen non semper scribit: quomodo ego scribam, tot rebus impeditus? 82. *insenuitque*

S. Cr.: *impalluit, quasi senex effectus.* 86. *dignet.* Id.: *dignum arbitrer.* 87. *consulti.* ICti. *rhetor.* orator, ut qui Graccho comparetur, *ut alter* etc. Supple: ita comparatus, ut fratrem laudaret semper, et ab eo invicem laudaretur. 90.

Quî minus argutos vexat furor iste poëtas?

Quid hoc sibi vult? Num hoc quaerit Hor., quomodo fiat, ut iste furor minus vexet poëtas? Non potest: nam eâdem illos insania affectos dicit, ut ex sequentibus intelligitur. An igitur scribendum *vexet?* Vel hoc faciendum, vel, quod malim, interpunctione illustrandus locus, ut sic scribatur:

Gracchus ut hic illi foret, hic ut Mucius illi:
Quî minus? Argutos etc.

Ironice dictum *quî minus?* quomodo, seu cur, minus aliquid quam Gracchus et Mucius? 91. seqq. Non melius haec distincta, si quid ego sentio. Sic legendum esse arbitror:

Mirabile visu
Caelatumque novem Musis opus, adspice primum,
Quanto cum fastu, quanto molimine, circum-
Spectemus vacuam Romanis vatibus aedem;
Mox etiam etc.

Aedem Palatinam dicit, eamque recte vocat opus mirabile et a Musis caelatum; id quod vidit etiam Bentlejus. Primum igitur Florum adspicere jubet, quam superbe atque ambitiose ipse et nescio quis poëta elegiacus circumspectent mirandam istam aedem, quam poëtis Romanis vacuam fecerit, h. e. aperuerit seu destinaverit, Augustus; deinde etiam, si vacet, sequi et audire, quid uterque velit, qualibusque se blanditiis invicem demulceant. 94. *vacuam.* Vid. not. praegressa, et cf. interrpp. ad. Suet. Oct. 29. 97. H. e. par pari referimus. Sch. Cr.: *Falsis laudibus nos deludimus, — in quo quasi cum hostibus Samnitibus, ut olim Romani, pugnamus usque ad noctem, nosque consumimus. Ennius:*

Bellum aequis manibus nox intempesta diremit.

98. *lento. diuturno. ad lumina prima.* Sat. 2, 7, 33. 101. *Minnermum laudat tanquam primum in elegis scribendis. Alii Callima-*

chum ceteris praeferebant. 101. *optivo.* prout ipse optat. 104. *mente recepta.* S. Cr.: *ad me rediens, quia vates, dum scribunt carmina, insanire feruntur.* 114. h. e. et quamvis adhuc domi sunt penes me, tanquam Vestales, quas prodire in publicum nisi certis diebus nefas erat. Quamvis praeter ipsum nemo legat sua carmina, tamen verus poëta sedulo emendabit.

115. *bonus.* benevolus, ut qui ista eruat populi in usum.

117. Vid. de utroque Clav. Cic. vv. M. Cato Censorius et M. Cethegus. Cf. A. P. 50. 120. *Hic.* talis poëta.

125. *movetur.* saltat, mimus. 126 — 128. *Praetulerim — ringi.* Verba poëtae, limam adhibere nolentis. *Ringi* proprie canum est, monente Sch. Cr., ut *ridere* hominum. Sed hic, inquit Cr., irasci est stomacharique, quod res ex voto non succedat, etc. Argis etc. Id.: Ex Aristotele de mirabilibus auscultationibus initio habemus, tale quid Abydi contigisse.

151. *Audieras* etc. Ironia. 156. *nempe ruberes.* Concedo, tibi erubescendum fore, nisi divitias cupidissime appeteres.

158. De emtione per aes et libram, simul et de mancipatione usicapioneque, Boëthius in Topic. Cic. et Budaeus in Pandect. Vid. etiam Clav. Cic. vv. Mancipium et Usucapio.

161. Concinnius *daturas.* Ad sensum nihil interest, utro modo legas. 175. Rectum *Sic.* Saepissime *Si, Sed, Sic* confusa in libris. 180. *Tyrrhena sigilla.* Sch. Cr.: *Tusca: nam Italorum Tusci primi de marmore sigilla fecerunt.* Etiam fictilia, vel ex cupro aurato, ut et vasa. Res nota. 181. *Gaetulo. Mauro: significat enim purpuram Girbitanam.* 182. Concinnitatis causa recipiendum *curet* cum Bentlejo aliisque. 184. *Herodis palmetis.* Juxta Hierichuntem uberrimis. Strab. 16. p. 525.

187. *Genius.* I, 144. 193. *Scire volam.* Cr. experiar vivendo. 197. Sch. Cr.: h. e. *ut pueri* (quibus tum ludus dabatur) *intenti ludo hilariter et jucunde his feriis utuntur* etc. *Quinquatres dies festi in honorem Minervae* etc. 199. *domus* vel *domo.* Minime malum *modo*, de quo Gesn. cogitabat, quae permutari docet Burm. ad Ovid. Art. I, 361. 201. *Aquilone.* Ut qui in Africam Indiamque divitem naviget mercator. 208. *sagae.* Fest. in Praesagire secundum Cic. de Div. I, 31.: *Sagae*, inquit, *dictae anus, quia multa sciunt. (scire volunt*, Cic. l. l.) Hinc veneficae et magae. 209. Vet. Sch.: *Lemures, umbras*

vagantes hominum ante diem mortuorum etc. *port. Thessala.* magarum Thessalarum. 213. *peritis.* vivendi. 214. Comparant notum epigramma Sardanapali regis ap. Athen. l. 12. Vid. Lamb.

Art. poët. 1. seqq. Figura similis hieroglyphicis, vel iis, quas Arabicas hodie appellant (Arabesken), quarum quidem origo ab illis repetenda mihi videtur. Vidd. Zoëga de usu Obelisc. p. 214, 302. seqq., Böttiger in libro germ.: Andeutungen über die Archaeologie, 1. Abtheil. p. 19. 6. *Pisones.* L. Calpurn. Piso, qui consul fuit a. U. C. 739, et ejus filii duo, poëseos ac litterarum omnes studiosi, praesertim pater, de quo Vellej. 2, 98.: *Hoc omnibus sentiendum ac praedicandum est, esse ejus mores vigore ac lenitate mixtissimos* etc. Cf. Ruhnk. ad eum locum, et quos laudat, inprimis Tacit. Ann. 6, 10. cum not. Lipsii, et Senec. epist. 83. Ejus filiorumque nominibus opus de arte poëtica hunc nostrum inscripsisse, mirum non est; nec quidquam certi vel scimus hodie vel scire etiam cupiemus, si quidem nimis ingeniosi curiosique esse nolumus, de causa aliqua peculiari, quae eum ad id faciendum impulerit, cum nihil legatur in hac epistola, quod ad solos Pisones pertinere videatur, omniaque faciant ad artem, nemini erudito non carissimam, praeceptis exemplisque aptissimis illustrandam. 19. *Et.* Etiam. 20. *quid hoc.* quid hoc sibi vult, quid eo opus est, si etc. Sch. Cr.: *Naufragi ad misericordiam commovendam casus suos in tabula depingi faciebant* etc.

32. Id.: *Aemilius* (pro Aemilianus) *ludus dicebatur locus non procul a circo, ubi Aemilius quidam gladiatores suos habuit* etc.

40. *potenter.* Id.: *pro sua potentia, quantum possit ferre.* 42. *haud ego fallor.* Confidentius dictum, nec more Horatii. Quare vulgatum *aut* retineo. Sat. 2, 5, 59. ex nostra emendatione:

O Laërtiade, quidquid dicam, *aut* erit, *aut* non
Divinare etiam magnus mihi donat Apollo.

Et sic passim. 46. Non hunc versum post sequentem ponendum censuit Bentl., sed ante praecedentem vidit inserendum esse. Et quis, quaeso, est, qui hoc non probet praeter Feam, ultro coeculientem? Apud quem ut haec leguntur, quid amare, quid spernere poëta jubeatur, nescias; ut leguntur ap. Bentl. et ejus asseclas, aliud verbum amare, h. e.

eligere, jubetur, aliud spernere, ad regulas elocutionis, quae fuse exponuntur in sequentibus. Nihil profecto planius. Cf. Epist. 1, 14, 34., qui versus itidem trajectus est, similiterque etiam alibi lapsi sunt descriptores. Vid. Gesn. ad h. l.

50. *Cethegis*. Epist. 2, 2, 117. Lucan. 2, 543.: *Exsertique manus vesana Cethegi*, ad quem locum Schol. Mediolanensis scriptus ap. Baxt.: *Exsertus est, qui manum et humerum habet nudatum. Ideo cinctuti* (dicuntur), *quod loco tunicae cinctum, h. e. campestre* (Epist. 1, 11, 18), *vel subligaculum gestarent*. 50. *Et*. Etiam. Et pure latina fingere licebit cum judicio, et a graecis derivata, *ut verbi gratia*, inquit Sch. Cr., *πύλινα dicunt Graeci, nos calicem* etc. 54. Vid. ad Epist. 2, 1, 58 sequ.

55. *Varioque*. ib. ad 247. 56. *Catonis*. ib. 2, 2, 117. *Enni*. ib. 2, 1, 50. 59. *praesente nota*. S. Cr.: *praesentis temporis charactere. Tracta metaphora a nummis, quia nummi in nova fusura juvant inopiam*. 60. Cf. Hom. Il. Z, 146. 62. In carmine de Jud. Dom. c. 8. v. 227. legendum metri causa: *Hic abies — nigra*. 63. Vid. not. sequ. 65. Si Corn. Gallus, si Martian. Capella regulas aut ignorarunt, aut neglexerunt, quid id ad Nostrum? U litteram in *palus*, vocabulo generis fem., porrectam esse, patet ex obliquis ejus casibus, in quibus ea vocalis producitur. Fac corripi casu primo, et dicendum tibi erit *ἀναλογιῶς, τῷ* u deproperato, *paludis*, ut *pecudis*. Longe alia ratio *τῷ glomere* ap. Lucret. et verbi *Italia* ap. Maronem, de quibus Fea; neque vel Quinctiliani ab eo laudatus locus huc facit, vel grammatici audiendi sunt, secundum corrupta jam tum exemplaria ita haec laudantes, ut nunc leguntur. Rectissime Gesn.: *sterilisque palus diu*. Sic plane Lucret. 5, 7: Nam *si*, ut etc., Virg. Aen. 3, 211: Insul*ae* Ionio etc. Eclog. 8, 108: Credimus, an *qui* amant etc. Ovid. Met. 5, 625: Et bis io Arethus*a*, io etc.; denique ipse Noster Od. 3, 14, 11: expertae, m*a*le ominatis; quorum similia plura videsis ap. Bentl. Sat. 2, 2, 28, nos ad Plaut. Amph. 341. Sed quinam istius fons erroris? inquiat quispiam. Nempe inscientia librariorum, qui hiatu perperam offensi, dum vitio, quod nullum esset, liberare student poëtam, macula eum vera adsperserunt. Ceterum Sch. Cr.: *Divus Augustus duas res divinas fecit, ut Pomtinum paludem exsiccaret* (de quo Jul. Caesar cogitaverat,

teste Suet. Caes. 44.) *et ad mare meatum habere cogeret, ut post et arari posset; deinde portum Lucrinum muniret, de quo Maro:*

—— *Lucrinoque addita claustra,*
Atque indignatum magnis stridoribus aequor.

Cf. Sat. 1, 5, 4; 2, 4, 32. 75. *Versibus* etc. hexametris heroïcis et pentametris alternantibus. 77. Late patet usus metri elegiaci, praesertim apud Graecos, quorum Theognis, Tyrtaeus, Callimachus, Theocritus, innumerique et cujusvis generis epigrammatarii eo sunt usi; Latinorum autem inprimis Catullus, elegiaci tres, et Martialis. 77. *exiguos*, leves, si quis comparet cum carminibus epicis, praesertim Homeri.

79. *Archilochum*. Sat. 2, 3, 11. 81. *populares vincentem strepitus*. Quia *insignes numerorum iambicorum percussiones*, ut ait Cic. de Orat. 3, *eorumque celeritas acumen soni gignit*, quo facilius audiuntur, judice Aristotele. Cf. San. 83. *fidibus*. Pindari et lyricorum. 89. *privatis*. quibus privati homines utantur. 90. *Thyestae*. fratris Atrei. Vid. Senecae fabulam et mythologos. 94. *Chremes*. Apud Terent. Heaut. 95. Delenda interpunctio post *pedestri*. Vid. Bentl. Telephus et Peleus, personae tragicae, opponuntur comicae Chremetis. De Telepho, cui ab se vulnerato Achilles medicatus est, vide Apollod. 3, 9 §. 1. et Hygin. fab. 99. Peleus, cum Phocum fratrem interfecisset, a patre in exilium pulsus est. Vidd. Ovid. Met. 11, 267 seqq. Apollod. 3, 11 §. 6. 114. Rectum *divusne*. A deis heroibusque ad homines poëta descendens, quid quosque deceat in scena, docet. Deos ab heroibus et supra distinguit 83., et infra 227; cf. 191.; diversasque earum naturas esse, vel ex hodie superstitibus artis monumentis constat, de quibus vid. Winkelmannus. Quid ad hos servuli (*Davus* et, si diis placet, nescio quis *Heros* ap. vet. Schol.), quorum si quae est, ut sane est, in fabulis dissimilitudo, tamen ea res ad solam prope comoediam pertinet, cum hic de dramate generatim dicatur, maximeque de tragoedia, ut potiore. Cf. Sat. 2, 5, 91. Nec magna tantum personarum morumque discrimina sectatur Flaccus, sed, quod ipso dignius est, ea inprimis probe discerni jubet, quae propter vicinitatem facile misceantur, ut matrem et

nutricem, mulieres natu majores, Colchum et Assyrium barbaros, Thebanum et Argivum Graecos, quorum non major, quam deorum et heroum, differentia est. 116. Rectum *potens*, nobilis, florens opibus, cui opponitur sedulitas, sive servilis diligentia assiduitasque nutricis. 120. *reponis*. denuo ponis in libro tuo, toties ab aliis celebratum. 121. *Impiger* etc. ut ap. Homerum. 123. *Medea* etc. ut, verbi causa, in Euripidis et Senecae fabulis cognominibus. 123. *flebilis* etc. quae deflet occisum a marito Athamante filium. 123. *Ixion*. Junoni insidiatus. *Io*. Vid. Aeschyli Prometheus vinctus. *Orestes*. in tragoedia Euripidea etc. 128. *communia*. ab aliis antea tractata, publicam materiem, ut ait 131. 129. *Iliacum carmen*. Homeri Iliadem. Si autem *deducis*, cur non *proferas*, sed *proferres*? Sane hoc est, quod ajunt, colaphum infringere Prisciano. Corruptus locus est, quem restituas legendo

Rectius Iliacum *deduxes* carmen in actus,
Quam *sic* proferres etc.

Deduxes, deduxisses, ut *erepsemus*, *evasti*, *summosses* apud Nostrum, *decessemus*, *decressent* ap. Cic., *exstinxem* ap. Virg., similia apud Plautum et alios. *Sic*, sic temere, sic male, ut ap. Terent. Heaut. 3, 1, 49. 131. *Publica mat*. Vid. not. ad 128. *privati f. e.* Vet. Sch.: *fiet quasi tua*. 132. *vilem*. tanquam parvi pretii, ut quem quisque percurrere possit, dudum ab aliis apertum. *patulum*. omnibus patentem. Vide not. ad 136.

134. *nec desilies* etc. Ut Aesopica illa capra, inquit Baxt., quae temere in puteum desiluit. Ejusmodi inprimis angustias mihi dicere videtur, cum in alterum genus poëseos transferre imitator studet, quod alterius proprium est, velut cum varias res gestas epici carminis in unum drama constipat, scilicet ut oculos spectatorum multitudine rerum alliciat, quos gravitate unius facti praeclari pondereque sententiarum capere se posse propter imbellicitatem ingenii desperat; unde fit saepissime, ut ulterius ei progrediendum sit, quam lex operis permittit. 136. *scriptor Cyclius*. Cf. Gesn. ad h. l. et Schotti Observatt. hum. 2, 1. 136. *sic*. S. Cr.: *nimis elatis verbis*.

137. Simeo Bosius putabat significari primum versum ex parva Iliade

Ἴλιον ἀείδω καὶ Δαρδανίην εὔπωλον.

139. Leg.: *Parturiunt* (*vel Parturient*) *montes*? *nascetur rid. m.* Vid. ad Sat. 2, 6, 48. 143. Non deterius ex meliore, sed melius ex deteriore dare studet, h. e. graviora ac splendidiora post leve minimeque ambitiosum principium.

145. *Antiphaten.* regem Laestrygonum. Vide Odyss. et mythologos, ut et de Scylla, Cyclope et Charybdi: nam ejusmodi res tritissimas explicare nec vacat, neque hujus loci esse videtur. 146. Antimachum ex obliquo taxari putat Sch. Cr. propterea quod narraturus reditum Diomedis a Troja in Graeciam exorsus sit a morte Meleagri, qui patruus ejus fuit. Vide a Schellenbergio, viro doctissimo, collecta fragmenta Antimachi. 147. *ovo.* Ledae. In proverbium hoc abiit. 151. *remiscet.* Sch. Cr.: *commiscet, commutatione praepositionis, ut: uteroque recusso pro concusso, et ap. poëtam: si non veris falsa remisces.* 154. *Si pl. eges*, si eo tibi opus est, ut est quidem: Cf. 451 sequ. 155. Bentl. ad Terent. Andr. 951.: Alius, inquit, est Actor, alius *Cantor.* Actores in hac Andria primarum et secundarum partium Ambivius et Atilius erant. Tertiarum partium actor, utpote ignobilis, nusquam memoratur. Cantor autem Flaccus Claudii filius fuit, qui tibiis paribus canebat, dextris et sinistris. Ergo cum actores omnes ex scena exirent, Cantoris erat, depositis ex ore tibiis, PLAUDITE insonare. 159. *Signat humum.* Vestigio. 164, seqq. Similia horum habentur ap. Aristotelem in libello περὶ ποιητικῆς et Rhet. 2. Vid. Lamb. 184. *facundia.* servuli, vel nuncii. *praesens.* potens, efficax, et quae sit instar rei gestae. Sat. 2, 2, 41.

186. *exta.* filiorum Thyestae fratris. Vid. Senecae Thyest. 641 seqq. 193. *Actoris.* Non spectatoris tantum otiosi, sed viri agilis, cum loquitur, neque inter actus aliena intercinentis. Sunt autem loquentis partis κορυφαίᾳ, ut notum est. Insignes hac laude chori Aeschyli et Sophoclis, Euripidis et inter Latinos Senecae minus probati. 195. *conducat.* S. Cr.: *prosit.* 196. Imo *boni* sunt mites et probi, quibus faveas et consilieris, tanquam amicus amicis. Specta confidentiam Bentlejo turpem errorem imputantis, quod *bonis* ita acceperit, ut nulla non pagina accipitur ap. Cic. et optimum quemque latinae linguae auctorem! *Tantaene animis coelestibus irae?*

197. *peccare timentes.* Velut Phaedra ap. Eur. Hipp. 365 — 424,

Clytaemnestra ap. Senecam Agam. 339 seqq. *Tumentes* non multum distant ab *iratis*. 198. *brevis*. non in noctem productae. 202. *Tibia*. Vide Plin. 16, 36, ibique interpp., item Salmasii Exercitatt. Plinianas pagg. 84 seqq. etc. Sch. Cr.: *Prius tibia non erat ambitiosa, ut Varro in tertio Disciplinarum ad Marcellum de lingua lat. quatuor foraminum fuisse tibias apud antiquos ait, et se ipsum in Marsyae templo eas vidisse refert.* Cf. Ovid. Fast. 6, 697 seqq. *orichalco*. Plin. 34, 2.: *Orichalcum*, inquit, *praecipuam bonitatis admirationem diu obtinuit, nec reperitur longo jam tempore, effoeta tellure.* Genus autem aeris existimat. *Album* dicit Lucret. 6, 1241. 203. *tenuis*. debilis soni. *simplex*. ex uno ligno. 209. *diurno*. coepto a die medio.

210. *Genius*. Epist. 2, 1, 144. 211. *numeris*. Sch. Cr.: *metris. modisque. musicis.* 213. Ad quingentesimum annum (U. C.), inquit Cr., Livio teste, promiscue ludos populus Rom. spectabat; postea plebs a senatu et equitibus subselliis discreta fuit. P. autem Corn. Scipio Africanus secundum consul post 2. bellum Pun. anno 7. ejus auctor fuit, non sine ingenti invidia. 215. *per pulpita*. S. Cr.: *per tabulas scenae. vagus propter gestum. vestem.* prolixiorem factam ornatus causa.

216. *severis*. antea, cum tres tantum chordas haberet lyra, dein 7. 217. *tulit*. protulit, attulit in scenam. *eloquium insolitum*. insueta magnificaque verba. Cr.: eloquentia quoque simplex (antea) et moderata facta est insana fanaticaque et oraculis Delphicis non multum absimilis, ita ut non amplius ἐναργὴς, ut antea, sed frequentibus parabolis et amphiboliis tota esset αἰνιγματώδης. 220. Cr.: Eusebius in Chronicis: Quadragesima, inquit, olympiade in agone certantium τράγος (hircus) praemio datus est, unde Tragoedi nuncupati. Vidd. Heyn. et Voss. ad Tibull. 2, 1, 55, et ad Virg. Georg. 2, 308 seqq. 222. *Incolumi*. non laesa, servata honestate. Nudi, vel pellibus amicti Satyri, comites Bacchi, conveniebant hisce ludis vindemiarum, agebantque antiquitus in ipsis tragoediis, quarum seriis jocularia sua impune admiscebant; sed proficiente arte manserunt tantum in fabulis Graecorum proprie dictis satyricis, quarum una hodie superest, Cyclops Euripidea. Vid. Casaub. de dramate Gracorum Satyrico etc.

232. *moveri*. saltare. Sch. Cr.: *Sunt quaedam sacra, in*

quibus saltant matronae, sicut in sacrificiis matris deûm. 234. *dominantia.* quorum velut usus dominatur, vulgaria. 237. *Davus, Pythias.* Nomina servilia in fabulis Terentii aliisque. Sch. Cr.: *Pythias persona in comoedia Lucilii, quae inducitur per astutias accipere argentum a Simone domino suo in dotem suae filiae.* 239. *dei.* Bacchi, quem instituerat. 243. Rectius *accedet*, ut ante *sequar:* nam opus hoc est, quod poëta se agressurum aliquando promittit. 244. Convertitur sermo ad fabulas praetextatas et togatas: nam superiora valent de palliatis. *Silvani* et *Fauni* dei silvarum, de quibus Plin. H. N. 12, 1, etc.

245. Vetat similes fingi Faunos agrestes hominum urbanorum, qui in foro et triviis versentur, nimisque molliter (*teneris versibus*) jocari eos, ut scurras, ineptum esse ait.

247. *immunda.* obscoena, vel protrita, inelegantia. 249. Descriptio plebeculae, quae talibus vitam sustentabat. Sat. 2, 1, 74.

252. *unde* etc. h. e. unde aliquis seu vulgus iambicis versibus sex pedum imposuit nomen trimetrorum, quia per dipodias eos metiebantur: *non enim,* inquit Sch. Cr., *unus pes iambicus metrum facit, sed duo propter volubilitatem.* Cf. not. ad 81. et metricos. 256. *paterna.* Frustra Slothower. *alterna* legendum conjicit in Actt. Societ. Traject. 3. p. 191. 258. De Attio et Ennio vid. 2, 1, 56; Sat. 1, 10, 53.

259. Apparet, Feam rei metricae prorsus ignarum esse: alioqui non diceret *premi* versus Ennianos iambis 2. et 4. sede positis, quasi non is legitimus ejus pedis locus esset in iambicis senariis, de quibus hic loquitur poëta. Imo rarum ibi iambum reperiri dicit in Attii trimetris, spondeo regnante. et similiter Ennii justo graviores operae celeris aut etiam ignorantiae accusari ab iambo, qui ab iis fere exclusus sit. Hanc veram esse horum verborum sententiam, ex hodie superstitibus Plauti Terentiique comoediis fabulisque Phaedri et veterum Latii poëtarum dramaticorum fragmentis intelligitur. Rectius autem scribas *Hîc* et in Attî etc. i. e. his in sedibus, secunda et quarta, quae iamborum propriae sunt, ut dixi. Locus a Fea laudatus, qui locus est Sat. 1, 10, 53., huc non pertinet, cum, quae ibi dicitur, gravitas sit sententiarum argumentorumque, non versuum. 265. Quid attinet, veteres sordes dudum expurgatas denuo ingerere Horatio, et agere

Herculem inversum? Merito explosa est lectio *et omnes*, pro eaque repositum *ut omnes* ex libris scriptis. Vel artis ignoratae vel nimiae festinationis veteres illos arguens Hor. ipse sibi responderat, non quidem unumquemque sentire vitia metrica, et nimiam in hoc genere datam esse veniam poëtis Romanis. At, inquit, idcircone vagandum est et licenter scribendum? Imo, ut putem, i. e. etiamsi putem, omnes homines animadversuros esse mea peccata metrica, itaque vitando ea tutus cantusque tanquam intra limites veniae me continuerim: tamen eo pacto non nisi culpam vitavi, laudem non merui; tantumque abest, ut versus ex regula facti honori sint poëtae, ut prorsus eo nomine indignus existimari debeat, si ne id quidem aut velit, aut possit. Legendum sine controversia prorsus secundum Bentl.:

Idcircone vager scribamque licenter? Ut omnes
Visuros peccata putem mea, tutus et intra
Spem veniae cautus: vitavi denique culpam,
Non laudem merui.

Quam inesse verbis *et omnes — cautus* Fea vult sententiam, nec quisquam ex iis eliciat, et penitus ea sententia abhorret a sequentibus *Vitavi* etc. 270. Vid. ad Epist. 2, 1, 58 et 171.

273. Longe aliter de Plauti jocis judicat minus fastidiosus Cic. de Offic. 1, 29. Sed *non nostrum est tantas componere lites.*

276. *Thespis.* Epist. 2, 1, 163. 279. *Aeschylus.* Vid. ibid.

284. *obticuit.* in Comoedia nova, quorum auctores praecipui fuerunt Menander et Philemon. 292. *Pompilius.* S. Cr.: *I. e. Pisones: ab ipso enim Numa Pompilio originem trahebant: Calpur (Calpus* vet. Sch.) *enim filius Numae, a quo Calpurnii Pisones.*

294. Recte *Perfectum* restituit editor Nicensis; sed non ita, ut ipsi placet, accipienda vox, sed quo sensu Cic. Epist ad Q. fratr. 3, 8, dixit *poëma institutum perficere.* Jubet poëta primum carmen, quod facias, si quando luxuriaverit, litura longa atque assidua compescere; deinde, ubi tandem perfectum sive absolutum fuerit, decies id ad unguem examinare, more marmorariorum. Cf. simillimum locum 386 seqq.

297. *Democritus.* Epist. 1, 12, 12. Sch. Cr.: *qui* (Democr.)

dicit non fieri arte, sed natura nasci poëtam. 298. *Non barbam.* Ut faciunt sani homines. 300. *Anticyris.* Sat. 2, 3, 83. 301. Sch. Cr.: *Licino. Nomen tonsoris famati, qui postea dicitur factus senator a Caesare, quod odisset Pompejum; de quo hoc scriptum est epitaphium:*

Marmoreo tumulo Licinus jacet, at Cato nullo,
Pompejus parvo: quis putet esse deos?

302. *Qui purgor bilem.* καθαρτικῷ aliquo φαρμάκῳ; qui curo sanus esse. *horam.* anni partem. 304. *Nil*, οὐδέν, *non.* Non tanti apud me momenti est, non curo esse poëta.

310. *Rem.* materiam. *Socrat. chartae.* libri philosophorum, qui ex Socratis schola prodierunt. 312. Enumeratio officiorum. 314. *conscripti.* patris conscr., senatoris. 319. *morataque.* in qua mores personarum bene expressi sunt. 320. *nullius veneris.* non elegans, non ornata, omni verborum lenocinio destituta. *pondere.* gravitate verborum. 326 seqq. Scribito secundum Bentl.:

—— diducere. „Dicat
Filius Albini, si de quincunce remota est
Uncia, quid superet.“ Poterat dixisse: *Triens*? „Eu!
Rem poteris servare tuam. — Redit uncia: quid fit?“
Semis. — An, haec etc.

Verba *Dicat — superet*, et rursus *Eu! — fit* sunt magistri puerum interrogantis. Contra illa *Poteras dixisse Triens?* id est Si poterat puer respondere: Triens, si sciebat, trientem superfore (vid. ad Sat. 2, 6, 48), dicuntur ex Horatii persona. *Superat* minus aptum praegresso *dicat*, et τῷ *Poteras* servato haec item dicere magister videbitur, quod ineptum. Rectius quoque Bentl. secundum 3 codd. Blandin.: *An, haec animos* etc. 330. *aerugo* μεταφορικῶς dicta pro avaritia. 332. *cedro.* Sch. Cr.: *resina cedri. lévi*, levigato, polito. *cupresso.* in arca cupressina. Sch. Cr.: *utrumque odore suo summovet tineas.*

340. Sch. Cr.: *Lamia monstrum est superius habens speciem mulieris, inferne vero desinit in pedes asininos: h. e. caveto ne dicas quod Lamia devoraverit filium, qui de utero ejus postea vivus extractus est.* 341. *Centuriae.* Novem centuriae senatorum.

342. Corn. Nepos in vita Romuli: *Tres equitum centurias*

instituit, quas a suo nomine Rammenses, a Tito Tatio Tatienses, a Lucumone Luceres appellavit. 345. *Sosiis.* Epist. 1, 20, 2. *Hic.* talis. 353. *Quid ergo est?* Quid faciendum est? quid statuendum? Usitatius *Quid ergo?* ut animadvertit Cr.

354. *scriptor librarius*, qui libros describit. 355. *monitus.* a dictante. Sane rectius: *ut* citharoedus. Saepissime *et* et *ut* confusa.

357. *Choerilus.* Epist. 2, 1, 233. De eo Sch. C. ad h. l.: *Gesta Alexandri describens 7 tantum versus laudabiles fecit. — Cui Alexander fertur dixisse, malle se Thersiten Homeri esse, quam hujus Achillem. Alexander autem pactus cum eo, ut, si bonum faceret versum, aureo numismate donaretur, si malum, colapho feriretur; qui saepius male scribendo colaphis necatus est.* Sed aliter Hor. ipse Epist. 2, 1, 232 seqq. 362. *Si longius adstes* si genuinum esset, significaret: si diutius adstes, quod abhorret a sententia loci. Rectum *abstes.* Vitruv. 9, 4: *sol cum longius absit abstantia quadam.* 371. Messalae. Sat. 1, 10, 27 et Clav. Cic. 371. *Cascellius Aulus.* Vid. etiam Valer. Maxim. 8, 12, 1. 375. *Sardo.* S. Cr.: *Sardinia regio est, ubi mel amarissimum apes conficiunt propter taxum ibi abundantem. papaver.* Semen candidi papaveris tostum cum melle in secunda mensa apponebatur ut auctor est Plin. 18, 8, s. 53. Cf. Epist. 2, 1, 114. 387. *Metii.* Sch. Cr.: *Spurius Metius Tarpa iis temporibus summus criticus fuit, doctus et severus auditor carminum aestimatorque.* 388. *prematur.* Id.: *abscondatur, coërceatur —; ut Cinna suam Smyrnam apud Catullum, quam 9 annos suppressit.* 391. *sacer.* Id.: *Theologus, divinorum carminum* (hymnorum etc.) *scriptor, saeerdos et poëta.* Apollinis vel Oeagri et Calliopes Musae Orpheus dictus filius, de quo vide Aristot. ap. Cic. de Nat. D. 1, 38, Fabric. Biblioth. graec. 1, c. 18. §. 1., Voss. de Poët. graec. c. 2. 4., et inprimis Creuzer. Symb. et Mythol. passim. 394. *Amphion.* Epist. 1, 18, 44.

400. *honos* alienum, quia posteriorem syllabam longam habet. Cf. supra 69. 402. *Tyrtaeus* floruisse putatur circa a. U. C. 72. 403. *sortes.* oracula. 404. *Et vitae monstrata via est.* A Theognide, Phocylide et gnomicis. *regum.* Velut Hieronis Syracusani et Theronis Agrigentini a Pindaro. 405. *ludusque — finis.* Poësis dramatica. 406. *operum.* messis et vindemiae.

412. Diaeta athletarum. Cf. Sch. Cr. etc. 414. Potior no-

bis quoque videtur lectio *Venere et Baccho*. *Qui Pythia cantat tibicen*. Pythaules. Ii quoque certabant in ludis sacris, praesertim Pythiis. 417. *Occupet extr. scab.* Proverbium in tardiores. 419. seqq. Cf. Epist. 1, 19, 37 seqq. 423. *artis* etiam Wakef. Cf. Eichstadii commentar. 435. Apage ineptum *prospexisse*. *Prospicere* significat spectare ex intervallo vel loci vel temporis; *Perspicere* est penitus explorare; idque vult poëta.

438. Sch. Cr.: *Quinctilius Varus*, *poëta Cremonensis*, *patronus et amicus Horatii*. 439. Sic interpungito: — *negares; Bis terque expertum frustra: delere* etc. 441. Dubium non est, quin perperam Bentl. legendum conjecerit *Et male ter natis* etc. Ceterum id cur ne latinum quidem sit, nullus video. *Versus natos* per metaphoram Bentl. dixit *versus factos*; itaque *ter male natos* eos, quos ter male aliquis fecerit; idque tam latinum est, quam quod maxime. Epist. 2, 1, 233.:

> Choerilus, incultis qui versibus et *male natis*
> Retulit acceptos, regale nomisma, Philippos.

449. *Aristarchus*. Samothrax et institutor filii Ptolemaei Philometoris, regis Aegyptiorum, celeberrimus criticorum Alexandrinorum, qui annos septuaginta et duo natus diem obiit in Cypro insula, maximeque in expoliendo Homero occupatus fuit, cujus evulgavit probatissimam eo tempore editionem. Vide F. A. Wolfii, viri sagacissimi, Prolegomm. Homer. pagg. 245 seqq. 454. *fanaticus error*. Phreneticum dicit, sive, ut ait Sch. Cr., *lymphatico spiritu agitatum*. *iracunda Diana*. lunaticum, σεληνιακὸν, caduco sive sontico vel sacro morbo laborantem.

464. *deus*. qui mori non posset. 465. *Empedocles*. Epist. 1, 12, 20. 465. *frigidus*, ineptus, stultus. 469. *homo*. homo sapiens.

DESCRIPTIO

BREVIS

CODICUM HORATII

MSS., QUOS, LUTETIAE PARISIORUM IN BIBLIOTHECA REGIA SERVATOS, USURPAVIT CLAR. VANDERBURGIUS.

A. Nro. 7900. 1, Terentius cum commentariis. 2, Horatii Odae et Epodi atque Epistolarum liber 1., cum expositione Acronis et notis marginalibus. 3, Lucanus cum commentariis. 4, Juvenalis. 5, Martianus Capella cum notis. Codex membranaceus, olim fratrum Puteanorum (Dupuis), formae majoris quadratae (grand in 4°. ou petit in-folio de forme quarrée), seculi X. Vand., pro consilio suo, Odarum tantum et Epodorum Horatii libros excussit, in quibus epodi 16. versus 27. cum sequentibus et iambi contra Canidiam non leguntur. Numerus foliorum hujus codicis est 155.

B. Nro. 7971. Horatii Odae, Ars poët., Epodi, Carmen sec., Epistolae et Sermones sive Eclogae, cum notis interlin. et marg., in quibus fere Porphyrionem sequitur scriptor, quisquis fuit. Accedit *Annotatio sive digestio carminum praecedentis libri, qualiter scandi debeant.* Codex ejusdem aevi, membran., formae minoris quadratae (petit in-4°.), foliorum 221. Corrector haud indoctus. Male tamen distinctae Satirae atque Epistolae.

C. Nro. 8072. 1, Juvenalis ferme integer. 2, Persius, manu longe recentiore scriptus, additis multis annotationibus. 3, Horatii Odae libri 1. praeter 18. priores et odae 19. ver-

sus, quibus incipit, 9.; libri 2. odae 4 primae et quintae versus 10; tertii oda 1. et secundae versus primi 18; epodi 3 primi et quarti versus primi 3. 4, Fragmenta Juvenalis. (De nouveaux fragmens de Juvénal, qui répètent une partie des premiers (?), et sont moins considérables.) Membranae item seculi post Christum natum X., olim Thuani, dein Colberti. Forma major (in-folio) praeterquam in Persio; notae in Juvenali nullae; in Persio frequentiores quam in Horatio, quem mutilatum esse intelligitur.

D. Nro. 7973. Horatii Carmina, Ars poët., Epodon liber, Carm. sec., Satirarum lib. 1. et secundi duae priores (nisi quod posterioris desunt versus extremi 5). Cod. seculi X. membran., formae quadratae (in 4°.), ante Petri Danielis Aurel. (cujus nomini adscriptus annus 1564.), postea Colbertinus, cum notis, praesertim interlinearibus, variis lectionibus bene multis, quibusdam etiam emendationibus. Scriptum per omnia monet Vand. *montes*, *rates*, *gentes*; saepe *capud*, *velud*; interdum *annis* pro *annis*, et ubique *sonnus*; quae Italum descriptorem indicant.

E. Nro. 7972. Horatii Opera (eodem ordine, quo leguntur in cod. B), cum glossis et scholiis (frequentissimis in Odarum libro 1., nullis in Epistolis atque Satiris). Cod. membran., seculi X., olim Mentellianus. Post Epodos litteris grandioribus scripta haec leguntur, quae etiam in codd. Leidensi atque Reginensi reperit Bentlejus: *Vettius Agorius Basilius Mavortius, vir clarissimus et inlustris, ex comite domestico, ex consule ordinario* (fuit consul sine collega a. a Christo nato 527., et videtur esse antiquissimus operum, inprimis odarum, Horatii διασκευαστής), *legi et, ut potui, emendavi, conferente mihi magistro Felice, oratore urbis Romae.* Post seculare autem carmen habetur Panegyricus in imperatorem Ludovicum II., Lotharii filium, defunctum a. 875. A fronte legitur Horatii vita ea, quae Suetonio tribuitur. Forma codicis est quadrata minor (in-4°.); folia 195.

φ. Nro. 7974. Horatii Opera cum scholiis, libello de metris et vita poëtae (quae ad Suetonium refertur). Cod. membr.

seculi XI., olim Puteanus, simillimusque B libro, nisi quod forma est majore (du format petit in-folio). Folia 163. Notae multo facilius legi possunt quam quae habentur in codicibus modo descriptis.

γ. Nro. 7975. Horatii Opp. cum scholiis. Cod. membran. ejusdem formae atque aetatis, 100 foliis constans, sed quorum 1, 2, 3, 8, 99 et 100 (quae continent odas 6 priores et partem septimae, deinde odas 19, 20, 21, 22 et initium vigesimae 3. libri 1. Carminum, Epistolam ad Augustum inde a versu 248. et sequentem ad Florum) a manu recentissima suppleta sunt. Liber a pluribus scriptus paulo negligentius, nec fortasse ad unius autographi exemplar. Satirae positae ante Epistolas; quas separans ab illis folium continet excerpta quaedam ex libro 3. mythologiae Fulgentii.

H. Nro. 7976. Codex ejusdem argumenti membran., seculi XII. Forma quadrata minor (in-4°.), folia 154. Satirae item collocatae consueto loco. Liber vitiis scatens descriptoris, et qui correctorem non videatur expertus esse, nec tamen carens bonis lectionibus, quae conveniunt nonnunquam cum codicis D. Scholia perpauca. Hunc codicem et sequentes 4 iis tantum in locis consuluit Vand., in quibus 7 priores libri abhorrebant a vulgatis, neque aliter comparavit etiam Pulmanni et Valarti varias lectiones.

I. Nro. 7977. Horatii Opp. cum scholiis. Cod. membran. seculi XII., olim magistri Nicolai de Clamengiis, postea Colbertinus. Forma major (in-folio); folia 125; ordo carminum is, qui conspicitur in B et antiquissimis codd. Vitae Horatii 3, in his Suetonio tributa. Notae; maxima ex parte marginales, leguntur ab initio usque ad Od. 2, 17., item in Epistolarum libro 1. Satirae et Ars poët. nihil ostendunt praeter explicationes quasdam inter versus perscriptas, et varias lectt.

M. Nro 7979. Horatii Carmina, Ars poët. et Satirae (praeter libri 2. septimae versus 29. postremos et octavam totam) cum notis paucis in margine, longeque pluribus, sed

fere puerilibus, inter versus perscriptis. Codex membran. seculi XII., vel potius XIII., et quidem exeuntis, ut videtur Vanderburgio. Forma minor (petit in – folio ou grand in 4o.), folia non numerata. Loco Epistolarum Horatii posita fragmenta quaedam Lucani. Genus scripturae vitiosissimum.

N. Nro. 8212. Horatii Opp. Cod. membran. seculi XII., olim Mazarinaeus, minuta forma (in-8o. long), foliorum 97. Desunt vel totae, vel ex parte, odae libri 3. 14. et sequentes usque ad quarti tertiam, quae quidem nescio quo casu Epistolis mediis inserta est. Ars poëtica legitur post Carmen seculare. Scriptura satis elegans et correcta, sed compendiis frequentioribus minus placens. Notae additae odis 21. prioribus. Argumenta carminum brevia nec magnae rei a manu altera profecta sunt.

O. Nro. 8213. Horatii Opp. Cod. membran. sec. XII, olim Mazarinaeus, forma minima quadrata (un très-petit in-4o.), qui continetur foliis 100. Lambini nomen legitur in prima pagina, reperitque Vand. in hoc libro lectionem quandam memoratu dignissimam (une leçon très-remarquable; sed quae tandem est ea lectio?), quam in libro Jannoctiano se invenisse dicit Lamb. Ordo poëmatum vetustior, nisi quod carmen sec. et epodi praecedunt Artem poëticam. Figurae quidem litterarum paulo acutiores, initiales etiam pictae variis coloribus, et nonnunquam hominum vel bestiarum imaginibus ornatae; sed compendia rara, diphthongorum soni singuli separatim scripti, et orthographia sibi constans, quae sunt meliorum dotes codicum. Notae, non ita magni pretii, antiquae vel inter versus, vel in marginibus, sed parvissimis litteris exaratae, leguntur. Recentiores quaedam, quas vix legas, additae fortasse sunt a Lambino.

P. Nro. 8214. Horatii Opp. cum scholiis, sed paucis et brevibus, etc. Cod. membran., seculo XIII. curiose scriptus, olim Colberti. Forma minuta (in-8o. long), folia non numerata; epistolae collocatae ante Satiras. Adjecta sunt fragmenta quaedam Rhetoricorum ad Herennium. Hic

quoque litterae majusculae, praesertim in principiis librorum, ornatae, ut in O libro, sed majore cum arte delineatae. Peccatum subinde in Epodorum litteris initialibus vitio rubricatoris. Consentit fere liber cum B codice.

Q. Nro. 8215. Horatii Opp. (praeter odas priores 27 et partem vigesimae octavae libri I.) Cod. seculi XIII. membran., olim Bigotianus. Forma, quae codicis P; foliorum numerus 97.

R. Nro. 8216. Codex similis ejusdem aevi, itemque in membrana scriptus, sed olim Colberti. Folia non numerata. Ordo carminum, ut in B et antiquis libris. Post epodos subscriptio legitur Vettii Agorii, de qua cf. cod. E. Scholia non unius scriptoris pauca numero sunt in Odarum libro I. (nam ceteri Odarum libri et Epodi nulla habent) et in Arte poëtica. Recentior manus Epistolis adscripsit notas prolixiores frequentioresque. Sequitur hic liber optimum aliquod exemplar, sed negligenter exaratus est trajectis verbis versibusque integris et inscriptionibus, nonnullis etiam omissis. Satirae atque Epistolae recte distinctae.

S. Nro. 8217. Horatii Opp. (sed manca) cum scholiis. Cod. membran. seculi XIII. et fortasse XIV., olim Colbertianus, forma minore (in-8°.), nec numeratis foliis. Finitur Epodorum liber epodi II. versu 14; satirarum prior a tertiae sat. versu 88. incipit, secundus pertinet usque ad tertiae versum 317.; Ars poët. desideratur. Diphthongorum hic soni non distincti, compendia vocabulorum frequentissima, litterae initiales distortae, vitiorum ingens numerus. Insunt tamen aliquot propriae lectiones.

T. Nro. 8219. Horatii Opp. (item manca). Cod. seculi XIV. membran., olim Ludovici de Targny. Deest Odarum liber I. inde ab odae 24. versu 7, item 2. liber usque ad odae 8. versum 14.; neque habentur ibi Satirae I. libri 9. a versu 17. et sequentes, una cum altero libro et Epistolis. Vitia frequentia et pudenda, quae nonnullis in locis emendavit corrector. Habet tamen codex nonnihil proprii, et est cum ostendit A libri lectiones.

V. Codex olim bibliothecae Vaticanae, cujus numerabatur 3260., formae minoris (in-8o. long), foliorum 117. Romani referebant ad seculum XI., Parisienses et Vand. propter formam litterarum capitalium et compendia verborum frequentiora ad XII., imo ad decimi tertii initia, detrudunt. Nihilominus praestans liber, curiosissime scriptus secundum exemplar antiquissimum, notisque varii generis et argumentis carminum instructus, quorum argumentorum pleraque frustra alibi quaeras. Quod nonnunquam deteriores libros sequi videtur librarius, recteque monitis falsa temere admiscet, non eo valere debet, ut vilipendatur codex, quem optimis Horatii annumerare non dubitat Vanderburgius.

De libro Mongeziano, quem item adhibuit vir doctissimus, dictum in Annotationibus.

ADDENDA ET CORRIGENDA.

Numeri, qui leguntur in notis vol. I. paginis XIII. XIV. XVII., item LIX. seqq., sunt editionis Rom., cujus exemplar, quod operis describendum dederam, cum istae paginae corrigendae essent, reperiri in typographeo non poterat.

Prolegom. pag. XXXIX. extrema in nota leg.: *inhonestissimum.*

Ibid. p. LVII. not. vers. 1. leg.: *plurimis.*

Od. 1, 18, 13. leg.: *Berecyntio.*

Epod. 9, 23. l.: *Iugurthino.*

Sat. 2, 6, 115. l.: *Personuit.*

Annotationum voluminis I. p. 1. Fidem loci de Horatio intemperantiore ad venerem etiam Rutgersius Venus. Lect. c. 26. minime labefactare conatur, sed ea verba Suetonio tribuit cum ceteris.

Ibid. p. 6. versu 3. leg.: *Me.* Rutgers. etc.

Ibid. versu 15. dele verba *regnare.* Epist. 1, 10, 8.

Ibid. versu 24. dele *in* praepositionem.

Ibid. pag. 10. vers. 1. lege: Placuit illud etiam Rutgersio Venus. Lect. c. 2. et Wakefieldio — Eichstadius. Rutgersius:

Cum veteribus, inquit, libris malo *visit*, quod et in Pinakeriano exstat. Ita libro 3. ode 28. de Venere:

—— *Quae Cnidon,*
Fulgentesque tenet Cycladas, et Paphon
Junctis visit oloribus.

Apollonius libro 3. (vers. 41.) de Vulcano:

„Ἀλλ' ὁ μὲν εἰς χαλκεῶνα καὶ ἄκμονας ἦρι βεβήκει.

Ibid. p. 11. vers. 13. l.: *imperativus.*

Ibid. p. 17. versu imo l.: etiam Rutgersii veteres (in Notis ejus) et 13 Vandd. etc. Rutgersius: „Putes," inquit, „legendum *tactibus*. Claudianus ex hoc, ut videtur, loco de Laïde, sed jam anu:

—— *noctisque recedit*
Ambitus, et raro pulsatur janua tactu.

Ego tamen vulgatam immutari nolim."

Ibid. p. 18. vers. 5. adde: *honores*, laudes, odae, ut τιμαὶ et similia apud Pindarum. Vide Rutgersii Notas.

Ibid. p. 51. adde: Od. 3, 19, 12. *Miscentor* Rutgers. Venus. Lect. c. 7.

Ibid. p. 55. versu 5. post verbum *simulant* haec addas velim: Mimnermus:

Δεινοὶ γὰρ ἀνδρὶ πάντες ἐσμὲν εὐκλεεῖ
Ζῶντι φθονῆσαι, κατθανόντα δ' αἰνέσαι.

Ibid. p. 60. vers. 4. post *mavis* haec forte exciderunt: „Rutgers. Venus. Lect. c. 8. legendum suspicabatur *nubis*." Et vers. 7. post *navis* haec: „unde Rutgersio venerat ista conjectura. Qui quidem de versu ejus Odae 37. monet, sic plane legi in Hercule Oetaeo: *Levis una mors est. Levis; at extendi potest.*"

Ibid. p. 67, media l.: *pleneque — ivit* etc.

Ibid. p. 80. in nota l.: Cf. Rutgers. in Notis et dicta etc.

Ibid. p. 102. vers. 8. l.: exponunt Rutgers. Venus. Lect. c. 4. et Mitsch.

Ad Sat. 1, 3, 91. Rutgersius ibid. c. 20. comparat illud Lucilii: *Tres a Deucalione grabati restibu' tenti.*

Ad Sat. 1, 5, 52. *Sarmentum* illum, de quo Juvenalis 5, 3.

et ejus ibi scholiastes, Octaviani primum delicias, dein scurram, intelligit Rutgers. Venus. Lect. c. 16. Idem ejusdem sat. versu 72. vulgatam lectionem defendens Venus. L. c. 10. non aliter haec laudare monet etiam veterem Persii scholiasten, et plura synchyseos exempla profert ex Horatio.

Ad Sat. 1, 10, 6. *Et Laberi mimos* etc. Rutgers Venus. L. c. 27.: Seneca (pater) libro VII. controversia 3., quo loco de eo vitio agit, quod e captione unius verbi plura significantis nascitur: *Auctorem hujus vitii ajebat* (Cassius Severus) *Pomponium Atellanarum scriptorem fuisse; a quo primum ad Laberium transisse hoc studium imitandi, deinde ad Ciceronem, qui illud ad virtutum studia transtulisset. Nam, ut transeam innumerabilia, quae Cic. in orationibus aut in sermone dixit, et nota ut non referam a Laberio dicta, cum mimi ejus, quidquid modo tolerabile habent, tale habeant* etc.

Ad ejusdem sat. vers. 66. Similiter atque Casaubonus Rutgers. Venus. Lect. c. 20.: *Quam Rudiis, Graecis intacti, carminis auctor. Auctor Rudiis,* ut *hospes Zacyntho* ap. Plautum Mercat. 5, 2, 99. etc.

Ad Sat. 2, 2, 123. Bene Rutgers. Venus. Lect. c. 22.: „Culpa ei velut modimperatrix erat, quae praescriberet, quantum bibiturus esset. — Contra Seneca epist. 87., qua frugalitatem suam narrat, *site* se *magistra* bibisse dicit.“ (secundum Rutgersii correctionem.)

Ad Epist. 1, 15, 31. *tempestas — macelli.* Alexis Comicus apud Athenaeum lib. 8., laudante Rutgersio (in Notis ad Horatium p. 434. edit. Traject., quam curavit Petrus Burmannus a. 1699.:

Πρότερον μὲν εἰ πνεύσειε βορρᾶς ἢ νότος
Ἐν τῇ θαλάττῃ λαμπρὸς, ἰχθῦς οὐκ ἐνῆν
Οὐδενὶ φαγεῖν· νυνὶ δὲ πρὸς τοῖς πνεύμασι
Τούτοις Φάϋλλος προσγέγονε χειμὼν τρίτος κ. τ. λ.

Ad Epist. 1, 16, 1. De fundo seu villa Horatii vid. etiam politissimus J. J. Gerning in libro germanico, qui sic inscriptus est „Reise durch Oestreich und Italien (a. 1797. et 1798.)“, 3. voluminis pagg. 178. seqq., ubi et satis elegans icon ejus villae cum montibus circumjacentibus conspicitur.

Ad ejus epistolae versum 64. Lucilius, notante Rutgersio Venus. L. c. 19.:

Mordicus petere aurum e coeno expediat, e flamma cibum.

De editione Bodoniana clarissimus Gerningius ejusdem Itinerarii vol. 3. pag. 260.: „Im Jahr 1791 gab Bodoni seinen Horaz in grofs Folio heraus, wovon nicht mehr als 300 Exemplare, darunter 50 auf französischem Velin-Papier, gedruckt wurden. Dieses Werk hat seinen Ruhm vollends gegründet, und ist jezt sehr selten geworden, so dafs es auf Velin-Papier bis 50 Ducaten bezahlt wird."

Empfehlungswerthe Bücher.

Eckerle, W. W., Naturlehre, mit Rücksicht auf die aus Unkunde derselben entstehenden Volksirrthümer für den Schul- und Selbstunterricht und für Volkslehrer, mit 2 Blättern Abbildungen in Steindruck. 8. 1 thlr. 4 gr. sächs. od. 1 fl. 48 kr. rhein.

Wenn schon der Titel zeigt, wie wichtig und nützlich ein solches Buch für alle Stände und Verhältnisse des Lebens ist, so ist es um so erfreulicher, versichern zu können, dafs dasselbe hier von einem Manne gegeben wird, der mit vielseitiger erprobter Kenntnifs des Gegenstandes, mit Erfahrung und warmer Liebe für das Gute alle Hülfsquellen bis zur neuesten Zeit benutzte.

In einem angenehmen leichtfafslichen Styl sind hier die Gesetze der Natur dargestellt, und durch Erscheinungen und Beobachtungen aus dem täglichen Leben den Lesern so nahe gelegt, dafs das Interesse durch erleichterte Erkenntnifs unendlich gesteigert, und durch lehrreiche Unterhaltung befriedigt wird. Das Buch verdient also nicht nur in Lehranstalten angewendet zu werden, sondern es sollte billig in die Hände eines jeden kommen, der über die Verhältnifse und Erscheinungen der Natur nachdenken, oder seine vielleicht bereits gesammelten Einsichten befestigen, berichtigen und erweitern, und davon in so manchen Fällen eine reichlich lohnende Anwendung machen will.

Bei gutem Druck ist auf möglichste Wohlfeilheit Rücksicht genommen.

Ansichten über die bildenden Künste und Darstellung des Ganges derselben in Toscana; zur Bestimmung des Gesichtspunctes, aus welchem die neudeutsche Malerschule zu betrachten ist. Von einem deutschen Künstler in Rom. 8. 1 thlr. 6 gr. sächs. od. 1 fl. 54 kr. rhein.

Die neudeutsche Kunstschule, als eine der wichtigsten und interessantesten Erscheinungen der neueren Zeit, ist seit Kurzem ein Gegenstand der Aufmerksamkeit des deutschen Publikums geworden. Indessen fehlte bis jetzt eine treue Darstellung der Grundsätze dieser neuen Schule und eine Uebersicht des bisher schon durch sie geleisteten. Diesen Mängeln hilft die vorliegende Schrift ab. Der Verfasser, selbst ein talentvoller Künstler, hielt es zu seinem Zwecke für nützlich, vorerst den Gang der Kunst bei irgend einem Volke zu beschreiben, bei welchem sie einen hohen Grad von Ausbildung erreichte, um dadurch das Leben der Kunst, als ein in sich und mit dem ganzen Leben des Volkes organisch zusammenhängendes darzustellen. Er wählte dazu die Toscaner. Hierauf geht er zur Schilderung der neudeutschen Schule über. Er zeigt, wie nach den ersten Anfängen, von Carstens an, das Entstehen derselben mit dem allgemeinen Wiederaufleben des Volkes in Verbindung stand, schildert das Leben der deutschen Künstler in Rom, characterisirt mehrere der ausgezeichnetsten derselben, beschreibt ihre Werke und stellt ihre Grundsätze dar. Alsdann geht der Verfasser zur practischen Anwendung dieser Grundsätze über, untersucht den gegenwärtigen Zustand der Academien, wobei er besonders die zu Paris berücksichtigt, und giebt die Mittel an, sie besser einzurichten. Zuletzt aber setzt er auseinander, wie eigentlich die Kunst ohne alle Academien im Leben selbst sollte gefördert werden.

Dem Kunstfreunde muſs diese Schrift höchst erwünscht seyn, da sie die erste ist, welche über die wichtigste Erscheinung in der neuern Kunstgeschichte genügende Auskunft giebt, nicht minder aber auch wegen der darin enthaltenen toscanischen Kunstgeschichte, welche so bearbeitet nirgend anderswo zu finden ist, weshalb auch denjenigen, welche Italien besuchen wollen, kein besseres Handbuch kann empfohlen werden.

Q. Horatii Flacci Opera, ad MSS. codd. Vaticanos, Chisianos, Angelicos, Barberinos, Gregorianos, Vallicellanos aliosque plurimis in locis emendavit, notisque illustravit, praesertim in iis, quae Rom. antiquitates spectant, Carolus Fea, JCtus, Bibliothecae Chisianae et Rom. antiquitatum Praefectus. Denuo recensuit, adhibitisque no-

vissimis subsidiis curavit F. H. Bothe, Dr. phil. etc. Ausgabe auf schön weiss Druckpapier. gr. 8. Mit neuer Schrift.

Horaz ist der gelesenste aller alten Dichter, selbst Homer nicht ausgenommen. Jedermann begehrt daher eine gute Ausgabe desselben. Allein so manche Herausgeber sich auch diesem Ideal näherten, so blieb doch ihre Arbeit entweder unvollendet, oder sie wurde zu wenig bekannt, oder zu theuer, um Gemeingut werden zu können.

Das Verdienst der Fea'schen Ausgabe des Horaz ist anerkannt. Fea ist Italiener, in Rom erzogen, mit jedem Punkt seines schönen Vaterlandes durch eigene Anschauung bekannt; er bekleidet die Aemter eines Präfect der Alterthümer und der Bibliothek Chigi zu Rom, ist Rechtsgelehrter und sachkundiger Herausgeber von Winkelmanns Geschichte der alten Kunst. Unter jedem dieser Gesichtspunkte eignet er sich bei seinem freimüthigen und im Ganzen sehr gesunden Urtheil zu einem Herausgeber des Horaz, und es war besonders seit F. A. Wolf's ausgezeichneter Empfehlung dieser Ausgabe in den literar. Analecten 2tes Heft ein fast allgemeines Verlangen danach entstanden.

Wenn nun gleich die Liebhaber zunächst den Fea'schen Text hier erhalten sollen: so hatte der deutsche Herausgeber doch Zeit, mehr zu geben, und er glaubte sich dazu verpflichtet, da ihm theils neuere Hülfsmittel zu Gebote standen, besonders Vanderbourg und Heindorf, theils Fea, trefflich im Ganzen, doch im Einzelnen irrt und mangelhaft ist. Es wurden daher die Anmerkungen und Berichtigungen des Herausgebers und Johannis Georgii Graevii Scholia in Horatii odarum libros duo priores nunc primum edita in einem besondern Bande hinzugefügt, in Rücksicht dessen, sowie alles Obigen, wir uns, zur Bestätigung, auf die in Nr. 44. der Heidelberger Jahrb. v. Jahr 1820. abgedruckte ausführliche Recension des ersten Theils beziehen, mit welcher man auch die Beurtheilungen in den Göttinger Anzeigen 1820, 163. St., und im Leipz. Allgem. Repertor. der neuesten in- u. ausl. Litt. 1820. Bd. 2. St. 1., vergleichen kann.

Der Ladenpreis dieses ersten (30 Bogen starken) Bandes ist 3 fl. 45 kr. rheinisch, oder 2 thlr. 12 gr. sächs., und der des 2ten wird wenigstens eben so hoch werden, da dieser den ersten Theil an Bogenzahl noch übersteigt. Bis zum November 1820 war der Pränumerationspreis für das ganze Werk 5 fl. 30 kr. rhein. oder 3 thlr. 18 gr. sächs. Dieser kann für das Jahr 1821 nur noch in dem bestimmten Falle Statt finden, dass sechs Exemplare zugleich bestellt und wirklich vorausbezahlt werden. Nur unter dieser Bedingung werden auch andere Buchhandlungen im Stande seyn, den Pränumerationspreis noch im Laufe dieses Jahrs zu halten.

Wir glaubten, diejenigen, welche etwa diese Annotationes ad Horatium einzeln besitzen, durch Wiederhohlung unserer ausführlichen Anzeige auf die Unternehmung, welche den besondern Abdruck veranlasste, aufmerksam machen zu müssen.

Say, J. B., Darstellung der National-Oeconomie oder der Staats-Wirthschaft, enthaltend eine einfache Entwickelung, wie die Reichthümer des Privatmanns, der Völker und Regierungen erzeugt, vertheilt und consumirt werden. Aus dem Französischen der dritten, gänzlich umgearbeiteten, verbesserten und mit einem Auszug der Haupt-Grundsätze dieser Wissenschaft vermehrten Ausgabe, übersetzt und mit Anmerkungen begleitet von Carl Ed. Morstadt. gr. 8. 2 Bde. 70 Bogen. Ladenpreis 5 Rthlr. 18 gr. sächs. oder 9 fl. rhein.

Gegenwärtig, wo es noch immer die lebhafteste Angelegenheit der Regenten, Staatsbeamten und Volksrepräsentanten ist, dem durch so harte Erfahrungen jeder Art niedergedrückten Wohlstand wieder aufzuhelfen, wo die Gebildetsten aller Stände nach Vervollkommnung ihrer Einsichten in die Quellen des Nationalreichthums ringen, ist es gewiss höchst willkommen, in den Besitz eines Werks zu gelangen, das schon längst von allen Sachkennern unsers Welttheils das Prädicat eines Meisterwerks erhalten hat. Eben so klar, als freimüthig ist das Resultat angestrengter Beobachtungen und vieljähriger Erfahrung von dem Verfasser niedergelegt, und der Staatsmann, der Kaufmann, der Rechtsgelehrte, der Manufacturist und der Landwirth finden hier die befriedigendsten Aufschlüsse über Wesen und Gang des Landbaues, der Manufactur- und Handels-Industrie, über Geldumlauf, Handelsbeschränkung, Colonial-Systeme, Getreide-Handel, Münzwesen, Banken und Papiergeld; über Preisveränderung, Zinsfuss, Wucher, Bevölkerung, Luxus, Staatsaufwand, Besteurung und Staatsschulden. — Die Uebersetzung ist mit möglichster Treue in einem schönen und leichtfasslichen Styl ausgearbeitet, und, so weit es möglich schien, mit erläuternden Anmerkungen begleitet. Wenn 6 Exemplare zugleich bestellt werden, so werden dieselben noch für einige Zeit gegen baare portofreie Einsendung des Betrags für 42 fl. erlassen.

GEDRUCKT IN DER KATHOL. BÜRGERHOSPITALS-BUCHDRUCKEREI ZU MANNHEIM.

UNIVERSITY OF ILLINOIS-URBANA
3 0112 047437659